Universidad de Deusto
Biblioteca

1547

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3ª Serie 2ª N.º 106.

Est. 55.

Plut. 4.

D. Augustin

opusc.

T. I.

1542

Archivo de Loyola

Estante .....
Plúteo .....

Universidad de Deusto
Biblioteca
I. H. S.
Siglo 16 Año 1547. D. Aurelii Augustini
Ecclesiae doctoris eximii opuscula omnia primum Venetiis
apud Cominum de Tridino Montisferrati. (Archivo de Loyola).
N2 199

D. AVRELII
AVGVSTINI ECCLESIAE DOCTORIS EXIMII OPVSCVLORVM

TOMVS PRIMVS.

Quo omnia, quæ ad fidem & opera spectant, declarantur: ex libris eiusdem a, M. Augustino Sosteneo Fregoso excerptus, & scholijs, argumentis & indice locupletatus, ac ab errore primi impressoris purgatus,

TRIVIT, ET IPSE LEVIATHAN CAL-



Venetijs Apud Cominum de Tridino Montisferrati,

M D XLVII

106

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS contentorum in hoc primo Tomo.

De doctrina Christiana Libri IIII.	1
De disciplina Christiana Liber	112
Enchiridion ad Laurentium Liber	121
De Ecclesiasticis dogmatibus Liber	176
De hæresibus Liber	195
De .V. hæresibus oratio	230
De utilitate credendi Liber	251
De fide,& symbolo Liber	280
De fide ad Petrum diaconum Liber	294
De agone christiano Liber	329
De fide,& operibus Liber	349
In Psalmum xxix. enarratio	382
Epist. Aug. ad Honoratum	394
In Psalmum xxx.	436
In Psalmum xxxi.	465

R. P. TOTIVS AV-

GVSTINIANAE RELIGIO

NIS GENERALI DIGNIS. M. HIE ronymo Suripando F. Augustinus Sosteneus Fregosus S.

VM mihi nihil vnquã præsentia tua R. P. iucũdius obtigisse potuerit, non mediocri mœrore affectus sum, propterea quod ea voluptate, quã ex illa cõceperã (tuis cupiens parere iussis) priuatus fui, Quo factũ est, vt neq; in te patronũ optimũ, neq; in cęterorũ tuorum patrũ dignissimã coronam pro me ferre, id quod meũ esse videbam, fidẽ, officiũ, diligentiam ac studium potuerim. Sed ne absens tibi patrono dare operam otio videar, & minimum talentum mihi a domino traditum in terram abscõdere, in altũ fretũ Augustinianæ doctrinę vela laxare decreui, indeq; parunlis in Christo nõ audẽtibus ingẽtẽ librorũ diui Augu. ingredi syluã, compendiosa afferre opuscula: ęgbus non tantũ diuinarũ scripturarũ, sed & Ecclesiasticorũ dogmatũ germanum carpẽt sensum, vt Zozimus papa in pelagianos his testatur verbis. Augustinum sanctę recordationis virũ pro vita sua ac meritis in nostra cõmuniõe semper habuimus nec vnquam hunc sinistræ suspitionis saltem rumor asperxit: quẽ tantę scientię olim fuisse meminimus vt inter magistros opt. etiã ante a meis decessoribus haberetur. Bene ergo de eo in cõmune omnes senserunt, vtpote qui ubiq; cunctis, & amori fuerit & honori. Vnde resistat talibus, quos male crescere in ecclesia videmus, nefas est, hęc pati religiosas animas quarum afflictione (quia mẽbra nostra sunt) nos quoq; conuenit macerari: quanuis maneat his beatitudo promissa, quicunque probãtur persecutionem propter iustitiam sustinere, At Cœlestinus papa scripta diui August. ecclesiastica cupiens comprobare ex determinationibus conciliorum Aphricanorum in Pelagianos illa confirmat. Quæ omnia nostris continentur opusculis in tribus Tomis diuisis. Mat. 25.

In epist. 1. Cœlestini papę ad epi scopos Gallię c. 2. in. 1. T. cõci.

IN primo Aug. diuinis, ecclesiasticis q; determinatiõib. fidẽ esse dei donũ probat, qua nõ tantũ deo sed deũ, & in deũ credimus, a quo fide iustificamur. Vnde in nobis sancta cogitatio, piũ consiliũ, omnesque motus bonę volũtatis, atq; opera deo grata, nã sine illo nihil possumus, per illũ vero boua facimus, quę nõ prȩcedũt iustificãdũ, sed

Ex decretis Cœlestini papę a 4. c. usq; ad 13 i. 1. T. cõcil. & i de ecclę. dogma. 27. i T. 3. & i. 1. T. hoop. & i de spũ & lit. 30. i 3. T. op. D. Augustini, & i 3. T. ho. op. & i de pdest. san. 7. & 10. & i de bono pse. 8. & 10. i

T,7,& in 3.T. ho,op,& ī cōci. arau. c. 7.i 1.T. cōcil.& 2.Co,3 in de eccle,dog. 3.in 3.T.operū D.Aug.& in 1. To,horū op.

Ioā. 15

Luc,23. Act,10. Luc,19.

In epīſ,5.eporū ad Innocen.papā q̄ ē 95,i 2.T. opum D.Aug.et hētur ī 2.T.ho. op.et cōtra 2.Pelagianorū epiſt. lib,3.c.5.in T,7 opum D. Aug.& ī 3.To.ho,op.& ī cōci arau.c.22.i 2.T.cōci.& ī de eccle.dog.48.in 3.T.operum D. Aug.et ī 2.T. ho. op.& ī pfatione pſ.31.i T. 8.& ī 1. To. ho. op.& ī cōcil.aram,2.i 1.T.cōcil. et ī dē eccle.dog. 40.i 3.T. opum D.Aug. e: ī 1.T. ho,op.et ī d'gra &li,ar,ad Val,6. & 7.in T,7.& ī 2.

Gal,2.

Mat,5.

Luc,19

Ro,10

Rom,8

Ioa,0.

ſequuntur iuſtificatum. Et ſi quiſpiam aliter ſentit ex S. Patrum determinatione hæretico fallitur ſpiritu, non intelligēs dei vocē in Euangelio dicentis, Sine me nihil poteſtis facere, & illud apoſtoli: Non quod idonei ſimus cogitare aliqd boni ex nobis, ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt. Quamobrem cum ſancta mater eccleſia in hoc primo tomo determinat Auguſtinus in omni opere bono non nos incipere & poſtea per dei miſericordiā adiuuari, ſed ipſum deum nullis præcedentibus bonis meritis & fidem & amorem ſui prius inſpirare: vt & baptiſmi ſacramenta fideliter requiramus, & poſt baptiſmum cum ipſius adiutorio ea q̄ ſibi ſunt placita, implere valeamus. Vnde manifeſtiſſime credēdū eſt, quod & illius latronis, quē dominus ad paradiſi patriā reuocauit, & Cornelij Centuriōis, ad quē Angelus domini miſſus eſt, Zachęiq; q ipſū dominū ſuſcipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuerit de natura, ſed diuinæ gratiæ largitate donata.

IN ſecundo autem tomo Auguſt. vt gratię Chriſti & liberi arbitrij defenſor in contēptores, atque inflatores & pręcipitatores illius Pelagianos verba dirigit: qui a gratia quam commendat apoſtolus aberrāties, illam prius naturam & poſtea legem, deindeque pręceptorum cognitionē, poſtremo illam eſſe cenſuerunt, qua facilius legē implemus. quorum errores authoritatibus ſacris & eccleſiaſticis dogmatibus Aug. deſtruxit, oſtendens, quod vt eis q̄ volentes in lege iuſtificari a gratia exciderunt, dicit Apoſtolus ſi ex lege eſt iuſtitia, Chriſtus gratis mortuus eſt. ſic eis qui gratiā quam commēdat pręcipit q; Chriſti fides, putant eſſe naturam. Veriſſime dicitur ſi per naturam iuſtitia eſt, Chriſtus gratis mortuus eſt. Iam hic enim erat lex & non iuſtificabat, iam hic enim erat & natura & nō iuſtificabat, ergo Chriſtus non eſt mortuus gratis. Verū vt lex per illum impleretur qui non venit ſoluere legē, ſed implere & natura per Adam perdita per illum repararetur, qui venit quærere & ſaluum facere quod perierat. Hoc donum in ſcripturis gratia dicitur quia nobis gratis datur, & gratis conſtat, nam ſi opera noſtra reſpicimus, illa tantum mala inuenimus, attamen non dedit nobis dominus debitam penam (nempe æternam damnationem) ſed nobis gratiam indebitam condonauit, hoc eſt remiſſionem peccatorum, & adiutorium ne in poſterum committantur, & mandatorum intelligentiam, atque etiam, ut quod faciendum cognouimus facere & diligamus & poſſimus. Hæc inquam gratia facit vt deus inuocetur a nobis, hæc gratia infirmatum liberum arbitrium ſanat, idcir co veritas inquit, Si filius vos liberauerit liberi eritis, hac gratia non aufertur liberum arbitrium ſed liberatur, vt de tenebroſo lucidum, de prauo rectum de languido ſanum, de imprudente fit prouidem, hæc gratia dei dona noſtra facit merita, quibus æterna præmia donabit deus, gratiam pro gratia. Et ſi quiſquam hiſce dictis in ſecundo tomo aduerſatur ex ſanctorum patrum determinatione anathema eſt, nam ex verbis Zoziui & Cœleſtini papæ omnia bona ad authorem ſuum referenda ſunt, vnde naſcuntur, quem ſermonem ſynceriſſimæ veritatis (inquit Cœleſtinus papa) luce radiantem Aphri Epiſcopi maximo honore venerati ſunt.

To.ho.op.& in 9.cōfeſſio nū 15.i T.

Io.1.

1.opum D. Aug. & 1.lib.de trini ta.14.c.ī 1.3.& ī decretis Cœleſtini papę 3.in 1. T .cōcil.& ī de eccle.dog.26.& 32.in T.3.& in 1.To.ho. op.& In de pde.ſanct. 18.& ī de bono pſe.13. & in de pdeſt.& gra 2.ī To.7.opum D. Aug. & in 3.T. horum opoſ.

IN tertio autem tomo ex ſacrarum ſcripturarum fonte atque ex eccleſiaſticorum dogmatum fluuijs verba in Pelagianos Auguſt. haurit, qui tempore ſuo dicebant, Deum præſcire, qui futuri eſſent ſancti & immaculati per liberę voluntatis arbitrium, & ideo eos ante mundi conſtitutionē in ipſa ſua pręſcientia, qua tales futuros eſſe præſciuit, elegit. elegit ergo (inquiunt Pelagiani) antequam eſſent, prædeſtinans filios quos futuros ſanctos & immaculatos pręſciuit, vtique ipſe non fecit, nec ſe facturū ſed eos facturos eſſe præuidit. Quibus inquit Auguſti. intueamur ergo verba apoſtoli, videamusque vtrum propterea nos elegerit ante mundi conſtitutionem, quia ſancti & immaculati futuri eramus, an vt eſſemus? Benedictus (inquit) deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos benedixit in omni benedictione ſpirituali i in cœleſtibus in Chriſto ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati. Non ergo quia futuri eramus (inquit Auguſtinus) ſed vt eſſemus, Nempe certum eſt, nempe manifeſtum eſt. ideo quippe tales eramus futuri, quia elegit ipſe prædeſtinans, vt tales per gratiam eius eſſemus, & hoc ſecundum placitum voluntatis ſuæ, ne in tanto beneficio gratiæ dei, placito gloriaremur voluntatis noſtræ: ſed ipſius dei qui vniuerſa operat, vſque adeo vt ipſe in nobis operetur & cogitare & velle pro bona voluntate, ne quiſpiam in homine, nec in ſeipſo, ſed tantū in domino glorietur: nam hoc nobis expedit credere, nā hoc nobis expedit & dicere, hoc eſt pium, hoc eſt verum, hoc eſt iuſtum, vt ſic humilis atque ſubmiſſa cōfeſſio, & totū detur deo, qui ſi nos omnes ex apoſtatica radice vitiatos damnaret, nullus de duritia ſua, nullus de pœna ſua iuſte cōqueri poſſet. Quæ etiam non exiſtentibus peccatis proprijs ſola naſcēdi cōſuetudine nobis debeē, cū infans vnius diei (vt inqt eximius prophetarū Ioh) nō ſit ſine peccato, q̄d ſi alijs gratuita vocatiōe cōuerſis miſericordiā largiſt indebitā nō ad diſpēſatoris iniuſtitiā, ſed ad donātis miſericordiſſimā largitatē, veritatis ratione reſpōdū eſt. an audebit (inquit Auguſtinus) debitor creditorē iniquitatis arguere, ſi alteri donās ab eo quod debebat exegerit? Si ergo inter contractus hominū nullus ex hoc

Ephe.1.

1.Cor.1.

Iob 25.

In enchi. c.99.ī To.3.opum. D. Aug.& in 1. T. ho.op.& ī de pdeſt.& gra.2.& 3.in T.7.opum D.Aug. & in 3. To.ho. opuſ.

Universidad de

Sup Euāg. Ioā. trac.102. & sup primā Epistolā eiusdē Io. trac.7 &.8. in To.9. & in de verbis dñi serm.6. &. 43. in To.10. & in cōcil, Arauf.cā.12 &.25.i.1. Tom. concil.

præscriptionis locus est, quis in tantā insaniam prophanę vocis erumpat, vt in iustitię deū arguat, si vni indebitam donauerit gratiā, alteri vero debitā reddiderit pœnā? Igitur in hoc tertio tomo cū sancta matre ecclesia fateā Augustinus, quod deus concupiuit quod fecit, quoniam vt nos pulchros faceret fœdos amauit, pro infidelibus & fœdis sanguinē fudit, fideles ac pulchros nos reddidit, qd. n. spōso Christo cōtulimus? quid in dotē a priore patre adā accepimus? nōne luxurias & pānos peccatorū. At Christus pannos nostros abiecit, cilicium nostrū discidit miser tus est vt nos ornaret, ornauit vt amaret, & nos iniustos, deformes, impios, sibi displicentes dilexit: vt nos iustos, pulchros, pios, & sibi (nō ex nostro merito, sed ipsius dono) placētes faceret. Quamobrem nihil simus nobisipsis & mundo ipsi, at illi soli fidentes, qui omnium nostrū curam gerit, omnia nobis in bonum cooperari faciens, vt hęc diui Augustini opuscula (per me minimum filium tuū in vnum redacta, scolijsque quampluribus argumentis, & materierum Indicibus illustrata, atq; ab errore primi impressoris purgata) patefaciūt. Quę omnia tibi patrono opt. diuo augustino simillimo dedicare statui, cum cæteris sis excolendus, & mihi ita obseruandus, vt alterum quidē, ad cuius voluntatem studia mea accommodarem, præter te habeam neminem, qui nostris honoribus semp consultum esse voluisti, tū quia iure tuum est illa tueri, qui ipsius patris nostri Augustini locū obtines, qđ profecto nō ago, ut tibi gloriā afferā· οὐ γὰρ ἐς ἀθανασίαν sed, vt tuo illustrentur nomine, ne noster labor & aliorū studium pereat, cum arcuato vulnere contra nos insurgat scorpius, vt nos venenato feriat stimulo. Nam nulla tam parua in Europa est regio, in qua nomen tuum omni laude dignum summo honore non celebretur. Tu Mœcenatem liberalitate vincis, Tu Pollionem munificentia exuperas, Tu M. Tullium copia dicendi, atque Ptolomæum regem codicum linguarum inuestigatione longe antecellis. Iam habent Christiani principes quem imitentur, iam reges edoceri possunt qua arte immortalitatem consequantur. Tu totius Augustinianæ familiæ splendor, quam fere totam tua præsentia illustrasti, & quicquid religionis, quicquid vitæ, quicquid morum, quicquid disciplinæ constituisti, ac solidasti. Suscipe igitur mi R. P. diui Aurelij Augustini opuscula vna cum nostris annotationib. & paruis exercitationib, ea fronte, qua soles cæterorum filiorum tuorum sudores, labores, & vigilias complecti, quæ si tibi cordi fuisse censebo, mihi magni muneris loco ducam, & ad literas posthac capescendas non vulgaris stimulus dabitur. Vale.

ARGVMENTA
HVIVSCE PRIMI TOMI
PER. M. AVGVSTINVM
SOSTENEVM FREGOSVM
cōpendiose in vnū redacta.

ARGVMENTVM PROLOGI
quatuor librorum diui Augustini de doctrina Christiana.

Augustinus reprehensoribus suis triplicibus, triplici respondit argumento, exemplis patefaciens. Nos ex Deo per homines sacrarum literarum recipere cognitionē.

ARGVMENTA LIBRI PRIMI
de doctrina Christiana.

Qvi fratribus priora dona tribuit, se recepturū a Deo potiora speret. cap.1

Qis doctrina aut rerū, aut signorū est, & si res multoties signū, & qđvtrūq; eorū declarat. c.2

Res trifariam diuiduntur, quæ diuersos habent effectus Nam si vtendis fruimur, a patria vel retardamur, vel reuocamur. cap.3.

Quid frui, quidq; vti, & qualiter vsus illicitus abusus nū cupatur, nos, a patria inferiorum amenitate retardans, seu remonens. cap.4

Res fruibilis est trinitas ipsa, quæ vna res est, communis omnibus fruentibus ea, sic tamen distincta in personis quod quelibet persona deus, & omnes vnus deus. c.5

De deo nihil dici potest, quia ineffabilis est, cum hoc tamen humanæ vocis admisit obsequium, vt de verbis nostris in laude sua prolatis, gaudeamus. cap.6

Omnes de deo, aut vere, aut falsē cogitantes id eum esse fatentur, quo nihil melius, aut sublimius, & quod cęteris rebus omnibus anteponitur. cap.7

Qui deum cogitant, illum vitam asserūt quo corporalia, spiritualia, & intellectualia viuūt: quę vita non aliquā do sapit, & aliquando desipit, cum ipsa sit sapiētia. c.8

Causa nos a cognitiōe dei impediens, cum ipsa omnibus presto sit, sunt mali mores: cap.9

Qui deum agnoscere cupiunt, mentem suam a vitijs purgent, quia ad eum, qui vbique est prędens non locis, sed bonis moribus mouemur. cap.10

Diuina sapientia, quia hominem accepit, a superbis stulta & infirma existimata est, & si ipsa nobis seipsam exē-

plum, & viam ad patriam præbuit. cap.11

Mundus, quia per sapientiam deum agnoscere non valuit, diuina sapientia etiam carneis oculis apparuit, vt nostras a nobis remoueret infirmitates. cap.12

Sicuti cogitatio integra in mente manet, & si verbis exprimatur: ita verbum dei non est commutatum, & si caro sit factum, vt in nobis habitaret. cap.13

Sicut medici de quibusdam contrarijs, & de quibusdam similibus curant, sic diuina sapientia nos a criminibus curauit. cap.14

Credulitas resurrectionis credẽtibus fidẽ fulcit, quod voluntarie pro nobis Christus sit passus, at negligẽtibus timorẽ incutit, vt se ad indulgentiã cõuertãt. cap.15

Ecclesia spõsa, & corpus est Christi, cuius mẽbra xps nodo charitatis astringit, & molestijs purgat. cap.16

Via ad Christum non locorum, sed affectuum est, quã vt purgaret, pro nobis crucifixus est. cap.17

Christus ecclesię claues dedit, quibus ita ligat, quod qui sibi dimissa peccata non credit, illi vere in cœlo non dimittuntur, qui vero sibi condonata credit, illi & in cœlo condonantur. cap.18

Sicut mutatio morum in melius, vitæ prioris est mors, ita mors corporis, & vt prima in melius, sic secunda, cum corruptibile ipsam acceperit incorruptionẽ. ca 19

Homo cuius animus a vitiis non moritur in grauiorem mortem, morte corporis traditur, nam tantum ad luendas pœnas resurget. cap.20

Fides animę corporisque omnimodum interitum negat, quia pios ad gloriam, impios vero ad pœnas resurrecturos affirmat, cap.21

Deo solo fruendum, at rebus omnibus vtendum, sed de hominibus est quæstio, quæ soluitur cum proximum, vt nos ipsos, & nos non propter nos, sed propter incommutabilem vitam, diligimus. cap.22

Non omnia quibus vtimur, diligenda, sed tantum quę supra nos, nos ipsos, proximosque nostros, & propria corpora diligere debemus, & si tantum de dei proximique dilectione sit præceptum, Nam & impius seipsum, corpusque suum naturaliter diligit. cap.23

Nemo carnem suam odit, & si aliqui se sine corpore esse maluisse dicant. Non enim proprium corpus, sed illius corruptiones oderunt, Vellent enim corpus habere incorruptibile, & in oĩbus spiritui subditũ, qđ erit cum caro aduersus illum non amplius cõcupiscet. cap.24

Dubitare quod homo se diligat dementis est, Nam & si aliqui propria amiserunt corpora, vt aliquid quod magis diligebant, recipirent. Non tamen dicendum illos, propriam non amasse salutem, cap.25

Cum

Cum bestię se, & corpora sua diligant multo magis id agunt homines, quamobrem tãtum præcipiendũ erat vt deũ supra nos, & ꝓximũ vt nos ipsos diligeremus. c.26

Homo ille iuste viuit qui ordinatam habet dilectionẽ, diligendo deum supra se, & proximum plusquam proprium corpus. cap.27

Omnes homines æque diligendi, & si omnibus prodesse non potes illis consulendum est, qui tibi temporaliter colligatius adhęrent. cap.28

Nos homines illos quos adiuuamus, & a quibus adiuuamur, & a quibus nõ adiuuamur in dei dilectiõe diligere debemus, optantes vt oĩs nobiscũ deũ diligãt. c.29

Si recte proximus dicitur, cui prębẽdum est, vel a quo nobis prębendum est misericordiæ officium, manifestum est hoc præcepto, quo proximum diligere iubemur etiã sanctos angelos contineri. cap.30

Cum nos eo fruamur, quem propter seipsum diligimus, deus, qui bonorum nostrorum non indiget nobis non, fruitur, sed vtitur. cap.31

Deus nobis nõ vtitur, vt nos ꝓximis vtimur, vt deo perfruamur, non tantum proximi, sed & nostram respiciendo vtilitatem, dei vero vsus ad nostram vtilitatem, & ad eius bonitatem refertur cap.32

Homo seu angelus sup̃erbus aliorum spem in se constituit gaudet, sanctus vero hõ siue angelus, nos in se acquiescere cupiẽtes, in deũ ire compellit quo fruentes pariter beati sumus, inde si homine fruuntur potius deo q̃ homine fruntur, quia in illum tantũ spem ponunt. cap.33

Christus ideo via factus, qua ad se, & ad patrem itur, ꝓuenitur, & permanẽt, vt nulla res tẽporalis nos in via teneat, q̃ alacriter ad deũ ipsum currere debemus. ca.34

Plenitudo legis, & omniũ diuinarũ scripturarũ est dilectio rei fruibilis, ac eius rei, quę deo nobiscũ frui potest quia vt quisq̃ se diligat, præcepto non est opus. ca.35

Qui in expositiõe scripturę nõ ędificat dei, proximiq̃ charitatẽ, nõdũ illã intellexit, quisq̃s vero id agit, & si alius esset illius authoritatis sensus, ita fallitur, quod non mentitur. Nam eo pergit, quo legitimus sensus perducit. cap.36

Nemo amore propriæ sententiæ authoritatem scripturę offendere debet. Non enim per speciem sed per fidem ambulamus, quę vna cum charitate, & spe titubabit, si diuinarum scripturarum vacillat authoritas. cap.37

Fidei spes, & spei beatitudo succedit qua fide & spe decedentibus charitas augetur, nam temporalia plus diliguntur antequam habeantur: æterna vero adepta ardentius amamus. cap.38

Homo fidem, spem, & charitatem retinens, nõ indiget scripturis

scripturis, nisi ad alios instruēdos, & talis sine codicibus vixit, illicq; euacuatæ sunt linguę, pphetiæ, & sciētiæ, & decedētibus fide, & spe, ei charitas auctior efficit cap.39

Homo agnoscens finem præcepti esse charitatem de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, & ad ista scripturarum perducens intellectum, ad illarum expositionem securus accedat. cap.40

ARGVMENTA OMNIVM CAPITVLORVM secundi lib. de doctri. Chdistiana.

QVOD signat signum, & non quod est, est attendēdum, quorum aliud naturale aliud vero datum, quidque sit naturale signum describit. cap.1

Signa data ab hominibus sunt instituta, de quibus Au. in isto. 2. lib. tractat, ostenditque quod bestiæ aliquibus signis quod appetunt patefaciunt. cap.2

Signa alia oculis, alia vero auribus percipiuntur, attamen omnia signa verbis comparata pauciora sunt, ex odoreque & contactu, & gustu erga dominum signa aliqua constituuntur. cap.3

Verba, quæ sonando transeunt, ex peccato ædificatio nis turris Babel non eadem apud omnes, horumque signa literę dicuntur. cap.4

Scriptura diuina, & si ab vna hebręorum lingua profecta, attamen ad totius mundi salutem, per varias interpretū linguas, vbique lunge lateque diffusa est. cap.5

Obscura in sacris literis habentur, vt nostra dirimatur superbia, & intellectus a fastidio reuocetur cui difficilia magis delectant, & similitudinarie dicta, ob id spiritus sanctus scripturas modificauit, locis facilioribus fami nostræ occurrens, & obscurioribus a fastidio nos reuocans. cap.6

Ad dei sapientiam, timore dei, & pietate cum scripturarum credulitate, scientia, fortitudine, & consilio conscenditur. cap.7

Hæ scripturę acceptandę, quę ab omnibus, vel a pluribus, & grauioribus tenentur, & qui libri canonici nuncupentur. cap.8

Voluntas dei in scripturis quęrenda, quam vt opere implere valeamus, opus est sacros libros legere, & memoriq tenere. cap.9

Quę scripta sunt, non intelliguntur, obreguntur enim aut ignotis, aut ambiguis signis. Nam signa aliqua propria, alia vero translata, & quid vtrunque illorum. cap.10

Cognitio linguarū magnū est remediū ad agnoscendū signa propria, & verba quæ propter sanctiorem authoritatē nō fuerūt translata, illaq; trāsferri nō possunt ca.11

Varietas interpretum plus adiuuit, quam impediuit scripturarum intelligentiam. cap.12

Solœcismus & barbarismus qd, & quomō ab illo cō temni possunt, qui ea noluerit vitare, quæ sano intellectui non detrahunt. grecamque in latinum seruare locutionem absque infirmorum errore vel ambiguitate non possumus. cap.13

Signum ignotum alterius linguæ, aut verbum sit, aut locutio, ab aliquo illius linguę, vel illam lingam discendo, seu ex interpretum collatione, quæ multum iuuat intelligere debemus. cap.14

Itala lingua in interpretationibus cæteris præferenda at vero quo ad vetus testamentum saptuagínta authoritas cęteros excellit, qui singulis cellis singuli separati (si est vt fertur) vetus interpretati sunt testamentum, etiam si hebraica exemplaria aliter sonarent, diuinæ inspiratio ni cedendum est: nā interpretati sunt vt spiritus sanctus gentibus congruere iudicauit. cap.15.

Interpretatio nominum hebræorum, quæ interpretata non fuerunt, & cognitio rerum earumque proprietatum vt serpentum, lapidum, & herbarum numerorumque, & musicalium rerum, multas figuratas locutiones in scripturis manifestant, ignorantia vero vniuscuiusque horum figuratas loquutiones obscuras facit. cap.16

Errores gentilium non sunt audiendi, de generatione musarum. cap.17

Musicalia nō fugiēda, prout ex illis aliquid vtile ad intelligendum sacras literas rapere poterimus. cap.18

Duo genera doctrinarū, quorum aliud a deo institutū quod superstitiosum non est, reliquum ab hominibus qđ partim est superstitiosum, partim vero non est. cap.19

Superstitiosum est quicquid ad colēda idola, vel creaturam aliquam vt deum, consultationesque dæmonū magicæ artes & ligaturę aliquaq; acta quę homines in finē dirigunt, qui deo tantum notus est. cap.20

Genethliaci, qui vulgo mathematici dicuntur, syderibus hominum nomina imposuerunt, quæ attamen a deo in fabricatione mundi creata fuerunt, vt per ea certum motum, temporaque distingueret. cap.21

Gemini ex vtero ita possunt fundi, vt inter eos nullū interuallum temporis possit apprehendi, vt de Esau, & Iacob patet, ob id multum valet, cœlestium corporum rapidissima velocitas, quam Mathematici agnoscere non valent, quam ob rem cum dæmonibus pacta habentes superstitiosi sunt. cap.22

Pars ista infima mundi, ordine diuinę prouidentiæ dęmonibus est subiecta, qui vt nos decipiant futura patefaciunt, quibus nec vera credere debemus, sed illos, artesque superstitiosas, & syderum coniecturas ab hominibus institutas repudiare debemus. cap.23

Superstion

Superstitiones tantum valent, quantum cum dæmonibus fœderatæ sunt. Nam spiritus qui volunt decipere, tales superstitiones procurant, vt consensum obtineant, quia nihil valent superstitiosa signa, nisi consensus obseruantis accedat. cap.24

Amputatis superstitionibus institutiones hominum vtendæ sunt, quarum aliæ superfluæ, aliæ vero necessariæ, & inter homines valent, nam illis placuit vt valerent necessariæ, attamen non sunt a christiano fugiendæ sed intuendæ, memoriaque retinendæ. cap.25

Instituta hominum non luxuriosa, nec superflua, vt literarum figuræ, sine quibus legere non valemus, & varietates linguarum sunt vtilia, nec illicite diiscunt. ca.26

Instituta illa non sunt hominum, quæ ipsi non instituerunt, sed inuestigando prodiderunt. cap.27

Historia ad sanctos libros intelligendos nos adiuuat, & si præter ecclesiam discatur, nam ignorantia consulatus, quo natus & passus est Christus, aliquos coegit de tempore passionis eius errare, at ignorantia temporis illos fallit, qui dicunt seruatorem nostrum a Platone, qui per Hieremiam edoctus fuit, sententias suas accepisse, quæ omnia ex historijs, quæ hominum non sunt instituta, cũ facta narrent, destruuntur. cap.28

Narratio qua non præterita sed præsentia indicantur, ignaris res, locaque indicat, non vt remedia superstitiosa sed vt medicamenta naturalia, Nam aliud est dicere si istam herbam biberis venter non dolebit, & aliud istam herbam si collo suspenderis, venter non dolebit. ibi probatur contemperatio salubris, hic significatio superstitiosa damnatur. cap.29

Artium tria genera, quarum cognitio tenuiter in hac vita vsurpanda, ne omnino nesciamus quid scriptura velit insinuare, cum de his artibus aliquas figuratas locutiones inserit. cap.30

Dialectica ad omnia genera quæstionum quæ in literis sacris sunt, ad soluendaque sophismata, & connexiones falsas habentes sententias, plurimum valet. cap.31

Veritas connexionum ab hominibus nõ instituta, sed diuinitus, nam qui dicit cum falsum est quod consequitur, necesse est quod falsum sit quod præcedit, verissime dicit: non ipse facit quod ita sit, sed tantum ita esse demonstrat. cap.32

Veritas sententiæ per seipsam valet, connexionis vero ex eius cum quo agitur opinione, vel cõcessione, & quo modo a destructione consequentis aufertur antecedens, & non econtra. cap.33

Aliud est connexionum regulas, & aliud sententiarũ Veritatem agnoscere, in illis discetur quid consequens, in istis autem, viuæ sententiæ scrutantur quod melius est. cap.34

Scientia definiendi, diuidendi, atque partiendi, quanquam de falsis aliquando sit, ipsa tamen non est falsa, nec ab hominibus instituta, sed in rerum ratione comperta, & quid falsum, de duobusque generibus falsorum. ca.35

Præcepta eloquentiæ vera sunt, & si eis falsa possint persuaderi ex vtentium peruersitate, quæ attamen ab hominibus non sunt instituta, sed inuenta. cap.36

Rethorica ad sermonem, dialetica ad iudicium vtilis attamen non ad æternam vitam necessaria sunt. cap.37

Numerorum disciplina, & regulæ non sunt ab hominibus instituţ, sed ingenioſorum sagacitate cõpertæ. ca.38

Adolescentes sunt instruendi, ne ad vitam capescendã beatam, doctrinas ab hominibus institutas sequi audeãt, sed eas sobriæ dijudicent: si vero societatem habent cum dæmonibus detestentur, at studia quæ ad societatem conuiuentium valent, non negligant. cap.39

Dicta philosophorum fidei nostræ accommoda non solum non formidãda, sed potius ab eis vt ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda, vti de egyptiorum auro & argento fecerunt Iudæi. cap.40

Studiosus sacrarum literarum cogitare debet quod scientia inflat, & charitas ædificat, ob id seipsum per humilitatem Christo immolare, quæ immolatio per hysopum in scripturis designatur. cap.41

Doctrina gentilium nihil est si scripturis diuinis comparetur, nam quicquid homo extra didicerit si noxium ibi damnatur, si vtile ibi inuenitur, quod vt agnoscat ambigua signa in tertio describentur. cap.42

OMNIVM CAP. III. LIB. DE DOCTRINA Christia, argumenta.

HOMO cognita dei voluntate, & signorum scientia & natura quarundam rerũ in scripturis, vna cum codicũ emendatione vt signis ambiguis non decipiatur, oportet vt scripturę ambiguitatem agnoscat, aut in verbis proprijs, seu in translatis. cap.1

Primo in ambiguitate verborum prouidendum, vt male distinguamus, aut pronunciemus. quod si regula incerta, fidei regulam consulere debemus, & si plures textus ipse, ex præcedentibus, & consequentibus, quæ ambiguitatem illam in medio posuerunt, restat cõsulendus, quæ omnia exemplis declarantur, cap.2

Ambiguitates sunt in pronunciando, vti in distinguendo, quæ aut regulis fidei corriguntur, aut, præcedentis aut consequentis contextione sermonis, ꝙ si nullo istorum modorũ, dubie remanebunt, quod & exẽplis probat adhuc

adhuc, & prolatione syllabarum. cap.3

Ambiguitas non pertinens ad distintionem, vel ad pronunciationem, vti ad illas pertinētes cōsideranda est nā rarissime inuenitur ambiguitas, quam non circonstantia sermonis, qua cognoscitur scriptorum intentio, aut interpretum collatio, aut p̄cedētis linguę soluat inspectio. c.4

Cauendum est in ambiguitatibus translatorum verborum, in principio, ne figuratam locutionem ad literam accipiamus, nam miserabilis est animæ seruitus, signa pro rebus accipere. cap.5

Aliqui iudæorum signa, pro rebus spiritualibus obseruabant, sed qui Christo proximi fuerunt, quamuis quomodo spiritualiter erant intelligenda nescirent, attamen se totos dedicabant, suaque vendebant, & p̄cium ad pedes ponebant apostolorum. cap.6

Aliqui impie simulachrum ad colendam creaturam, vt deum referebant, nam si signū vtiliter institutum, pro ipsa re sequi cuius causa est institutum, erroneum est, quāto magis signa, pro rebus accipere, fateorque altius esse demersos, qui opera hominum deos putant, quam qui opera dei. cap.7

Christiana libertas, quos sub vtilibus signis inuenit, eleuando ad res quorum sunt signa liberauit, quos vero sub inutilibus, frustrando signa a tali seruitute liberauit: nos sub vtilibus relinquens, non vt illis seruiamus, sed vt ad intelligentiam spiritualem exerceamur. cap.8

Ille sub signo seruit, qui illud operatur, aut veneratur nesciens quid significet, qui vero intelligit, & tale opera tur, non tamen quod videtur veneratur, sed illud quo cūcta referenda sunt, & est liber etiam tempore seruitutis, a qua tamen nos christiani liberati sumus, qui pauca accepimus signa, at illa non carnali, sed spirituali seruitute veneramur. cap.9

Primo inueniendum an propria, seu accomnodata locutio sit, & quid harum vna quęque quod vt sciamus opus est charitatem & cupiditatem agnoscere, & quod prima in vtilitatem, & beneficientiam diuiditur, Secunda vero i flagitiū, & facinus, & quāto magis cupiditatis regnū destruit, tanto magis regnū charitatis augetur. c.10

Quicquid factu dictūque asperum, & quasi sæuum in scripturis legitur, ex dei persona vel sanctorum eius, ad destruendum regnum cupiditatis valet, at si perspicue sonat nō est figurate dictū, si vero obscure, est figurate dictum, q uod authoritatibus probat. cap.11

Figurate dicta in sacris literis imperiti flagitiosa existimant, & quod nec latius, aut restrictius vti debemus rebus, quam ij cum quibus viuimus, nam tātum libido vtēdi culpanda est, ob id quid locis, personis, & temporibus conueniat scrutandum, ne temere flagitia reprehendamus, & quicquid in scripturis narratur historice vel proprie, vel figurate, vel prophetice in finem charitatis dei, & proximi interpretandum. cap.12

Quicquid pro degenda vita ista facimus, ad vtilitatē & beneficientiam referendum est, vel proprie, vt nos, facimus, vel figurate vti prophetæ. cap.13

Indocti quę alterius sunt consuetudinis, flagitia putāt. inde iustitiam propriam consuetudinem dicunt. Communem vero omnium iustitiam non intellexerunt, quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. cap.14

Euersa tyrannide cupiditatis, charitas regnat, inde scrutandæ locutiones, donec ad regnum charitatis perducantur. cap.15

Locutio vetans flagitum, aut facinus, aut iubens vtilitatem, vel beneficientiam non est figurata, si vero flagitia iubet, aut facinora, vtilitatem beneficientiamque vetat, figurata est, quę omnia authoritatibus scripturæ probat. cap.16

Constitutus in meliori gradu spiritualis vitę, quę inferioribus gradibus p̄cipiuntur, putat figurate dicta, q̄ agendum non est, cum aliqua omnibus, aliqua vero singulis generibus personarum p̄cipiantur. cap.17

Multa faciebant veteres, pro temporum conditione, quę nobis flagitia videntur, seu facinora, vti de multis vxoribus, & si illis quisquam, vti posset caste, alius vero vna libidinose. cap.18

Qui vna libidinose, & intemperanter vtuntur vxore, se nescire fatentur quomodo sancti patres pluribus tantum generandæ prolis causa vtebantur. cap.19

Sicut Apostoli credentiū celebrabantur p̄conio, & persequentium maledictis infamabantur, at non corrumpebantur, sic veteres absque libidine pluribus vtebantur vxoribus. cap.20

Quod sancti illi viri pluribus vtebantur vxoribus caste, ex adulterio Dauid, & ex reprehensione ei facta agnoscitur. cap.21

Multa proprie leguntur de actibus sanctorum, veteris testamenti, modo non facienda: sed figuram ad intelligentiam referamus, at factum ad mores non transferendū. Nam tunc multa officiose, quę nūc tantum libidinose possunt fieri cap.22

Ex peccatis patrum discamus talia effugere naufragia & non iustificare nos ipsos, reliquos peccatores partipēdendo, quia deus superbis resistit. cap.23

Inuestigandū maxime est, an propria seu figurata sit locutio, quod ex regulis suprapositis agnoscemus. cap.24

Verba non semper eodem modo in scripturis significāt, sed

sed aliud, & aliud vti exemplis probat. cap.25
Vbi verba in scripturis clarius, & apertius ponuntur discēdum quomodo in locis intelligātur obscuris. ca.26
Quando ex aliquibus verbis sacrę scripturę sentiun tur plura etiam si latet quid senserit ille, qui scripserit nihil est periculi, si ex alijs locis id veritati congruere faciamus. cap.27
Periculosum est humanis rationibus fidere, quia per scripturas diuinas multo tutius ambulatur. cap.28
Agnoscere modos locutionis quos grammatici tropos vocant, pro scripturarum ambiguitatibus disoluendis est necessarium. cap.29
Ticonius septem posuit regulas, quibus scripturarū sacrarum syluam dicebat illuminandam, quas studiosos legere hortamur, nam plurimum adiuuant ad scripturas intelligendas, attamen caute legendum, cum quia vt homo errauit, tum quia erronea, vt hęreticus Donatista docuit. cap.30
Prima regula est de domino, capite, & de eius corpore, ecclesia, ne hęsitemus qñ a capite transitur ad corpus vel econtra, quia non receditur ab eadem persona. ca.31
Regula secunda male dicitur de corpore domini bipartito, nam mali ad eius corpus non pertinent, sed ad permixtum. cap.32
Regula tertia est de promissis & lege, quę alio modo dici potest de spiritu & litera, seu de gratia & mandato, et est potius magna quęstio quam regula, contra Pelagianos, & si illos non bene impugnauerit concedens fidem ex nobis, esse in nobis. cap.33
Regula quarta est de specie & genere, hoc est, de parte & toto in qua vigilare debet lectoris intentio, ne ista confundat, nam aliquando a specie transitur ad genus, vt authoritatibus probat. cap.34
Rugula quinta est de temporibus qua quantitas temporū latēs ī scripturis cognoscit, q̄ duobus modis viget, aut tropo, synecdoche, aut ex legitimis numeris. cap.35
Regula sexta recapitulatio dicitur, quę in obscuritate scripturarum satis vigilanter inuenta fuit, vt authoritatibus probat. cap.36
Regula septima est de diabolo, & eius corpore, nam ipse est impiorum caput, vti Christus electorum, ob id vt in prima, ita in ista vigilandum, an de capite, seu de corpore loquatur scriptura. cap.37

ARGVMENTA OMNIVM CAPITVLORVM quarti lib. de doctri. Christiana.

TRIA volumina absoluit Augustinus de inueniendo. Nunc vero in isto quarto libro, de arte proferendi vult dicere. cap.1

Non vult Augustinus rhetorica dare pręcepta: & si aliquid vtilitatis habeant, illud extra est discendum. cap.2
Rhetorica conuenienti ætate discenda celeriter, nam qui eam cito non discit, nunquam discet. cauendum attamen ne fugiant ex animo, quæ dicenda sunt, dum attenditur, vt arte dicantur. cap.3
Doctor scripturarum sacrarum, defensor rectæ fidei, ac debellator erroris agere debet. cap.4
Melius est dicere sapienter quam eloquenter, etiam si minus prodesset quam si eloquenter posset dicere, nam probando delectat, qui minus potest delectare dicendo: nam qui eloquenter, suauiter: qui vero sapienter, salubriter dicit. cap.5
Nihil sapientius, nihilque eloquentius doctoribus sacris, qui canonem fecerunt. cap.6
Germana eloquentia in sacris ineſt literis, quæ sapientiæ adhæret velut inseparabilis comes, quod exemplis, et authoritatibus probat. cap.7
Expositores sacrarum literarū seipsos exponēdos nō proponant, sed maxime elaborent, vt intelligaṅ. ca.8
Codices nostri cum intelliguntur non sint molesti volentibus legere, & cum non intelliguntur, molesti nō sint nolentibus legere, Nam curare non debemus, quanta eloquentia, sed quanta euidentia doceamus. cap.9
Diligens doctor cultiora verba negligit, nec curat quid bene sonet, sed vt bene indicet, atque intimet. cap.10
Eloquentia dicitur, non vt libeat quod horrebat, nec vt fiat quod pigebat, sed vt apareat quod latebat, & si in suauiter non tamen infructuose. cap.11
Orator debet docere, delectare, ac flectere, quorum primum necessarium, secundum suauitatis, tertium victoriæ, primumque in rebus, reliqua vero in modo dicendi posita sunt. cap.12
Oportet eloquentem ecclesiasticum qrando suadet nō solum docere, vt instruat, & delectare, vt teneat, sed & flectere vt agatur quod docet, sicque vincat. cap.13
Homines tantum operæ eloquentiæ impendunt quod non tantum facienda, sed & non facienda sectātur, quod deus ab ecclesia sua auertat. cap.14
Ecclesiasticus eloquens bona dicendo quantum potest agit, vt intelligenter, libenter, & obedienter audiantur, at hoc se posse, ex orationibus magis, quam ex rethorica fatetur, Cum nos, sermonesque nostri in manu dei benedicti positi simus. cap.15
Sanctus spiritus doctores facit, attamen hominibus præcipiendum, quid, & quomodo doceant, quæ per hominum adhibita tunc prosunt quando deus vt prosint, operatur, qui homini potuit euangelium dare, nō ab hominibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

minibus nec per hominem. cap.16
Homo bonum persuadēs, vt doceat, delectet, & flectat, erit vt intelligenter, libenter, & obedienter audiat, eloquensq; erit, dicēdo parua submisse, vt doceat, & modica temperate vt delectet & magna granditer vt flectat. c.17
Vt orator, ita eloquens ecclesiasticus, aliqua grāditer aliqua tēperate, & aliqua submisse dicit, attamē nō de eisdē rebus, sed de alijs, & aliter sua dicta deprumūt. c.18
Eloquens ecclesiasticus, aliqua granditer, aliqua temperate, & aliqua submisse debet dicere, & quæ vno modo, non sunt, alio modo dicenda. cap.19
Tria genera dicendi in scripturis habentur, vt exemplis probat. cap.20
Tribus his generibus dicēdi vsi sunt doctores, q ad diuinarū rerū scientiā profecerūt, vt exēplis probat. ca.21
Genus dicendi variandum, nam quanto oratio est prolixior in vno genere, tanto minus detinet auditorem, diutius attamen tolerari potest submissum genus dicendi, quam grande. cap.22
Genera dicendi miscenda, nam in grādi genere semper, aut pene semper principia temperata sunt, aliquaque submisse dicuntur, quæ granditer possent dici, cum hoc tamē temperata nunquam granditer dici possunt. cap.23
Aliquid non ob id granditer dicitur, quia cum acclamatione profertur. Nam & id agunt, & alia dicendi genera, sed grande genus pondere suo, plerunque voces premit, lachrymasque exprimit. cap.24
Finis vniuscuiusque generis dicēdi est persuadere, & ni si persuadeat, ad finem eloquentiæ non peruenit cap.25
Auditores intelligāt, delectent, & obediant, quod non tātū in vno genere dicendi requirit, sed in omnibus. c.26
Vita dicentis vt obedienter audiatur, excedit omnem granditatem dicendi. cap.27
Doctor recte viuat, vt non impudenter, sed obedienter audiatur, & in doctrina sana sit potens contradicentes redarguere, fallaque non dicat eloquenter, sed verum eloquenter, & sapienter, & si non potest vtrunque, sapienter dicat, quod non dicit eloquenter. cap.28
Doctor qui non potest sapienter pronunciare bena viuat, & sit ei copia dicendi forma viuendi, Nam qui male viuunt aliena furantur, verbisque deum nosse fatentur, factis autem negant. cap.29
Doctor semper deum oret, vt bonum mittat sermonem in ore eius, & vt auditores capiant, quod si fecerint, deo gratias agat. cap.30
Longior fuit liber, sed cui gratus illi non est logus, cui vero lōgus videtur, per partem illum legat, quia in illo quid in doctrina christiana studendū patefactū est, ca.31
omnium

SERMO dei nos hortat, accipere disciplinā in domo dei, in qua vera dei, proximi, nostriq; dilectio discit. c.1
Magis mortē, quā vitā mali hoīes diligūt, qa nollēt male mori, & volūt male viuere, quorum merces ęterna damnatio bene vero viuētiū merces ęterna vita. cap.2
Qui audiūt & discūt sunt veri christiani, & sic deficiūt & proficiūt, deficiūt iniquitati, & proficiunt deo. cap.3
Verus magister nos docens, est apostolus apostolorum Christus, nam vt caput linguaque, nobis pedibus suis loquitur. cap.4

ENCHIRIDII AD LAVRENtium argumenta.

AVGVSTINVS Laurentio sapientiam optat, non quam stultam fecit, sed quam donat ipse deus. cap.1
Vera hominis sapientia, est pietas quam Græci θεοσεβειαν vocant, hoc est, dei cultum, seu ευσεβειαν, hoc est bonum cultum. cap.2
Diuinus cultus fide, spe, & charitate constat, quidque ad vnumquodque horum pertineat promittit declarare Augustinus. capt3
Laurentius ab Augustino petijt Enchiridion, vt quid credendum quid sperandum quidque amādum sit sciret, quod patefacere pro posse promittit Augustinus. cap.4
A fide incipiendum, vt ad speciem perueniamus, cuius fidei Christus solus est fundamentum, cuius nomen, sed non ipsam rem scrutantur hęretici. cap.5
Augustinus in Enchiridion, qd credēdū, qd sperādū, qdque amādū patefaciet, ait attamē quod aduersus horū calumniatores vberioris doctrinę esset scribere. cap.6
Nihil legitur, aut auditur breuius, & facilius memoriæ cōmendatur quā symbolū, oratioque dominica: & si fide credendū, & spe charitateq; orandū. attamen quia hæc sine fide esse non possunt, ideo & fides ipsa orat. cap.7
Quicquid speratur creditur, & non e contra, nā fides, & si bona, attamen bonarum malarumq; rerum est, præteritarumque, præsentium, & futurarum, suarumque rerū, & alienarum, spes vero tantum bonarum est rerum, & futurarum, & sic distinguuntur, & si multoties conueniant, nam futura bona creduntur, & sperantur attamen ista sine amore esse non possunt. cap.8
Christianū scire oēs physicas quęstiones nō oportet, sed sufficit vt omniū rerum visibiliū, & inuisibiliū, cœlestiū & terrestriū causam credat creatoris bonitatē. cap.9

Omne quod creauit deus, est bonũ, omniaque simul valde bona. cap.10

Malum loco suo positum, & bene ordinatum commendat bona. cap.11

Deus summe bonus omnes creaturas bonas fecit, attamen non vt ipse bonus est, nam illarum bonum, minui augerique potest. cap.12

Bonum omni malo carens est integrum bonum, cui vero inest malum, vitiatum est bonum. cap.13

Duo contraria simul esse non possunt, attamen malum sine bonis esse non potest, & si bona sine malis esse possint. cap.14

Bona voluntas & mala, ex bona hominis natura oriri potest, & si dominus dixerit Mat.7. non potest arbor bona malos fructus facere. cau.15

Non rerum naturalium, sed bonarum malarumq; causas scire debemus. cap.16

Non qui nescit, sed qui se existimat scire quod nescit errat, nam aliquando in via pedum errare prodest, sed non in via morum, vt exemplis probat. cap.17

Mendatium semper malum, sed maius malum de rebus ad cultum dei pertinentibus mentiri, inde minus male falli, sed non in rebus ad fidem spectantibus, quia maius malum in illis falli, quam in alijs mentiri. cap.18

Aliquando magno, & aliquando paruo, quandoque nullo fallimur bono. cap.19

Non tantum sunt vera quæ videntur, vt Academici dicebant, sed & quæ non videntur ad æternamque factunt vitam, quibus assentimus. cap.20

Nihil ad regnum dei capescendum refert aliqua credere, vel non credere, aut illa vera vel falsa dicere, nisi prout in malis huius vitæ deputatur. cap.21

Omnis qui mentitur contra id quod animo sentit loquitur, & sic verbis non vtitur, vt instituta fuere etiamsi vtile fuerit mendacium, peccato non caret. cap.22

Non debemus dubitare causam omnium rerum bonitatem esse dei, at malarum angeli prius, deindeque hominũ voluntates. cap.23

Malum est priuatio boni, & ignorantia rerum agendarum, & concupiscentia noxiarum. cap.24.

Tria mala prædicta hominibus angelisque communia sunt, sed homo propriam habet pœnam, nam morte corporis punitur. cap.25

Adam stirpem suam peccato vitiauit, & pœna mortis, & damnationis obstrinxit, vt quicquid prolis ex illo p̃ cõcupiscentiam nasceretur, originale peccatum cum suis doloribus traheret. cap.26

Deus ex sua bonitate malos angelos & homines in esse seruat, quos si vellet iuste destrueret, sed melius iudicauit de illis malis benefacere quam illa esse non permittere. cap.27

Non ex vnius angeli peccato, reliqui peccarunt angeli, sed qui cum diabolo elati deum relinquerunt illi damnationis pœna obstricti sunt, reliqui obedientes de sua perpetua stabilitate secuti permanent. cap.28

Placuit deo illam partem hominum restaurare, quæ p̃ditis angelis correspondebat, vt mater nostra Hierusalẽ, ciuium suorum numerositate non fraudaretur. cap.29

Homo non suis meritis, quæ tantum mala esse possunt, subleuatur, sed ex sola dei misericordia. cap.30

Fides & bona opera dei sunt dona in nobis. cap.31

Velle & operari bona, dei sunt dona in nobis. cap.32

Omnes natura sumus filij iræ, sed gratia mediatoris Christi Iesu liberamur. cap.33

De mediatore Christo Iesu digne ab homine dici non potest, quomodo cum esset in diuinitate verbum caro est factus. cap.34

Christus vnicus dei filius, vt deus patri æqualis, vt ipse homo minor patre. cap.35

Christus nõ ex meritis p̃cedẽtibus meruit, vt in eo diuinitas humanitati niteret, sed sola gratia, vt hoies sciãt, p̃ eandẽ gratiã se iustificari a peccatis, per quã factum est vt homo Christus nullum haberet peccatum. cap.36

Christus dicitur natus de spiritu sancto, vt gratia dei in illo demonstretur. cap.37

Christus & si natus de spiritu sancto ex Maria virgine attamẽ non filius spiritus sancti, sed Marię virginis. c.38

Omne quod est ex aliquo non dicitur eius filius, inde Christus & si natus de spiritu sancto, attamen non dicitur spiritus sancti filius. cap.39

Modus quo xp̃s natus de spiritu sancto dicit, insinuat nobis gratiã, q̃ nullis p̃cedẽtibus meritis obtinuit. c. 40

Christus nullum habuit peccatum, sed in similitudinẽ carnis peccati est factus, vt nostra ablueret peccata. c.41

Christus mortuus est & resurrexit, ita nos peccato morimur, & viuimus renascendo. cap.42

Paruuli originali peccato in baptismo moriunt, adulti vero oĩbus peccatis ẽt q̃ male viuẽdo addiderũt. ca.43

Plurale aliquando in scripturis pro singulari ponitur, & e contra, inde peccato mori dicuntur adulteri, & paruuli in remissionem peccatorum baptizantur. cap.44

In peccato primi hoĩs, plura peccata intelliguntur. c.45

Peccata patrum in filios transeunt, nisi gratia dei per baptismum liberentur. cap.46

An peccata aliorũ patrũ ab Adã trãseãt in filios. c.47

Peccatũ originale tãtũ per Christũ diluitur. cap.48

Baptismum in Christo nihil inuenit quod ablueret, vt mors nihil inuenit quod punirer, nam iustitia voluit superare diabolum. cap.49
Adam vnum peccatum misit in mundum, & Christus illud cum omnibus peccatis actualibus abstulit. cap.50
Omnis qui ex Adam nascitur damnatione detinetur, a qua tantum in Christo renatus liberatur. cap. 51
Vti per vnum hominem pœna, ita per vnũ hominem gratia, qua peccato mortui deo viuimus. cap.52
Mors resurrectio, at ascensio Christi vitæ christianæ figura, vt authoritatibus probat. cep.53
Christi vero aduentus ad iudicium ad vitam nostram non pertinet. cap.54
Christus viuos, mortuosque iudicabit, & quid per vtrunque. cap.55
Vt de tota agatur trinitate, de spiritu sancto agendum est, & de eius templo ecclesia. cap.56
De superna Hierusalem nihil affirmare possumus, nisi quod nullus in ea reperit malus, seu de illa casurus. c.57
Angeli archangeli, sedes, dominationes, principatus, & potestates, ad eandem pertinent societatem. cap.58
An angeli in ipsis apparitionibus spiritualibus vtãtur corporibus. cap.59
Difficile est insidias diaboli euadere, ne de seipso, aut de alio homine, homo speret. cap.60
Christus non pro angelis, sed pro nobis passus, & si p ipsum angelorum reparentur detrimenta. cap.61
Omnia quæ in cœlis sunt, & in terris per Christum restaurantur. cap.62
Pax sanctorum in patria excellit intellectum nostrum, nam per speculum in enigmate nunc agnoscimus, quod postea in patria clare videbimus. cap.63
peccata oĩa post baptismũ cõfessione abluunt. ca.64
Tempore pœnitentiæ de magnitudine peccatorum non est timendum, nam omnia in ecclesia condonantur peccata. cap.65
Graue iugum hic filijs Adam impositum, quampluribus enim pœnis cruciant, & si de aliquibus hic nõ puniãtur, nam illa futuro iudicio seruantur punienda. cap.66
Fides cũ malis operibus nos saluare minime potest, nã mortua est, sed illa saluat quę p dilectionẽ operat. c.67
Præsentes tribulationes ignis dicuntur, quo opera nostra qualia sunt probantur. cap.68
Non est incredibile quod purgatorius ignis post hanc vitam detur, ijs qui hic aliquibus eleemosynis peccata redimerunt. cap.66
Si præterita peccata nobis condonari optamus, opus est in melius mutare vitam, cap.70
Oratio fidelium pro quotidianis peccatis satisfacit, & p illisa qbus in melius mutati, ex hac vita discedimus. c.71
Multa sunt eleemosynarum genera, quę cum facimus adiuuamur, vt nobis nostra dimittantur peccata. ca.72
Perfectorũ est inimicis benefacere, attamẽ omnium est christianorum petenti veniam de commisso maleficio dimittere, si a deo sibi optant peccata condonari. cap.73
Qui peccata roganti, & penitenti non condonat, nec sibi a Christo donantur. cap.74
Oĩa ex eleemosynis mũda qũo intelligantur. cap.75
Ille ordinate eleemosynã dat, qui sibi ipsi misereꝛ. c.76
Peccata eleemosynis purgantur, si per innouationem vitæ illa relinquimus. cap.77
Quę leuia quęque grauia sunt peccata, nõ humano, sed diuino sunt pensanda iudicio, vt exemplis probat. c.78
Aliqua peccata leuissima putarentur, nisi scriptura illa grauiora ostenderet, vt exemplis probat. cap.79
Grauiora peccata ex vsu leuiora videntur, vt exemplis probat. cap.80
Peccamus sæpe ex ignorantia, sępiusque ex infirmitate, ob id rogandus est deus, vt nostram ignorantiam illuminet, & sanet infirmitatem. cap.81
Misericordia pientissimi dei necessaria, vt agatur pœnitentia. cap.82
Qui in ecclesia dimitti peccata non credit, & sic diem extremum claudit, in sanctum spiritum peccat. cap.83
Christianus non debet dubitare carnem omnium hominum resurrecturam. cap.84
Fœtus abortiui resurgent, & quod non fuit integrum integrabitur, vti vitiatum instaurabitur. cap.85
Fœtus, qui in vtero mortuus est, ad resurrectionem spectat, & si alij oppositum sentiant. cap.86
Monstra resurgent correcta, & emẽdata natura. c.87
Deus omnem carnem in resurrectione restaurabit, quo modocunque perierit. cap.88
In resurrectione nõ ex parte materiæ eadem efficietur pars, vt ex capillis capilli, sed ex tota materia hominis, totus efficietur homo, ne aliquid indecens fiat. cap.89
Non erit diuersa effigies reuiscentium ex pinguedine vel macie priori, sed ex sola cœlesti armonia, ne quid in decorum reperiatur. cap.90
Corpora sanctorum sine vllo vitio resurgent, & spiritualia. cap 91
Reproborum corpora, an cum vitijs, & deformitatibus resurgant est quærendum. cap.92
Prima & secunda mors est peccati pœna illorum (attamẽ) mitissima, qui peccata actualia originali peccato non addiderunt. cap.93

Sancti ex pœna damnatorum plenius scient, quid boni eis contulerit gratia. cap.94

Sciemus in patria quare alios elegerit: alios vero reprobauerit deus, cuius voluntas facit, quicquid vult, vel ipse faciendo, vel sinendo, vt per nos efficiatur. cap.95

Deus non sineret fieri mala, nisi de malis benefaceret, quod si non credimus fidei nostræ initium, quo deū omnipotentem fatemur, periclitatur. cap.96

Deus oīa quę voluit fecīt, & si apost. dicat, quod vult omnes hoīes saluos fieri, & ipse dominus se filios Israel cōgregare voluisse, quos attamen non congregauit. c.97

Deus malas hominum voluntates, quas voluerit, quā do voluerit, & vbi voluerit per suam misericordiam in bonas conuertit, quod si non faceret, iuste attamen faceret, vt exemplis probat. cap.98

Apostolus ita dei misericordiam, & iudicium commendat, vt si neminem ipse saluaret, attamen nemo posset iuste conqueri. cap.99

Homo vel angelus non peccauit præter dei voluntatem, & si contra illam, nam non fieret, si non sineret, nec sinit nolens, sed volens. cap.100

Homo aliquando bona volūtate vult, quod deus multo meliori voluntate non vult, & multoties deus suam bonam voluntatem implet, per malorum hominum malas voluntates. cap.101

Voluntas dei nunquam mala semper inuicta, & iusta siue per misericordiam, cui vult misereatur, siue per iudicium quem vult, obduret. cap.102

Authoritas illa Pauli, quod deus vult omnes hoies saluos fieri, non dicit deum aliquid velle, qđ non fecerit, sed omnia quæ voluit fecit, & quod noluit, non fecit. ca.103

Deus si præscisset permansurum aliquem in bona voluntate permansisset, sed quia illum male vsurum lib. arbitrio præscius ad hoc præparauit voluntatem suam, vt benefaceret de malo. cap.104

Homo nūc potest bene & male velle, sed in patria male velle non poterit, nam ibi vera libertas. cap.105

Sine dei adiutorio primus homo perseuerare non potuisset. cap.106

Homo factus est, vt in rectitudine permanere posset adiutorio dei, seu suo arbitrio peruersus fieri, attamen cum suam maluerit, quam dei facere voluntatem, de illo facta est voluntas dei. cap.107

Adam quando factus fuit a deo rectus ei opus nō erat mediatore, sed postquam peccauit, eo opus habuit, quo cum deo reconciliaretur. cap.108

Animæ a morte ad resurrectionem quibusdam, abditis receptaculis continentur. cap.109

Non est negandum animas defunctorum pietate suorum posse reuelari cum pro illis mediatoris sacrificium offertur, & maxime si dum viuerent, vt id sibi prodesse posset meruerunt. cap.110

Post iudicium fines habebunt ciuitates duę, vna Christi, altera diaboli, & de ambarū cōdictionibus. cap.111

Aliqui pœnas dānatorū temporarias putarunt, q̄ falsum est: ibunt enim in ignem ęternum. cap.112

Damnatorum pœna ęterna, & quomodo diuersis diuersę conueniant pœnę. cap.113

Homo qui in se, seu in alia creatura spem ponit maledictus est, nam in domino tantum ponenda est, & ab illo petendum quicquid speramus. cap.114

Oratio dominica septem continet petitiones, nam in tribus ęterna in reliquis temporalia poscimus. cap.115

Lucas tantum quinque petiones in oratione, dominica ponit. cap.116

Charitas maior fide ac spe, & si sine ipsis hic esse non possit, ipsaque boni dicimur, sed fides impetrat, quod lex impetrat. cap.117

Quatuor sunt gradus ad felecitatem, primus ante legem, secundus sub lege, tertius sub gratia, quartus in pace plena, atque perfecta. cap.118

Peccata condonantur homini per gratiam regenerationis in quolibet gradu, & reatus nascendo contractus, renascendo disoluitur. cap.119

Homo antequam mandati sit capax secundum carnē viuit, et si baptizatus est, nihil ei obest mors, si tūc ex hac vita migrauerit. cap.120

Omnia diuina præcepta in charitatem, vt in finem ordinantur. cap.121

Bona de Laurentio credens, Enchiridion de fide, spe, & charitate Augustinus composuit. cap.122

Argumentorum Enchiridij finis.

DE ECCLESIASTICIS DOGMATIBUS ARGUMENTA.

PATER est principium trinitatis, filius autem est natus, at sanctus spiritus non natus, nec factus sed procedens, & sic filius coęternus patri, & spiritus sanctus coęternus patri, & filio, attamen non est in personis confusa trinitas, nec in natura separata diuinitas. cap.1

Filius dei, filius hominis factus est, ne filij nomen ad aliam personam transiret, ob id non duos Christos, nec duos filios, sed tantum vnum Christum deum, & hominem fatemur. cap.2

Christus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus vt deus æternus, vt vero homo initium ex maria virgine accepit, contra Artemonem, Berillum, & Marcellum. cap.3
Intrinitate nulla seruitus, nullaq; priorias, seu posterioritas, & cõpositio cõtra nõnullos hæreticos. cap.4
Filius in diuinitate coessentialis patri, Homousios est illi spiritus sanctus, patri filioque homousios est, illosque omnes angeli desiderant videre. cap.5
Caro eadem quę cecidit resurget in vna omnium resurrectione. cap.6
Homines mortui resurgent, at illi, qui nomine non erunt mortui, immutabuntur. cap.7
Viui mortuique in iudicio iudicãdi, & si Diodorus false intelligat per viuos iustos. cap.8
Non credenda restitutio dæmonum ad angelicam naturam, nec hominum ad æternam societatem sanctorum, vt Origines affirmauit, sed ibunt hi in supplicium æternum, & hi in vitam æternam. cap.9
Deus oĩa ex nihilo creauit, cũ adhuc tenebręaquas ocultarent, & terram aqua absconderet. cap.10
Nihil incorporeum, & inuisibile credendum, nisi solũ deum patrẽ, filium, & spiritum sanctum. cap.11
Omnes creaturę corporeæ. cap.12
Natura intellectualis immortalis. cap.13
Anima non est creata ab æterno, vt Origenes affirmauit, nec cum corpore seminatur, vt Luciferiani, & Chrillus putarunt. cap.14
Non duę, sed tantum vna anima est in vno corpore, quæ sua viuacitate corpus viuificat, & in sese habet libertatem arbitrij. cap.15
Anima hominis non cum corpore moritur, nec post modicum interuallum post corpus, sed immortalis est. ca.16
Animalium animæ cum carne nascuntur, & moriuntur nec ratione reguntur contra Platonem, & Alexandrum. cap.17
Anima humana cum carne non moritur, quia cum carne, non seminatur, sed formato corpore a deo creatur, & infunditur. cap.18
Homo duabus substantijs constat ex anima cum sua ratione, & ex corpore cum sensibus, quos sine anima nõ tenet, & si anima rationalis sit sine corpore. cap.19
Spiritus non est tertius in substantia hominis, & quid per corpus, & animam, & spiritum intelligere debemus. cap.20
Homo cum libertate liberi arbitrij creatus, quã postea cum bono naturæ per peccatum perdidit, attamen ipsam electionem non amisit. cap.21
Omnes homines per peccatum Adæ, naturalem possibilitatem
sibilitatem, & innocentiam perdiderunt, nec possunt per liberum arbitrium consurgere, nisi cum gratia Christi exerit. cap.22
Nullus bonus, nisi ille donauerit q̃ solus est bonus. ca.23
Nemo baptizatus potest carnis, & dæmonis superare insidias, nisi deus donauerit ei donum perseuerantiæ. cap.24
Nemo nisi per Christũ bene libero vtit arbitrio. c.25
Omnia studia, omniaque sanctorum opera ac merita, ad dei gloriam, & laudem referenda sunt ex dictis Zozimi papæ probat. cap.26
Deus ita in ipso operatur libro arbitrio, vt sancta cogitatio, pium consilium, & omnis actus bonę voluntatis ex ipso est. cap.27
Anathema est, qui gratiam dicit tantum ad remissionẽ præteritorum peccatorum facere. cap.28
Anathema est qui dicit, gratiam nobis tantum ostendere, quid facere, quidque fugere debeamus. cap.29.
Fides est donum dei, ob id deo gratias agere debemus qui donat & fidem. cap.30
Quod fides sit donum dei probat. cap.31.
Fides velle, operari, mereri, & vita æterna dona sunt dei. cap.32
Anathema est qui dicit primum hominem fuisse creatũ natura mortalem. cap.33
Qui dicit paruulos baptizari in remissionẽ peccatorũ sed nihil ex Adam traxisse peccati, anathema sit. c.34
Anathema est qui dicit sanctos per humilitatem, & non secundum veritatem verba illa orationis dominicæ depromere, dimitte nobis debita nostra. cap.35
Sancti in via non tantum pro alijs, sed & pro seipsis, dicunt dimitte nobis debita nostra. cap.36
Sancti non tantum humiliter, sed & veraciter dicunt dimitte nobis debita nostra. cap.37
Qui inquit non esse quo ad animam Adã in deterius mutatum, sed quo ad corpus anathema est. cap.38
Dicere peccatum p̃ Adam in omnes homines non trãsire, est tribuere iniustitiam deo, & Apostolo contradicere. cap.39
Inuocatio non confert ad gratiam, sed gratia facit vt deus inuocetur a nobis. cap.40
Vt a peccato purgemur, deus nostram non expectat voluntatem, sed illam præparat cap.41
Initium & augmentum fidei est donum dei. cap.42
Sine gratia dei non possumus aliquid petere. cap.43
Sine gratia dei non possumus cogitare aliquod bonum nec euangelio consentire. cap.44
Non aliqui per gratiã, alij vero per liberũ arbitrium, sed

sed oēs per gratiā, misericordiam consequuntur. cap. 45
Liberum arbitrium infirmatum tantum per Christum restauratur. cap. 46
Humana natura sine dei adiutorio in sua integritate p̄manere non potuit, nec suum casum reparare. cap. 47
Gratia, quam commendat apostolus, non est lex, nec natura. cap. 48
Nullus credere potest in deum, vel illum diligere, vt oportuit, nisi gratia dei præueniatur. cap. 49
Baptizati auxilio dei possunt diuina implere præcepta. cap. 50
Nō nos prius in deū credimus, sed ille nos prius inspirat, vt credamus, & vt illum diligamus. cap. 51
Qui baptizatus ab hæreticis, si in nomine sanctę trinitatis fuerit baptizatus, non est rebaptizandus. cap. 52
Quotidianam perceptionem eucharistię non laudatur, & quando, & quomodo communicandum. cap. 53
Pœnitentia & satisfactio quid. cap. 54
Regnum Christi non est aliquid temporale, nec aliqd ad nuptiarum copulam, seu ad cibum & potū spectans vt quam plures hæretici affirmarunt. cap. 55
Nullus ad salutē inuitaꝫ seu venit, nisi agaꝫ a deo. c. 56
Malum malitiaque nō ex deo, sed ex diabolo. ca. 57
Solus deus immutabilis. cap. 58
Angeli non natura in bonum perseuerant, sed arbitrij bonā voluntatē, & fidem seruantes domino. cap. 59
Fides bonam substantiam, & non malam naturam profitetur. cap. 60
Angeli boni acceperunt, vt in ęterna stabilitate subsistant. cap. 61
Angeli ante lapsum cadere & non cadere potuerunt post vero lapsum non cadere, non possunt. cap. 62
Nuptię causa filiorum, compescendęque fornicationis bonę. cap. 63
Continentia melior coniugio, si causa vacandi deo eligatur. cap. 64
Virginitas melior coniugio, & continentia. cap. 65
Cibus quilibet edendus, & qūo a christianis. cap. 66
Malas dicere nuptias vel cibos, est hæreticorum dogma. cap. 67
Nuptię sacratæ virginitati non coęquandę. cap. 68
Beata Maria, virgo concepit, virgo peperit, & virgo permansit. cap. 69
Cœlum terramque per ignem non abolenda, sed in melius mutanda. cap. 70
Facultates pauperibus erogare propter dominum, bonum est. cap. 71
Clericus ordinandus quales habere debeat conditiones. cap. 72
Corpora sanctorum, & maxime martyrum reliquias, vt Christi membra sunt honoranda. cap. 73
Catechumenus vitam ex bonis operibus non consequitur æternam, sed bene ex martyrio, vbi baptismi sacramenta complentur. cap. 74
In eucharistia non aqua, sed vinū offerri debet. ca. 75
Caro nostra bona a bono deo est condita, & non mala est, vt aliqui hæretici dixerunt, sed arbirio naturæ bona seu mala efficitur. cap. 76
In resurrectione sexus formam non mutabit. cap. 77
Omnes animæ ante passionem in inferno erāt, a quo liberate per passionem domini fuerunt. cap. 78
Omnes animę sanctorum post ascensionem domini cū ipso sunt, aut ad ipsum vadunt. cap. 79
Credendum pœnitentia aboleri peccata. cap. 80
Solus deus agnoscit cordium arcana. cap. 81
Malę cogitationes non semper ex diabolo, at bonæ semper ex deo. cap. 82
Diabolus secundum substantiam non illabitur animę, sed per applicationem, solus deus secundum naturam. cap. 83
Miracula efficiuntur a peccatoribus. cap. 84
Tēperate agendo, bonus efficitur christianus. cap. 85
Nullus sanctus & iustus caret peccato. cap. 86
Pascha celebretur tempore vernalis æquinoctij. ca. 87
Anima incorporea, imagoque in æternitate, & similitudo in moribus, inuenitur. cap. 88

INDEX OMNIVM ARGVMENTORVM libri diui Augustini de hæresibus.

EPISTOLA Quoduultdei ad Augustinum petentis, vt hęreseon catalogum conscribat.
Augustini ad Quoduultdeum responsio de diuersitate scriptorum de hæresibus, & difficultate loquendi de ipsis.
Quoduultdeus Augustino, idem instantius petens.
Augustinus Quoduultdeo respondit, promittēs se scribere libros rectationum, vna cum libro de hęresibus.
Diui Aurelij Augustini in librum de hæresibus ad Quoduultdeum præfatio, qua promittit iuuante deo se de hæresibus compendium scribere, illisque rtsponere, quod non fecit Epiphanius Cyprius, nominaq; hæreticorum ponit, a quibus hæreses exortæ sunt.

OMNIVM CAP. LIB. DIVI AVRELII AVgustini de hęresibus argumenta.

SIMONIANI

SIMONIANI a Simone mago, qui quam pluribus erroribus, & magicis fallacijs deceperat multos. cap.1
Menandriani mundum non a deo, sed ab angelis factum asserebant. cap.2
Saturniani dicebant solos septem angelos cum deo fecisse mundum. cap.3
Basilidiani trecentos sexaginta quinque esse cœlos dicebant. cap.4
Nicolaite indifferenter fœminis vtebantur cum alijs eorum erroribus. cap.5
Gnostici ab excellentia scientię sic dici gloriantur, qualesque fuerunt eorum errores. cap.6
Carpocratiani omnem docebant turpitudinẽ & alios quam plures errores. cap.7
Cerinthiani & Merinthiani mundum ab angelis factũ dicebant, & alios errores. cap.8
Nazaræi fatentur Christum, & omnia veteris testamẽti seruant. cap.9
Hebionei Christum tantum hominem dicunt, & alios errores, docebantque in persecutione negandam fidem, in corde vero seruandam. cap.10
Valentiani fabulosa dixerunt triginta asserendo secula, quorum principium profundum, & silentium, & alias fabulas, de Christo enim, & de diabolo, ac de mundo ꝙ plures affirmabant errores. cap.11
Sæuaeciani super Valentinianos, turpitudinis opera addunt. cap.12
Ptolomęus quatuor, & quatuor æonas posuit. cap.13
Marcus dixit Christum putatiue passum, & alios erores. cap.14
Carbasus vitam omnium hominum in septem syderibus affirmauit consistere. cap.15
Hæraclionitę duo omnium rerum asserunt principia, vnum ex altero, & suos mortuos nouo modo redimere putant. cap.16
Ophite colubrum qui Adam Euamque decepit Christum putant. cap.17
Caiani a Cain, quia ipsum honorãt, & alios a scriptura damnatos, legemque blasphemant. cap.18
Sethiani a Seth, nam illum hæretica vanitate honorãt dicentes eum matrem supernam habuisse. cap.19
Archoatici, omnia opera dei dicunt esse principum, & alios asserunt errores. cap.20
Cerdoniani a Cerdone, duo sibi aduersantia principia ponunt deum eiusque Christum multis modis blasphemant. cap.21
Marcion duo posuit principia, vt Cerdo, & si alij dicant illum tria posuisse principia. cap.22
Appellitę duos dicunt deos, vnum bonum, & alterũ malum, & Christum ab elemẽtis carnẽ sumpsisse. c.23
Seueriani vinum non bibunt, quia de terra & Satana vitem dicunt natam. cap.24
Taciani nuptias dãnant, carnẽ ꝙꝫ nõ comedũt. ca.25
Cataphryges habent Montanum authorẽ vti paracletum, duasque eius prophetissas, asserunt que in se aduentum spiritus sancti complerum, secundasque nuptias dãnant, ex sanguine pueri eucharistiam conficiunt. cap.26
Pepuziani mulieribus principatum tribuunt, & dicũt Christum specie fœminæ reuelatum. cap.27
Artotyritæ carnem & caseum offerunt. cap.28
Tessarescædecatitę quartadecima luna, mense Martio, Pascha celebrant. cap.29
Alogiani dicuntur quasi sine verbo. cap.30
Adamniani dicuntur, q nuditatẽ imitantur Adã. ca.31
Elcesei, & Samsei a quodam pseudo propheta decepti, duas mulieres vt deas odorant. cap.32
Theodotiani Christum purũ hominẽ dicunt. cap.33
Melchisedeciani Melchisedech asserunt, dei esse Virtutem. cap.34
Bardesanistæ cum Valentino conueniunt nisi ꝙ fato ascribunt conuersationem hominum. cap.35
Noetiani eandem personam patrem & spiritum sanctum esse dicebant. cap.36
Valesij seipsos, & hospites suos castrant. cap.37
Cathari, qui, & Nouatiani a propria munditia, sic dicuntur pœnitentiam negant, & secundas nuptias non admittunt. cap.38
Angelici qui in angelorum cultu sunt inclinati. cap.39
Apostolici qui coniugibus non vtebantur, & nihil proprium possidebant. cap.40
Sabelliani a Sabellio discipulo Noeti. cap.41
Origeniani nephanda faciunt sua corpora corruptioni tradentes. cap.42
Origeniani ab Origine Adamanatio resurrectionẽ negãt, & aliqua sacra dogmata, et si ab alijs defendant. c.43
Paulani a Paulo Samosatæno, Christum non semper fuisse, nec illum aliquid amplius quã hominẽ dicũt. c.44
Photinus in omnibus sequutus est Paulum Samosatenum. cap.45
Manichæi duo principia ęterna posuerunt, accipiebãt que eucharistiam humano semine conspersam, non vescuntur carnibus, nec oua sumunt, nec vinum bibunt, agriculturam accusant, prohibentque nuptias, & alios errores in deum eiusque Christum, & in scripturas sacras affirmant. cap.46
Hieraclitæ resurrectionem negãt, & tantũ nõ habẽtes conubia

conubia in communionem recipiunt, & paruulos ad regnum cœlorum pertinere negant. cap.47

Militiani nolunt orare cum conuersis. cap.48

Arriani ab Arrio, patrem, filium, & spiritum sanctum eiusdem esse substantiæ negabant. cap.49

Vadiani schismatici deum sibi fingunt, in similitudine imaginis corruptibilis hominis. cap.50

Semiarriani similis essentię dicunt patrem, & filium, ob id quasi Arriani. cap.51

Macedoniani eiusdem essentiæ dicunt patrem, & filium sed non spiritum sanctum. cap.52

Aeriani Arrianorum dogmatibus addiderunt, non esse orandum pro mortuis, nec certo tempore ieiunandum & episcopum a presbytero non debere discerni. cap.53

Aeriani seu Eunomiani omnimodam differentiam inter diuinas personas ponebant hominemque ex sola fide iustificari affirmabant, non obstantibus peccatis omnibus. cap.54

Appollinaristæ dicebant accepisse Christum corpus sine anima, locoque animæ fuisse verbum in carne conuersum cap.55

Antidicomarianitę affirmabant beatam Mariam, nato Christo, viro suo commixtam. cap.56

Psalliani Syriace, εὐχῖται greçe asserunt quod semper oretenus orare oportet, et quomodo ex Epiphanio Augustinus.57. hæreses accepit. cap.57

Metangismonitę, patrem in filium dicunt, vti vas minus, in vas maius. cap.58

Seleuciani seu Hermiani naturam non factã a deo dicunt, sed dei cœternam, animasque ab angelis factas, saluatoremque non fedeie ad dexteram patris, sed carnem suã in sole collocasse, vti in tabernaculo asserunt ca.59

Proclianite Seleucianos sequuti & Hermianos, sed ad diderũt Christum in carne non venisse. cap.60

Patriciani substantiam carnis humanę, non a deo, sed a diabolo conditam affirmant. cap.61

Ascitę ab vtre dicti, nam se vtres euangelicos vocant nouo vino repletos. cap.62

Pataloryncitę, vt silentium seruent naribus suis apponunt digitum. cap.63

Aquarij tantũ aquã in sacramenti poculo offerũt, c.64

Colutiani dicebant deum non facere mala. cap.65

Floriniani deum mala creasse affirmabant, & quomodo errabant. cap.66

Philaster hęresim vnam ponit, asserentium mundum post resurrectionem in eodem statu permansurum, vti nunc. cap.67

Aliqua hęresis fuit nudis pedibus ambulantium, ex scripturę scripturæ testimonio. cap.68

Causa Donatistę hæreseos a principio fuit episcoporũ schisma, & qualis fuit ipsa hæresis, & de circuncellionibus, qui in seipsos, & in alios sęuiebant. cap.69

Priscillianistæ Gnosticos, & Manichæos sequuntur, animas dicentes diuinæ naturæ stellasque fatales ponũt, carnes non edunt, sed contra illos scripturas recipiunt, & cum Sabellianis de Christo concordant. cap.70

Aliqui hæretici cum alijs hominibus non sumunt escas nec recte de spiritu sancto sentiunt. cap.71

Rectorius oẽs hæreticos recte ambulare dicebat. c.72

Aliqua hæresis dicit diuinitatẽ in cruce doluisse. c. 73

Aliqui trinitatem in tres personas, vti in tres partes partiri affirmabant, quarum nulla ex se perfecta. c.74

Aliqui aquã dixerunt non creatã, sed deo cogternã. c.75

Aliqui dixerunt corpus, & non animam ad imaginem dei factum. cap.76

Aliqui dixerunt innumerabiles mundos: cap.77

Aliqui dixerunt malorum animas in dæmones, vel in animalia suis meritis congrua conuerti. cap.78

Aliqui dixerunt ex descensu Christi ad inferos, omnes credidisse, at inde fuisse liberatos. cap.79

Aliqui dixerunt filium cœternum patri, sed non semper fuisse filium, sed vt a patre esse cœpit. cap.80

Lucipheriani dicunt animas ex transfusione de carne generari, sed an hæretici sint non determinat. cap.81

Iouiniani omnia peccata ęqualia dicunt, at post baptismum hominem peccare non posse, nihilque prodesse abstinentiam ciborum, & virginem Mariam pariendo corruptam, virginitatemque matrimonio ęquabant. ca.82

In Arabia fuit hæresis dicentium animas cum corporibus morituras, sed postea vna cũ illis resurrecturas. c.83

Hæluidiani dicunt virginem post Christum de Ioseph alios filios genuisse. cap.84

Paterniani inferiores partes corporis a diabolo factas opinantur, ob id impurissime viuunt. cap.85

Tertulianistæ immortalem asserunt animam, sed effigiatam, at deum corporeum, sed non effigiatum, sed non ob id hæretici, sed quia secundas nuptias damnant, & quia hominum animas in dæmones dicunt verti, & per propagationem generari. cap.86

Belonij non miscebantur vxoribus, sed puerum, & puellam sibi adoptabant. cap.87

Pelagiani a Pelagio monacho, hominem sine gratia posse dei præcepta seruare asserunt, sed correptus Pelagius, dixit, quod per gratiam facilius seruantur, peccatumque originis negabat: & Adam, natura moriturum affirmabat etiam, si non peccasset. cap.88

Timothiani filium dei, verum hominem dicunt in vnã naturam ex utero virginis redactum, vti ex conflatorio, ex duabus naturis vnam constans. cap.89

DIVI AVRELII AVGVSTINI DE QVINque hæresibus. Argumen. omnium cap.

AVGVSTINVS non necessitate, sed charitate orat de quinque hæresibus orationem faciens. cap.1
Nos contra has quinque hæreses armaturam dei accipere debemus, illas paruipendendo, nam plures sunt nobiscum, quam cum illis. cap.2.
Augustinus ex Mercurij, Sibyllæque testimonio pagãnos cõfundit dicentes si deus filio delectatus est, ergo cõiugio indiguit, & quomodo pater, & filius, vnus deus. c.3
Augustinus testimonio veteris instrumenti Hæbreos, Manichæos, Sabellianos, & Arrianos confundit. cap.4
Augustinus exemplo, & scripturarum authoritate noui testamenti, Manichæorum dogmata destruit. cap.5
Augustinus veteris, ac noui instrumenti exemplis Arrianorum hæresim dirimit. cap.6
Augustinus Sabellianos, Arrianosque ex testimonio veteris, ac noui testamenti simul confundit; cap.7
Si quispiam aliter de patre, & filio, & spiritu sancto doceret, quam Augustinus, sit anathema. cap.8

DIVI AVRELII AVGVSTINI DE VTIlitate credendi omnium cap. Argumen.

DISCRIMEN inter hæreticum, & sibi credentem, & quomodo a Manichæis Augustinus deceptus euaserit. cap.1
Augustinus in Manichæum vetus testamentum negantem sermonem facit. cap.2
Scriptura sacra quatuor modis intelligitur, aut secundum historiam, aut secundum æthiologiam, aut secũdum analogiam, aut secundum allegoriam. cap.3
Genera erroris tria sunt, quibus errant homines quando scripturas legunt, vt exemplis probat. cap.4
Vetus instrumentum vtiliter scriptum, & si inutiliter Manichæis intelligatur. cap.5
Manichæus authores veteris instrumenti amet, vt illos intelligat. cap.6
Temere ex proprio iudicio de scripturis non est iudicandum, sed aliquis quærendus qui omnium iuditio, illas intelligat, vt exemplis probat. cap.7
Augustinus viam disciplinę inuenit, quam vt sequatur, hortatur Honoratum. cap.8
Plurimum

Plurimum interest inter suspiciosum, & credulum ac inter curiosum, & studiosum. cap.9
Melius est credulitate, quam cognitione, ad religionem accedere. cap.10
Duo genera hominum in scripturis laudabilia, & triavi superabilia, & quid intelligere, credere, & opinari: ca.11
Tutissimum est sapientibus credere. cap.12
Stultus quandiu stultus est, non potest inuenire sapientem, ob id recte institutum, vt accedẽtibus ad religionem fides persuadeatur ante omnia. cap.13
Non ratione credendum, sed quia credimus intelligimus, ob id Christus a nobis exegit fidem. cap.14
Homo, & si sanctus imitandus, sed nulla spes in illo ponenda, nam fidere deo est vera ad religionem via. cap.15
Prouidentia dei si rebus humanis non præsideat, nihil est de religione satagendum, nec optare debemus videre vt animum purgemus, sed e contra & ad id in principio iuuarũt miracula, modo autem sola fide incedẽdum. c.16
Gentes ex miraculis Christo crediderunt, ob id rationi fides præponenda. cap.17
Hęresis Manichæorum paruipendenda, quę vero fidei sectanda cũ conclusione, per modum exhortationis. c.18

ARGVMENTA TOTIVS LIB. DIVI AVrelij Augustini, de fide & symbolo.

AVGVSTINVS librum de fide, & symbolo composuit, vt illa, quę in symbolo continentur, cõtra hæreticorum insidias authoritate catholica muniantur. cap.1
Contra dicentes deum omnia ex increata materia creasse Augustinus probat, & inuisam materiam, ex qua omnia ex deo esse. cap.2
Conueniunt differuntque verbum diuinum, & nostrũ, sed a diuino omnia condita, & quomodo. cap.3
Verbum diuinum non factum, sed per ipsum omnia, quod in tempore cum spiritu, & anima carnem suscepit, ex vera matre virgine, nullo pacto ab illa coinquinatũ. c.4
Christus crucifixus, vt non abhorreamus ignominiosum genus mortis, & sub Pontio Pilato propter temporã, cuius sepultura nouum testamentum significat. ca.5
Corpus Christi spirituale in cœlum ascendit non quod versum sit in spiritum, sed factum est spirituale, vt cœlesti conueniat habitationi. cap.6
Christus, si ad dexteram dei patris sedere dicitur, non tamen ob id pater habet humanam formam, cuius simulachrum in templo collocare nephas est Christiano sed eius dextra est summa beatitudo, vti sinistra est æterna miseria, cap.7

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominus iudicaturus est viuos, & mortuos, siue iustos & peccatores, siue viuentes eo tẽpore intelligamus. c.8
Pater filius, & spiritus sanctus, vnus deus, vt exemplo sensibiliũ, pbat, & aliqua sancti spũs nomina patefacit. c.9
Hæreticus, & schismaticus ad ecclesiam catholicã non pertinent, quam nos, qui in nobis animam corpus, & spiritum, ac carnẽ resurrecturam credimus, veneramur. c.10

ARGVMENTA TOTIVS LIBRI DIVI Aurelij Augustini, de fide ad Petrum.

Argumentum prologi.

Augustinus Petro policetur, se factarum compendium, de fide, quo discet fugere illa, quæ infideles homines solent auribus susurrare fidelium.

TRINITAS vnam dicit substantiam cum personarum distinctione, authoritatibus sacræ scripturæ probat. cap.1

De humanitate Christi credendum, quod filius incarnatus, vt qui filius in diuinitate, filius esset & in humanis, æterna habens communia cum patre & non temporalia, vere noster mediator, qui virginem creauit ex ipsa nasciturus, vere noster sacerdos sacrificium & templũ, quo reconciliari secundum humanitatem sumus, & si tota trinitate quo ad diuinitatem. cap.2

Omnes creaturę a deo, qui non est creatura ac de discrimine hominum angelorunq; bonorumque & malorum, ac de peccato in spiritum sanctum, & de ecclesia catholica, de continentiaque & matrimonio, & voto. cap.3

Nomen naturæ in diuinis tantum vnum, & si personarum nomina sint distincta. cap.4

Deus pater, deus filius, & deus spiritus sanctus, attamẽ non tres dij, sed tantum vnus deus. cap.5

Sãcta trinitas vnus est deus, sine initio sempiternus. c.6

Sancta trinitas vnus deus incommutabilis. cap.7

Sancta trinitas est vnus deus, omnium creaturarum visibilium, & inuisibilium creator. cap.8

Tres personę vnus sunt deus, & cum hoc omnia opera ad extra sunt totius trinitatis. cap.9

Filius est tantum patris, spũs sanctus patris & filij. c.10

Spiritus sanctus ex patre filioque procedit. cap.11

Deus immensus est virtute non mole. cap.12

Filius dei ab æterno essentialiter natus est de patre & in tempore voluntarie conceptus est de virgine. cap.13

Christus perfectus deus de patre, & perfectus homo de matre. cap.14

Christus cum patre & spiritu sancto verus est deus qui omnia creauit, & qui legem dedit, & virginem fecit, de qua postea factus est. cap.15

Christus inconfusibiliter manet in duabus naturis. c.16

Vnus tantum est Christus deus & homo qui non personam, sed naturam accepit. cap.17

Verbum conceptum suæ carnis acceptione, & caro concepta ipsa incarnatione verbi. cap.18

Verbum caro factum obtulit se pro nobis sacrificium, cuius commemoratio est eucharistiæ sacramẽtum, in quo ostenditur quid nobis donatum, vt in sacrificijs veteris legis ostendebatur quid nobis donandum. cap.19

Verbum semper habebit eandem carnem cum qua natus, mortuus est, & resurrexit christus. cap.20

Sancta trinitas est summum bonum, a quo omnia bona at malum non ab ipsa, sed tantum boni est priuatio. c.21

Nulla creatura est eiusdem naturæ cum deo. cap.22

Omnis creatura mutabilis. at angeli in deterius mutari non possunt. cap.23

Angeli tantum & homines intelligendi facultatem receperunt. cap.24

Primi parentes cum libero creati fuerunt arbitrio, quo propria voluntate, & non necessitate peccarunt. ca.25

Omnes qui per concubitum maris & fœminæ nascuntur, cum peccato originali concipiuntur, a quo per Christũ liberamur, qui sine peccato cõceptus est & natus. c.26

Paruuli & adulti nõ baptizati ęterno cremãt igne. c.27

Christus viuos & mortuos est iudicaturus, vt quos iustificat resuscitet & glorificet. cap.28

Resurrectio bonis malisque communis, retributio vero iustitiæ diuinæ dissimilis. cap.29

Non baptizati vitam non recipient æternam, nisi in proprio sanguine baptizentur. cap.30

Nullus potest agere pœnitentiam, nisi fuerit a deo illuminatus. cap.31

Nos legere seu audire euangelium possumus, at ei obedire sine gratia dei non possumus. cap.32

Omnia deo incommutabiliter notissima. cap.33

Deus ante omnia secula aguouit, quibus esset per fidẽ gratiam largiturus. cap.34

Prędestinatus nõ põt damnari, nec põscitus saluari. c.35

Baptismum extra ecclesiam non prodest, cum hoc tamen baptizati ab hæreticis in nomine patris & filij, & spiritus sancti, non sunt rebaptizandi. cap.36

Baptizatus extra ecclesiam non erit particeps vitæ æternę, nisi fuerit ecclesiæ incorporatus. cap.37

Iudæi, hæretici, atque schismatici ituri sunt in ignem æternum. cap.38

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baptismus, nec eleemosyna, nec mors pro christi nomine prodesse possunt hæretico. cap.39
Catholici criminosi regnū cœlorū nō possidebūt.c.40
Nullus est sine peccato. cap.41
Bonum abstinere, a cibis pro castigatione corporis, & ipsam seruare virginitatem, attamen male faciunt, qui secundas & tertias nuptias damnant. cap.42
Boni malique simul in ecclesia morantur, at dominus in iudicio illos separabit. cap.43
Tenenda fide, dicta in isto libro, & si aliquis contra dogmatizauerit, illum fugere debemus. cap.44
Dicta repetit, & ad illorū fidē, & bona opa hortat.c.45

ARGVMENTA LIB. DIVI AVRELII Augustini de agone christiano,

CORONA in scripturis certantibus cum diabolo promittitur, quem Christus vicit, vt nos eum vincamus huic mundo renunciantes. cap.2
Vincimus diabolum vincendo concupiscentias, per quas nobis dominatur, cap.2
Aer iste in scripturis cœlum dicitur, in quo habitant diaboli, qui & spiritus dicuntur. cap.3
Sacrilegum est cum Manichæis dicere deum necessitate oppressum partem suam cladibus, & vinculis dedisse, quam liberare non poterat. cap.4
Dimicamus aduersus diabolum, & angelos eius, qui spiritalia in cœlestibus, hoc est in aere, dicuntur. cap.5
Corpus nostrum in seruitutem redigere debemus imitando apostolum, vt ipse Christum est imitatus. cap.6
Admonemur vt tota voluntate domino deo nostro seruiamus cui iustus libere seruit, iniustus vero coacte, attamen de bonis, & de malis benefacit deus. cap.7
Vilissima a deo gubernantur, & si apostolus dicat, qđ ei non est cura de bobus, nam ipse docet homines, quomodo cum hominibus agant, & vt deo seruiant, quomodo vero cum pecoribus agendum ipsi sciunt. cap.8
Deus nobis spiritum sanctum dedit, vt eius sentiamus dulcedinem, nā eius ebrietas mentem nō euertit, sed sursum rapit & omnium terrenorum obliuionē præstat. c.9
Deus sciens imbecillitate animę nos diuina non intelligere, nobis misertus, caro est factus, & non mutatus, mutabilem accepit creaturam, cap.10
Qui asserunt filium dei, nō potuisse liberare homines, nisi ex fœmina nasceretur, male sentiunt, cap.11
Omnis ætas, & seculi dignitas, ad vitæ æternæ spem est commutata, & ecclesia roborata, non resistendo, sed perferendo, cap.12

Fide

Fides primo subinde præcepta viuendi subiugant animam, nam veritatem non agnoscit nequiter viuens, ob id credere debemus, quod intelligere non valemus. cap.13
Illi non sunt audiendi qui tres personas in diuinis negant, patrem tantum ibi ponentes. cap.14
Illi non audiendi, qui tres deos, essentialiter distinctos ponunt. cap.15
Illi non audiendi, qui tātum patrem deum asserāt filiū que de nihilo factum, at spiritū sanctū filio minorē. ca.16
Illi nō audiēdi, qui filiū dei purum hominē dicūt.c.17
Illi non audiendi, qui Christum corpus habuisse phantasticum affirmant. cap.18
Illi nō sunt audiēdi, q xp̄m nō habuisse mētē dicūt.c.19
Illi non sunt audiendi qui dicūt Christum, vt reliquos homines, sapientiam accepisse. cap.20
Christus non solum corpus, sed totum hominem perfectum suscæpit. cap.21
Illi non audiendi, qui Christum habuisse corpus dicūt, vti columba, quæ Ioanni Baptistę apparuit. cap.22
Illi non audiendi, qui filium dei creaturam dicunt, qa passus est. cap.23
Illi non audiendi, qui dicūt aliud corpus domini resurrexisse, ab illo, quod in monumento positum fuit. cap.24
Illi non audiendi, qui negant ipsum dominum, proprīū corpus secum leuasse in cœlum. cap.25
Illi non audiendi, qui filium dei ad dexteram patris sedere negant. cap.26
Illi non audiendi, qui futurum iudicium negant.c. 27
Illi nō audiendi, q dicunt spiritū sanctū quē dominus discipulis pmisit, in aliquo hæretico, vt in illis, fuisse. c.28
Donatistę nō audiēdi, dicūt enim ecclesiā catholicā in africam solam fuisse, & non per orbem diffusam. cap.29
Luciferiani non audiendi, qui se ab vnitate ecclesiæ separant. cap.30
Cathari non audiendi, negantes ecclesiam posse condonare peccata. cap.31
Oregeniani non audiendi, qui resurrectionem futuram negant, cap.32
Epilogat Augustinus, quod si diabolum vincere optamus, est opus, vt suprascripta credamus, ianuā cupiditatis, & timoris ei claudēdo, nā pillas intrat & regnat.c.33

ARGVMENTA lib. de fide & operibus,

ALIQVI omnes indifferenter ad baptismum recipiebant, etiam facinoribus, & flagitijs cum animo perseuerandi implicatos. cap.1
Testimonijs sacræ scripturæ probat, malos christianos corrigendos. cap.2

Peccatores cum misericordia corripiendi. cap.3
Homines errant qui authoritates sacræ scripture ad vnam partem facientes respiciunt, alia testimonia illius paruipendendo. cap.4
Snia moderãda ex aduersis scripturę testimonijs. c.5
Adultus in casu mortis baptizandus, qui deinceps viuens docendus, sanus vero econtra; cap.6
Docere debemus fidẽ, & opera fidei, baptizãdos. c.7
Prius debemus a preterita vita discedere, & postea baptizari. cap.8
Nõ sufficit in baptismo fateri Christũ filium dei, aliter reliqua de Christo essent superflua, vt exẽplo, pbat. ca.9
Scire Christum, & hunc crucifixum quid. cap.10
Prius a vitijs recedendum quam baptizemur. cap.11
Ille nõ baptizãdus, qui malã nõ vult mutare vitã. c.12
Precepta adultis docenda, antequam baptizentur, & si absque fide illa seruare non possint. cap.13
Fides sine operibus ad salutem non sufficit. cap.14
Opera cum fide ad saiutem requiruntur, & falsam adducitur illius authoritatis Pauli, expositionem, saluus erit per ignem. cap.15
Germanã illius authoritatis expositio, nam hi aurũ, argẽtum, & lapides preciosos ædificant, qui omnia propter Christũ paruipendunt, qui vero partim deum, partim tẽporalia diligunt, lignum, fœnũ, & stipulam ędificãt. c.16
Obstinati, qui de emendatione nolunt audire, non sunt baptizandi. cap.17
Malos a baptismo prohibere, non est nouum, vt scripturarum testimonijs probat. cap.18
Tria flagitia a baptismo prohibent, & maxime impudicitiæ crimina. cap.19
Baptizari credant patri filio & spirituisancto, ac a peccatis cessent, credendo sibi cõdonata peccata, non vt peccare licear, sed vt peccasse non noceat. cap.20
Maximi peccatores ab apostolis ad baptismum non recipiebantur, & de Israelitarum peccato. cap.21
Deum non agnoscit, qui tantum fide mortua illi credit nam aduocatum non habemus vt peccemus, sed vt de indulgentia non desperemus. cap.22
Permanentes in perditis moribus frustra de fide gloriãtur, nam in lege peccauerunt, per legem iudicabunt, hoc est perpetuo dannabuntur. cap.23
Libertas fidei nõ sit fidelibus velamentũ malitię. c.24
Agnoscens diuina præcepta, illaque negligens grauiorem pœna punietur quam ignorans. cap.25
Iustitia phariſæorum erat dicere & non facere, at nostra dicere, & facere, & quomodo diuersa peccata, diuersi mode sananda. cap.26

Treis

Treis proposuit Augusti. in isto libro quęstiones quas soluit, & patefecit, immundos ad corruptionem doctrinę non suscipiendos, sed ad emendationem, ob id illos de fide & operibus doceamus, nam fides sine operibus mortua est, & non saluat. cap.27

Argumentum præfationis in ennarrationem secundam psal. xxix. prædictis correspondens.

Verbum caro factum est (hoc est homo perfectus cõtra Appollinaristas, vt pro nobis oraret, vti dei hominũque mediator, nam vt deus exaudiuit, & sic non inimicos nostros super nos: nam & si patiantur sanctĩ, quia in Christo sunt, in ipsis tribulationibus gaudent, scientes qp homines in illos possunt sæuire, illis vero nocere non sunt, nisi eis datum sit desuper: idemqꝫ de diabolo in beatum Iob patefacit.

Titulus psal. xxix. ex diuo Augustino.

In finem psalmus Cantici dedicationis domus ipsi Dauid, hoc est in finem Psalmus lætitiæ resurrectionis, at in immortalẽ statũ mutationis, nõ tãtũ domini, sed et totius ecclesię, nã in tabernaculo habitamus belli tpe & in domo tpe pacis: ob id in isto psalmo totus Christus loquit.

Argumenta omnium capitulorum Epistolę diui Augustini ad honoratum.

Augustinus quinque honorati quæstionibus respondit, ac illis sextam de gratia noui testamenti addidit. ca.1
Creaturis vtimur in ordine ad fruibile. cap.2
Verbum diuinum vbique totum manens sanctos illuminat. cap.3
Filius dei factus est filius hominis vt nos efficiamur filij dei. cap.4
Temporalia quia contemnenda impijs concessa sunt, & æterna quæ speranda sunt, deus pijs promisit. cap.5
Christus in cruce vt caput pro corpore suo Ecclesia verba deprompsit. cap.6
Iudęis vt Carnalibus temporalia, at nobis vt spiritualibus æterna deus promisit. cap.7
Christus vernis, & nos filij hominum. cap.8
Gratia noui testamenti passione christi nobis comendata est. cap.9
Fideles temporalia patiuntur, & æterna sperãt. ca.10
Christus e cruce liberatus non fuit ob nostram sapientiam & vtilitatem. cap.11
Christus ex virgine quomodo natus. cap.12
Vt mala corporis tolerare valeamus orat noster seruator. cap.13
Intellectus scripturæ quare spiritu aperitur. cap.14
Caro christi in passione non est consumata, sed firmata.

mata. cap.15
Christus Ecclesię libertatē in Dauid, pphetia optat. c.16
Ecclesia deum laudans canticū nouum canit. cap.17
A seruili timore deum amare incipimus. cap.18
Deus supplicia minatur impijs, & pijs beneficia pollicetur. cap.19
Timor filialis in ipsa inest gratia. cap.20
Timore casto deus timendus cap.21
Tenebræ exteriores quæ. cap.22
Tenebræ aliæ exteræ alie vero exteriores cap.23
Christus quod in temporalibus derelinquitur deo gratias agit. cap.24
Longitudo, latitudo, altitudo, & profundum in scripturis quid. cap.25
Longitudo, latitudo, altitudo, & profundum per gratiam figuram crucis describunt. cap.26
Diuites Christum parupenderunt humilem, quem spiritu pauperes adorant. cap.27
Nos sumus Christi illique viuimus. cap.28
Oramus non vt nostra deo innotescant, sed vt humiliemini coram deo omnia ab ipso nostra agnoscentes beneficia. cap.29
Iustificamur fide quam non præcedunt, sed sequuntur bona opera. cap.30
Gratis nos saluat deus, vt exemplo prudentum, & stultarum Virginum probat Augustinus. cap.31
Somnus sepe pro morte sumitur in scripturis. cap.32
Vnde sapientes laudantur virgines, & stultæ paruipenduntur. cap.33
Sapientes virgines de dei bonitate, & stulte de propria virtute gloriantur. cap.34
Ignorantes deum, non agnoscuntur a deo. cap.35
Dicta in tota Epistola epilogat. cap.36

Argumentum enarrationis, seu concionis primæ, de psal. xxx. & titulus eiusdem psal.37.

Christus qui est finis perficiens, nos & legem, in ecstasi, non pro se, sed pro nobis dixit, tristem animam suam vsque ad mortem, sine quo nos nihil possumus, in quo vero omnia possumus, ex eius iustitia, saluamur, nam vsus est erga nos materna misericordia, caro factus, & diabolo superato, qui primum in illo cupiditatis, & post ea timoris portas tentauit, eius igitur & non nostra virtute a consuetudine malarum cupiditatum liberamur.

Argumentum Concionis secundæ de psal. 30

Christiani qui nunc tribulantur, in die tribulationis gaudebunt, at nunc letentur in angustijs, sed tristentur & irascantur propter multos malos in ecclesia, cuius causa boni non videntur, qui veluti a palea, triticum absconduntur, conduntur, in quibus quod sunt mactare debemus, at facere quod nos sumus, non meritis, sed ex gratia, ne vti Simon magus erremus, qui non gratiam, sed potentiam optabat, emere cupiens, quod gratis datur.

Argumentum Concionis tertię de psal. 30.

Scripta in isto psalmo speculum sunt nobis, quo agnoscimus non ex meritis nostris, sed gratia dei nobis condonata peccata, quem deum inuocamus, quando in nos illum vocamus, & non propter aliud, vult enim gratis coli, vt donet seipsum, & non aliquid, aliud. clamemus igitur ad ipsum in expeditione positi, vti milites in tabernaculo.

Argumentum præfationis Psal. 31

Psal. iste est gratiæ dei, & iustificationis nostræ, nullis enim præcedentibus meritis, sed misericordia domini nostri Iesu Christi preueniēte nos, iustificamur, ob id nemo iactet bona opera sua ante fidem, & nemo sit piger in bonis operibus accepta fide, nam deus nos iustificat ex fide, quæ per dilectionem operatur.

Titulus psal. 31. est ipsi Dauid intelligentia.

Expositio tituli (quę & totius psal. est argumentū) ipsi Dauid intelligentia, qua intelligitur, non meritis operū, sed gratia dei iustificari hominē peccata sua confitentē.

FINIS.

INDEX EORVM,

QVAE IN HOC PRIMO TOMO CONTINENTVR.

A

ABRAHAM, pater noster fuit, non propter propaginem carnis, sed propter imitationem fidei: per fidem filium Isaac suscepit, ac offerre voluit, & iussu eiusdem dei destitit. car. 452
Qui soli Adę prævaricationem suam, non etiam eius propagini tribuit, iniustum deum facit. 185
Adam & Euæ pater vt autē nomē habuit Saclas. 216
Adam & Euam ex parentibus principibus fumi natos asserunt Manichęi. 216
Adam factus est rectus, vt & manere in ea rectitudine posset, non sine adiutorio diuino, & suo fieri peruersus arbitrio, v trumlibet horum elegisset dei voluntas fieret, aut etiam ab illo, aut certe de illo. 170
Adam idoneus ad occidendum se, sed non ad resuscitandum, 169
Adam in libero arbitrio habebat peccatum, nō tamē iustitiæ

Iustitiæ retinendę sufficiebat liberum arbitrium, nisi participatione immutabilis boni, diuinum adiutorium pręberetur. cap. 169
Adam voluntate sua mala, impleuit dei voluntatem bonam. 169
Dicere Adam in peius commutatum, quo ad corpus, & non quo ad animam est error Pelagij. 185
Adam post peccatum exul effectus stirpem quoq; suã, quam peccando in se, tanquam in radice vitiauerat, pœna mortis, & damnationis obstrinxit. 133
Adam primum hominem, quicunque dixerit, mortalẽ factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, in hoc corpore moreretur, id est de corpore exiret non peccati merito, sed necessitate naturę anathema sit. 184. &. 227
Adã qñ factus fuit rectus, mediatore nõ opus erat. 170
Adam quia suam maluit voluntatem facere, quam dei de illo facta est voluntas dei. 170
Adolescentes instruendi ne doctrinas quas præter ecclesiam Christi discunt tanquam ad beatam vitam capescendam, si quid audeant, sed eas sobrie diligenter dijudicent: & si societatem cum dæmonibus habent, detestentur, & alienent ẽt studia a superfluis hominũ instituris. 49
Adolescẽtes non negligant illa studia, quę ad societatẽ cõuiuentiũ valẽt, pro ipsa huius vitę necessitate. 49
Adulteria virginitatis, ppemodũ minora, q̃ adulteria naturę, quę mulieres committunt deping̃ do seipsas. 104
Ex adulterio vultus mulieres adulterium castitatis
Adultera seruiliter, & casta caste deum timet, 418
meditantur. 104
Aer in scripturis multoties cœlum dicitur. 331
Aerem habitant dæmonia. 331
Aetas omnis, & huius seculi dignitas ad spem vitæ ęternæ est commutata. 337
Agriculturam calumniatur Manichæi hæretici at magis homini expedire fœnatorem esse, quam agricultorẽ testantur. 214. &. 216
Alimentis electorum dei substantiam esse commixtã asserunt Manichæi hæretici. 214. &. 216
Amare suam sententiam nemo debet, ita vt scripturæ efficiatur offensio. 20
Quid Amer, & non quid credat aut speret, quęritur de homine bono. 174
Amor dei, amor proximi, charitas dicitur: amor mundi, amor huius seculi, cupiditas dicitur. 469
Amor dei & proximi, est perfectio scripturarum. 19
Amamus nos ipsos non ex precepto. 19
Amor non est sine spe, nec sine amore spes, neque vtrũque sine fide. 124

Sine Amore sperare non possumus, & si nõ diligamus ad id, quod speramus non possumus peruenire. 174
Amor dei a timore incipit. 414
Ambiguitas in distinguendo quomodo tollenda. 54
Ambiguitatem verbis proprijs, aut circunstantia sermonis qua cognoscitur scripturorum intentio, aut interpretum collatio, aut prędentis linguę inspectio soluit. 56
Ambiguitatem dissoluit sermo grœcus. 55
Angelus non permittit se adorari, sed deum adorandum ostendit. 17
Angeli bonam habuerunt naturam, & substantiã. 190
Angeli boni a deo acceperunt, vt in sua stabilitate permanerent. 190 &. 191
Angeli boni post lapsum virtutem incommutabilitatis acceperunt, nec cadere possunt. 191
Angeli corporei, licet, non carne subsistant, sed corporei, quia localiter circunscribuntur, sicut & anima humana, quę carne clauditur, & dęmones, qui per substantiam angelicæ naturæ sunt. 179
Angeli creati, cum adhuc tenebrę ipsam aquam occultarent, et aqua terram absconderet. 179
Angeli non habent corpora. 149
Angeli qui in bono perseuerant non natura, sed arbitrij libertate, fidem suo domino seruarunt. 190
Angelis ex gratia datum, quod non possunt inderelius mutari. 321
Angelorum nomina. 148
Angelos colunt angelici. 211
Angeli nobis annunciant dei beneficia. 426
Angeli deo nostras annunciant præces. 426
Anima creatur a deo corpore formato. 180
Anima humana non moritur, quia cum carne non seminatur, sed a deo infunditur. 180
Anima humana non fuit inter creaturas spirituales ab initio creata. 179
Anima incorporea. 180
Omnis anima indocta curiosa est. 332
Anima quando carnalia bona appetit, caro nominatur. 292. &. 293
Anima sine corpore potest habere rationem, & si corpus sine anima non possit habere sensum. 180
Anima substantialiter viuit, 180
Animę animalium cum carne nascuntur, & cum carne moriuntur. 180
Animę animalium mortales, & quare. 180
Omnes Animæ ante passionem Christi in inferno erãt, & quomodo per passionẽ Christi liberatæ sunt. 195

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anima quando apostatat a deo moritur. 293
Animę causa est omnis religio. 261
Anima rationalis quatenus in eligendo, & distinguendo ordinem seruet. 395
Animę defunctorum precibus suorum charorum subleuantur. 171
Animæ humanæ non fuerunt vna simul omnes creatę, vt Origines asseruit. 179
Animę humanę non seminantur cum corpore, vti Luciferiani, & Cyrillus dixerunt. 179
Duę animæ non sunt in vno homine, vna animalis, altera rationalis, vti Iacobus Syrus posuit, sed vna tãtum quę corpus viuificat, et habet in sese liberũ arbitriũ. 180
Animæ quibusdam abditis receptaculis continentur, vsque ad diem iudicij. 171
Omnes Animę sanctorum post ascensionem domini, aut cum Christo sunt, aut ad Christum vadunt. 193
Animam cum corpore mori dixit Aratus. 180
Animam mori post modicum interuallũ, post corpus, inquit Zeno. 180
Animam non a deo, sed ab angelis creatam dixerunt Seleuciani vel Hermiani hęretici. 220
Duas Animas alteram bonam, alteram vero malam ponunt Manichęi. 217. &. 218
Animas animalium ratione regi dixerunt Plato, & Alexander, quod falsum est. 180
Aias bonorũ naturæ dei esse dixerunt Manichęi. 214
Animas cum corporibus mori, atque dissolui, & in fine seculi vtrũq; resurgere, dixerũt Arabici hæretici. 225
Animas effigiata esse corpora dixit Tertullianus, sed nõ ob id hæreticus, si sane id intelligat. 225
Aias ex transfusione, generari, & de carne, & carnis substantia dixerunt Luciferiani. 225
Animas naturę esse diuine dixerunt Priscillianistę hæretici. 223
Animas per septem cœlos, & per quosdã gradatim descendere principatus, & in malignum spiritum incurrere a quo per diuersa seminantur corpora, dixerunt Priscillianistæ hæretici. 223
Animas reproborũ in pecora, & ĩ oĩa q̃ radicibus in terra fixa sunt redire putãt Manichæi hęretici. 217. &. 218
Antiquorum nullus præter Christi fidem salutem potuit inuenire. 175
Antonius heremita θεοδιδακτος, nam absque vlla scientia literarũ scripturas diuinas, & memoriter audiendo tenuisse, & prudẽter cogitãdo intellexisse prædicatur. 2
Apostoli nec cum suspicerentur ab hominibus, inflati erant, nec cum despicerentur elisi. 65

Aqua vera, vera doctrina. 479
Aquę multę, varię doctrinę. 479
Argumentatur a destructione consequentis ad destructionem antecedentis, sed non e contra. 47
Arrianam hęresim destruit Augustinus. 239
Artes mechanicæ ex præteritorum experimentis futura conijciunt. 44
Artes Satanæ euitare non est nostrum, sed opus est, vt deus nos adiuuet, ne homo sibi, aut dęmoni, aut alteri homini spem habeat. 149
Omnes artes superstitiosæ ex quadam pestifera societate hominũ, & dęmonũ, quasi pacta infidelis amicitiæ cõstituta, penitus christião sunt repudiãdæ & fugiẽdæ. 40
Nõ auditur obedienter, qui se bona vita nõ audit. 109
Augustinus Cophinus seminatoris Christi. 211
Augustinus erat episcopus quando librum de discipuli. christia. composuit. 119
Augustinus ignorabat numerum opusculorum suorũ quę inuenit esse. 232. & illa retractauit. 202
Augustinus ne falsa persuaderet in dicendo, rhetoricã reliquit. 78. &. 79
Augustinus, quo animi affectu, & desiderio, viam inueniendæ veritatis cũ adhuc cathecumenus eẽt q̃rebat. 265
Augustinus tribus generibus hominum libros de doctrina christiana reprehendentibus respondet. 1

B

Baptisma vnum est, quod in nomine sanctę trinitatis paruulis, & adultis confertur. 188. &. 189
Baptismo christianorum vita respondeat. 379.
In Baptismo est facti remissio, nõ faciendi pmissio. 373
A Baptismo ex impudicitiæ criminibus prohibendi sunt adulti. 371. &. 372
A Baptismo malos prohiberi non nouum, vt ex scripturis probat. 371
In Baptismo paruuli peccato originali moriũtur: adulti vero originali, & alijs quę viuẽdo addiderunt. 142
In Baptismo peccata condonantur, non vt peccare liceat, sed vt peccasse non noceat. 373
Ante Baptismũ & post adulti docendi sunt de fide, & de opę, vt scripturarũ authoritatibus ,pbat. 359. &. 360
Baptismum in Christo est mortis Christi similitudo, Mors vero Christi est remissionis peccatorum similitudo, vti in illo vera mors, ita in nobis vera remissio peccatorum, & vt in illo vera resurrectio, ita, & in nobis vera iustificatio. 145
Baptizati peccato mortui sunt. 145
Baptismus extra ecclesiam haberi potest, sed prodesse non potest. 314

Baptizandi absque instructione, qui in casu mortis reperiuntur. 353
Non sunt Baptizandi obstinati in peccatis, qui de emendatione nolunt audire. 370
Non Baptizandi prius & postea docendi, sed prius docēdi, & postea baptizandi sunt adulti. 353.&.354
Nō baptizādi q̄ i peccatis pseuerarē volūt. 360.&.361
Baptizandus in nouam vitam veterem mutet. 338
Baptizantur paruuli, vt regeneratio mundet, quod generatio maculauit. 356
Baptizari non omnes indifferenter debent. 349
Baptizati ab hęreticis non sunt rebaptizandi, si in nomine sanctæ trinitatis sunt baptizati, qui vero in nomine sanctę trinitatis non sunt baptizati, sunt baptizandi, quia non fuerunt baptizati. 188.&.189
Baptizati Christo auxiliante & cooperante, possunt diuina implere præcepta. 189
Non Baptizati, ex bonis operibus vitam ęternam nō consequuntur, sed bene ex martyrio, vbi baptismi sacramenta complentur. 192
Baptizatus non potest diaboli insidias superare, nisi deus illi donauerit donum perseuerantiæ. 182
Barbarismus nihil aliud est, nisi verbum non eis literis vel sono enunciandum, quo ab eis qui latine ante nos locuti sunt, enunciari solet. 30.&.31
Beati nullam possunt habere malam voluntatem. 311
Beata vno eodemque sono, apud grecos literę, et apud latinos oleris nomen est. 40.&.41
Beneficia fidelibus pollicetur deus. 415
Bona opera præter fidem, est vt currere præter viam 467.&.468.
Bona opera sine fide est recte gubenare nauim, & nescire vnde. 466.&.467
Multa bona præstantur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati. 154
Bona voluntas alia dei, alia hominis. 167
Boni si tribulantur gaudēt, quia pro Christo id patiuntur, at mali tribulationibus ipsis cruciantur. 334
Boni voluntate deo seruiunt, mali aūt necessitate. 334
De bonis & de malis bene facit deus. 314
Bonis voluntas, malis vero facultas non potest esse peccandi. 171.&.172
Bonos propter malos non debemus deserere, sed malos propter bonos tolerare, quia in omni genere hominum simul morantur in ecclesia. 32
Bonum abstinere a coniugio, & carne & vino, prout valetudo corporis permittit, non tamen peccatū est vxorē ducere, & carnes comedere & vinum bibere, quia vt ait apostolus, omnis creatura dei bona est. 314.&.315
Bonum, cui inest malum, est vitiatum bonum. 127
Bonum & malum possunt esse simul, nam malum nō potest esse sine bonis, & nisi in bonis. 128
Omne Bonum nostrum deus, vel ex deo. 17
Bonum omni malo carens est integrum bonum. 126
Bonus esse potest, qui audit & facit doctrinam bonā. Malus vero, qui audit & non facit. In doctrina vero mala, & qui illam veram putat, & si non obtemperet, malus est: & qui obtemperat, peior est. 370.&.371.
Nemo Bonus, nisi ille donauerit, q̄ solus est bonus. 181

C

CAIN Iudam & chore datam & Abiron & Sodomitas colere perhibentur Caiani. 208
Canis proprietatis. 413
Canis manus quid significent. 413
Canticum nouum laus est dei. 413
Capitis ad cætera membra magna est excellentia, quanto maior est Christi ad ecclesiam. 381.&.383
Carnem non a deo, sed a diabolo dixerunt Patriciani hæretici, inde aliqui sibi ipsis morte illata carne carere voluerunt. 221
Carnem tuā ne despexeris, hoc est domesticos tuos. 29
Carnes non comedunt Taciani hæretici. 209
Carnibus non vescuntur Manichæi hæretici, nec forbent oua, nec vinum bibunt. 215
Pars carnis resistit spiritui, non natura, sed consuetudine peccatorum. 293
Caro naturaliter spiritui est subiecta. 13
Caro nostra bona est a bono deo condita, & non est mala, vt quam plures hæretici volunt, sed arbitrio voluntatis efficitur bona vel mala. 215.216
Caro, quomodo in seruitutem redigenda. 12.&.13
Castrant seipsos & hospites suos Valesii sic deo se seruire putantes. 211
Cathedra Moysi cogebat malos doctores bona dicere, etiam non bona facientes. 109
Causa bonarum rerum est bonitas dei, malarum vero est nostra & angelica, ab incommutabili bono, deficiens voluntas. 133
Non Causas rerum naturalium, sed bonaru m malarum que rerum scire debemus. 128
Chananæa mulier, quam Christus canē & postea mulierē vocauit, vt Christus verba, ita illa affectū mutauit. 369
Charitas bene operantis dat ei spem bonæ conscientiæ. 468.&.469
Charitas cōpagē facit, cōpages cōplectit vnitatem, vnitas seruat charitatem, charitas peruenit ad claritatē. 469

Charitas est motus animi, ad fruendum deo propter ipsum, & se atque proximo propter deum. 59. & 60
Charitas est preciosa illa margarita, q̃ vt emamus oia vendere debemus, & semper illam sub lingua portare. 113
Charitas est thesaurus in agro absc̃onditus diuinarũ scripturarum, quẽ vt possideamus, omnia dare debemus. 113
Charitas non permittit aliquid mali te facere, sed te facit bona facere, nã est illa, quę etiã p inimicis orat. 467
Charitas perfecta nec cupiditatem seculi, nec timorem seculi habet, hoc est non habet cupiditatẽ vt acquirat res temporales, nec timorem, ne amittat res temporales. 348
Charitas quod agit vt sibi prosit, vtilitas dicitur, quod vero agit vt proximo prosit beneficentia numcupatur, sed hinc præcedit vtilitas. 60
Christus lumen verũ, & sancti lumina illuminata. 397
Christus vermis & nos filij hominum. 403
Christus ob nostram sapientiam & vtilitatem de cruce non fuit liberatus. 406
Christus in pulverem mortis non est deductus. 411
Christi aiam absq; ratione fuisse, ingt Eunomius. 177
Christi animam absque sensu & ratione fuisse, ait Apollinaris. 177
Christi humanitatem negabat Eutiches, 177
Christi patrem non esse deum legis & prophetarũ, nec natum ex fœmina ipsum Christum, nec habuisse carnem, nec vere mortuum, nec passum, sed passionem simulasse dixit Cerdon. 208. & 209
Christiano bene viuenti a christianis objicitur quod christianus est. 460
Christiano nõ est necessariũ physicas scire quęstiones, sed sufficit eum scire deũ omnium crearorẽ. 124. & 125
Christianus & si nõ loquat omnium gentiũ linguis vt apostoli, attamẽ se spiritũ sanctũ recepisse nõ dubitet. 2
Christianus sine superbia p̃ hominẽs esse discẽdũ, discat, ne deum tenet quasi nolẽs ab hominibus euãg. audire. 2
Christianus si vult vindicari cogitet, quod non dum vindicatus est Christus. 464
In Christo Apollinaristæ ponũt acerbitatẽ naturę. 177
Quę de christo futura dicuntur vti aduentus ad iudiciũ nõ pertinent ad istã vitam, sed ad futuram vitam. 146
In christo Timothiani posuerunt naturas confusas & immixtas. 177
Christum aduocatum habemus apud patrem, quem in fideles non habent, non vt peccemus, sed si peccauimus, vt de indulgentia non desperemus. 375
Christum a patre missum, id est a profundo, spirituale, vel cœleste corpus secum attulisse, nihilque de virgine Maria assumpsisse, sed per illam vt per fistulam transisse Valentiniani

Valentiniani hæretici asserunt. 207
Christum carnem de cœlo traxisse affirmant origines, marcion, & Eutyches. 177
Christum carnem ex elementis assumpsisse, quam mũdo reddidit, cum sine carne resurgens in cœlum ascendit, dogmatizant Appellitæ hæret. 207
Christum carnem sine anima, siue animam sine ratione accepisse, dixerunt Apollinaristæ, cum hoc tamen quod verbum in carne versum asserunt. 219
Christum carnem suam in phantasia habuisse, affirmat Valentinus. 177
Non christum crucifixum, sed Simonem Cireneum docuit Basilides hæreticus. 206
Christum dominum omnes suas sententias, ex libris Platonis accepisse aliqui dixerunt. 43
Christum esse caput & corpus, sponsum & sponsam, filium dei & ecclesiam, filium dei factum filium hominis propter nos, vt nos faceret filios dei. 446
Christum esse colubrum, qui Euam decepit, dixerunt ophitæ hæretici. 220
Christum & spiritum sanctũ creaturam dixit Origenes Adamantias: & paradisum & cœlos esse negat, attamen ab aliquibus defenditur, quod Talia nõ dixit, 212. & 213
Christum ex carne, tantum carnem sumpsisse asserit Marcianus. 177
Christum fatentur Nazaræi, sed omnia Iudaicæ legis seruant, inde nec Iudæi nec Christiani. 207
Christum fuisse serpentem qui Euam decepit asserunt Manichæi, a quo Adam & Euam illuminatos dicũt. 217
Christum hominem fuisse absque deo Cerinthus Hebion, Artemon, & Phorinus posuerunt. 207
Christum hominem præter deum, vel cum deo, Nestorius affirmauit. 178
Christum initium diuinitatis, ex Maria virgine assum psisse dixerunt Artemon, & Berillus, & Marcellus. 178
Christum non uenisse, sed se illum esse dicebat Simon Magus. 177
Christum originem accepisse ex Maria virgine & purũ hominẽ fuisse, atiũt Pauliani & Photiniani hęretici. 213
Christum passum esse anno fere 30. docet Tertullianus in opere aduersus Iudæos, Imperij Tiberij anno. 15. cons. Rubellio Germino, at Ireneus putat illum fuisse maiorem annis 40. 42
Christũ patrẽ & spũm sc̃m dicebat Noæ tus hęret. 211
Christum puram creaturam, & spiritum sanctum creaturam creaturæ, dixerunt Arriani. 218
Christum purum hominem dicebat Theodoncion. 221
Christum purum hominẽ, & a mortuis nõ resurrexisse docent

docent cerinthiani & Meranthiani 207
Christum purum hominem, & mandata legis obseruanda docebant Hebionei. 207
Christum purũ hominẽ ex coitu natũ dixit Ebiõ. 177
Christum purum hominem non natum de spiritu sancto, sed vti reliqui homines, attamen in vtero virginis in vnitate personæ, vnita diuinitas cum humanitate, qui postea pro peccatis nostris mortuus est, asserit hæresis Nestorij episcopi, & patriarchę Constantinopolitani. 204
Christum purum hominem ex vtroque sexu natum, qui talem habuit animum, vt omnia superna agnosceret, dicebat Carpocrates hæret. 207
Christũ putatiue passum dixit qdã Marcus hæret. 208
Christum quo ad diuinitatem in cruce doluisse, dixit alqua hæresis. 224
Per Christum, secundnm carnem reconciliati sumus, sed non soli Christo secundum diuinitatem. 304
Christum specie fœmine in ciuitate Pepuza, asserunt Pepuziani hæretici, ob id mulieribus principatum, & sacerdotium tribuunt. 210
Christum venisse ad animas non ad corpora, liberãdas nec fuisse in carne vera, sed simulatam carnem sensibus nostris præbuisse dicunt Manichæi. 216
Christus a vitiosis contemnebatur. 464
Christus creauit virginem, creandus ex virgine. 300
Christus dicitur conceptus de spiritu sancto, attamen nõ est filius, nec dicitur filius spiritus sancti. 140. &, 141
Christus dicitur factus in similitudinem carnis, peccati, & peccatorum, quia effectus est hostia, & sacrificium pro peccato. 141
Christus dono suæ gratię, & gratis nos iustificat, & perseuerantiæ donum donat, vt in suo aduentu nos resuscitet, & glorificet. 322
Christus crucifixus, vt septa peccatorum, quæ iter nostrum intercludebant, euelleret. 10
Christus est, qui docet, cathedram in cœlo habet, scholaipsius in terra est, caput docet membra sua, lingua loquitur pedibus suis. 121
Christus & si ex fœmina non esset natus, attamen nos liberare potuisset, & quomodo nobis, est medicina effectus. 336
Christus ex similibus nos sanat, nam per fœminam deceptos per fœminam natus, homo homines mortalis mortales, morte mortuos liberauit. 8, &, 9
Christus finis non consumens, sed perficiens. 436
Christus habuit omnia hominis, quantum ad perfectionem naturæ, sed plusquam omnes homines, quo ad perfectiones personæ, 382. &, 383

Christus

Christus habuit veram carnem, animam, & intellectũ, vt authoritatibus scripturæ probat. 319
Christus hominem serpentis sapientia deceptum, dei stultitia liberauit. 9
Christus hiem p superbiã lapsum humilitate sanauit. 9
Christus homo factus propter nos, non incongrue orat pro nobis. 383
xps in cœlo, & hicibi i se, hic in nobis, 384
Christus in ecclesia, & ecclesia in Christo loquitur. 438. &. 439
Christus iusticia, & non potentia diabolum vicit, & sic nos liberauit. 144
Christus magis quam temporalia diligendus, nam est ecclesiæ fundamentum, 388. &, 389
Christus pro virgine matre Manichæo aloquit. 238
Christus matrem in terris habere voluit, vt vtrunque sexum, & masculinum, & fœmininum honoraret, & ad dei curam pertinere monstraret, non solum quem susceperit, sed etiam illum, per quem susceperit. 288
Christus mortalitate est bene vsus, vt viueremus, nam nos immortalitate mali vsi sumus. 9
Christus mortem gustauit, quia verus homo est, at mortem deglutiuit, quia verus deus est. 304
Christus nõ est dedignatus loqui verbis nostris: vt nos loqueremur suis, ob id verba illa, tristis est anima mea vsque ad mortem sunt capitis, non pro se capite, sed pro nobis membris, vti pede calcato lingua ait, cur calcas me, propter magnam in vno corpore connexionem. 437
Christus non est mortuus pro angelis, sed ideo etiam pro angelis sit, quicquid hominum per eius mortem redimitur, & liberatur a malo, quia redeunt in gratiam cũ omnes peccarunt. at ex hominum redemptione ruinæ illius angelicę detrimenta reparantur. 149
Christus non habuit pauorem, nec in illo pauorem intelligere possumus tempore passionis, qui propterea venerat, cum venisset ad quod venerat, nunquid pauebat moriturus, sed pro nobis pauebat. 437
Christus nr medicus, q cõtrarijs cõtraria medet. 9
Christus ostendit se voluntarie passum quando dixit, potestatem habeo resumendi animam meam. 9
Christus per nouæ regenerationis purificationẽ, omne pręteritum vitium, sui baptismatis lauacro purgauit. 181
Christus potuit delere peccatum originale, quia ita est natus, quod ei non fuit opus renasci. 154
Christus quare mediator dei, & hominũ. 300. &, 301
xps qũo i iudicio viuos & mortuos ẽ iudicaturus. 147

Christus sacerdos, sacrificium, templum, & deus, sacerdos per qnẽ sumus reconciliati, sacrificiũ, quo reconciliati,

templum in quo reconciliari, deus quo reconciliari. 304
Christus sedet ad dexterã patris, hoc est in summa beatitudine, vbi iustitia, & pax, & gaudiũ est. 286. &. 287
Christus solus abstulit peccatum conceptionis, atque nativitatis humanæ. 301
Christus solus fidei fundamentum. 389
Christus totum habet cõmune cũ patre, quod æternus naturaliter sine initio habuit, & nihil habet cõmune cũ patre eorum, quę in suã personam temporaliter, atque humiliter ille æternus, atq; excelsus accepit de uirgine. 300
Christus verus deus in diuinitate, & verus homo in humanitate in quo anima, & caro, & anima cũ ratione sua, & corpus cum sensibus suis, per quos sensus vero in passione, & ante passionẽ suę carnis dolores sustinuit. 296
Christus via, qua ad illum itur, ad illum peruenitur, & in illum permanetur. 18
xps̃ vincit diabolũ, vt sub nobis eẽ faceret. 329. &. 330
Christus vius materna misericordia, prout diuinũ verbũ caro est factũ, & ad istar matris lacte nos nutriuit. 442
Christus vt caput, suscipit verba ecclesiæ. 389
Christus vt peccatum, quod in concubitu mortalis carnis generatio humana contraxit, auferret, conceptus est nouo more, deus incarnatus in matre virgine. 301
Et si cibis vilioribus aluntur bestiæ, non tamen continentiores nobis sunt. 61
Cibo pciosissimo sine cupiditatis vitio sapiẽs vtit, & insipiẽs fœdissima gulę flãma ĩ vilis simũ ardescit. 61. &. 62
Ciborum vsum moderari pro necessitate, & tempore, proprie est christianorum. 18
Non ciborum natura, sed ex causa vtendi, ex modo apprehendi, vel probatur, vel imbrobatur quod facimus. 61
Cibos malos, & malitiam causare percipientibus, dixerunt Heraclitæ, & Manichæi hæretici. 191
Cibus omnis edendus cum gratiarum actione, attamen ab aliquibus non tanquam a malis, sed tanquam a non necessarijs, non est malum abstinere. 191
Claues ecclesiæ quas Christus dedit Petro, sunt credere sibi condonata peccata, & qui hoc in ecclesia non credit, ei non sunt condonata, sed deterior efficitur. 7
Clericatus impedimenta quæ. 192
Codices emendare debent, qui scripturas diuinas nosce desiderant. 32
Codices latini noui testamenti græcis cedere oportere, non dubium est. 33
Codices latini veteris testamenti si necesse fuerit græcorum authoritate emendandi sunt, & potissimum septuaginta: qui vno ore locuti sunt. 33
Codices nõ emendari, ex eodem genere interpretationis venientes, emendatis cedere debent. 32
Codices quando intelligendi, & quãdo emendandi. 30
Cœlos. 365. esse dicebat Basilides hæreticus iuxta numerum dierum totius anni. 205
Cœlum & terram non abolenda per ignem, sed in melius commutanda credimus, & figuram mundi, & non substantiam transituram. 191
Omnis Cogitatio sancta, pium consilium, & omnis motus bonæ voluntatis, ex deo est. 182
Cogitationes malæ non semper ex diabolo, sed bonæ semper ex deo. 194
Cognitio artium vsurpanda, ne omnino nesciamus quid scriptura velit insinuare, cum de his artibus, aliquas figuratas locutiones inserit. 44
Cognitio herbarum lapidum, & aliarum rerum non est superstitiosa, sed abusus illarum, nam aliud est dicere tritam istam herbam si biberis venter non dolebit, & aliud est dicere istam herbam collo si suspenderis venter non dolebit. ibi probatur contemperatio salubris, hic significatio superstitiosa damnatur. 43
Cognitio troporum in scripturis necessaria. 63
Cognoscere quid credẽdum non sit, multũ adiuuat cor fidele etiã si disputãdi facultate id retutare nõ possit. 227
Cognoscit nos deus quando nobis præstat vt illum agnoscamus. 433. &. 434
Colubrum habẽt Ophitę, qui ad incantationes sacerdotis super altare ascendit, & illum Christum esse dicũt. 208
Cõbustio ignis, q̃ punient dãnati, ęterna erit. 369. et. 366
Confessio Dauid dicentis, Dixi confitebor aduersum me iniustitias meas domino, nondum ad os peruenit, sed deus audiuit vocem cordis illius, & sic remisit impietatẽ cordis ĩ lius. 476
Confessio gemina est, aut peccati, aut laudis. quando nobis male est in tribulationibus, confiteamur peccata nostra, quando nobis bene est, in exultatione iustitiæ, confiteamur laudem deo. 392. &. 421
Sunt etiam connexiones veræ ratiocinationes, falsa habentes sententias, quæ consequuntur errorem illius, cum quo agitur. 45
Connexionũ veritas nõ instituta ab hoĩbus, sed aĩad uersa & notata, vt eam possint, vel discere, vel docere, est in rerum ratione perpetua, & diuinitus instituta. 34
Conscientia mala tota in desperatione est, sic conscientia bona in spe est. 470
Conscientiam bonam pro spe ponit Apost. inquiens. i. Tim. 4. finis præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona, 470
Consentire, quod est nostrę salutis initiũ, ex nobis est, 171. attamen

171.attamen quod consentire non sit ex nobis, inquit Augustinus in de spiritu, & litera.31.in.3. Tom. operum eius, & in.2. Tom. horum opusculorum, & in de prædest. sanctorum 3.in Tom.7. suorum operum, & in.3 Tomo. horum opusculorum, quæ omnia quomodo intelligantur, ac concordentur, habes in isto primo To. in margine char. 181. iuxta verba superius posita.

Consuetudo legentium, aut cantantium impedit multoties correctionem. 30.&.31

Continentia melior nuptijs, si causa vacandi domino eligatur. 87

Conuersationes hominum fato ascripsit Bardesanes hæreticus. 200

Cor Christi (hoc est scripturarum intellectus) spiritu dei aperitur. 410

Cornelius Centurio ad hominem missus vt doceretur. 2

Corona victoriæ non promittitur, nisi certantibus. 329

Corpus Christi est ecclesia cuius Christus est. cap. 429

Corpora sanctorum, & maxime reliquias martyrum ac si membra essent Christi sunt sinceris sime honoranda & qui oppositum sentit non christianus, sed Bunominianus & Vigilantianus creditur. 192

Corporis humani inferiores partes non a deo, sed a diabolo factas dicebant patriciani hæretici. 221

Corpus nostrum in seruitutem redigimus, si omnibus quæ sunt huius mundi renunciamus. 317

Corpus proprium diligit homo, cum hoc tamen potest aliquid plus illo diligere. 13

Corrigendi sunt mali christiani, vt testimonijs scripturæ sacræ probatur. 351

Corripiendi cum misericordia peccatores. 352

Corripiendus alius publice & alius secreto, 352

Corruptile hoc resurget, apostolus, hoc addit, quasi digito ostendens carnem hanc visibilem, resurrecturam, propter animam quæ caro dicitur, vti carnalia sectatur. 293

Omnis Creatura corporea, nam & angeli corpore. 179

Creatura omnis bona, at omnes simul valde bonæ. 125

Omnes creaturæ bonæ, sed non vt deus, nam minui possunt. 126

Credens non veniet in iudicium ad damnationem, & qui non credit, iam damnatus est. 343

De credendis ea tamen ad spem pertinent, qua in oratione dominica continentur. 172.&.173

Credere debemus, quod intelligere non valemus ante quam mens nostra purgetur. 337

Creditur a nobis sine confusione coniuncta sancta trinitas sine separatione distincta. 177

cupiditas est motus animi, ad fruendum se, & proximo non propter deum. 59

Cupiditas radix est omnium malorum. 328

Credulitas resurrectionis & ascensionis domini nostri Iesu Christi, magna spe fulcit fidem nostram. 9

Crux, sepultura, resurrectio, & ascensio, quomodo ad ad nos pertinent. 146

Cupiditas quod agit ad corrumpendum animum, vel corpus proprium flagitium vocatur, quod vero agit vt alteri noceat Fascinus dicitur, quæ duo sunt genera peccatorum, sed flagitia priora sunt. 59

Cupiditatis regnum quanto magis destruitur, tanto charitatis augetur. 59

Ad cupiditatis regnum destruendum valet, quicquid asperum, quasi sæuum, factu, dictuque, in sanctis scripturis legitur, ex dei, vel sanctorum eius persona. 60

Cultus dei syncerissimus est apud paucos. 159

D

DAEMONIBVS ista pars infima mundi ordine diuinæ prouidentiæ subiecta est, qui vt nos magis, & magis inferant laqueis erroris, multa pterita, seu futura dicut. 59

Dæmonibus non tantum si falsa dixeriut, sed adhuc si vera locuti fuerint illis non est credendum. 36

Damnationem æternam in scripturis per tenebras exteriores intelligimus. 420

Dānati nullam possunt bonam habere voluntatē. 311

In damnatis erit stimulus pœnitudinis, sed nulla ibi erit correctio voluntatis. 311

Dauid regem libido habuit vt hospitem, sed Salomonem possedit, qui amore spirituali sapientiam inuenit, & carnali amisit. 66

Dauid regē mouebāt pcā filij & nō ppria iniuria. 65

Dauid rex non solum filij sui Absolon ferocitatem tolerauit, sed & planxit extinctum. 65

Dauid rex qñ peccatū fuit ei denuntiatū de adulterio perpetrato, & vindicta pœnitendo peccatū d luit. 66

Diuiti dicēdū vt mittat Xp̄m vnū iter filios suos. 117

Decretum Priscillianistarum, iura, periura, secretum prodere nolle.

Definire & diuidere possumus falsa, & definitio ac diuisio erit vera. 44

Delectat magis audientem quod per similitudinem dicitur, quam quod simpliciter exprimitur. 23

Dentes ecclesiæ sancti, qui homines ab erroribus prę scindunt. 24

Dei naturam esse animarum substantiam, dixerunt Gnostici hęretici. 206

Oēs de deo cogitantes, illum aliquid viuū esse fatent. 7

Deo hoc est esse, quod sapienter esse hoc est facere, quod sapienter facere. 302
Deo nulla creatura corpalis, seu spūalis cōparāda. 300
Deo nihil est contrarium. 289
A deo o a, & intātū bona quātū acceperūt vt sint. 17
De deo solo verificatur hoc verbum est. 280
Qui deos putant esse opera hominum, magis demersi sunt, quam qui putant opera dei. 58
Duos Deos vnum bonum & reliquum malum dixit Cerdon hæret. 209
Qui descendit de cœlo, ascendit in cœlum secum vestem sui corporis trahens. 343
Non desperandum de misericordia dei, nec in peccatis permanendum. 312
Deū corporeū, sed nō effigiatū dixit Tertullianus, sed nō inde hæreticus si sane intelligat, deum corporeum id est substantiam immutabilem, quę vbique tota. 224
Deum esse omnes consentiunt, & illum cęteris rebus omnibus anteponunt. 7
Bonum deum & malum deum asserunt Gnostici. 206
Deum profitemur autorem omnium bonorū affectuū atq; operum & omnium studiorū, omniumq; virtutum quibus ab initio fidei ad deum tenditur. 184
Deum qui legem per Moysen dedit non fuisse verum deum, sed vnum de principibus tenebrarum inquiunt Manichæi. 115
Ad deum, qui vbique præsens est, non locis sed bono studio bonisque moribus mouemur. 8
Deus ab omnibus quando cogitatur, aliquid quo nil melius, cogitatur. 7
Deus ante omnia secula agnouit, quibus esset per fidē gratiam largiturus. 324
Deus bene facit, quando mala sinit fieri: non enim hæc nisi iusto iudicio sunt. 164
Deus cum de illo nihil digne dici possit, admisit humanæ vocis obsequium, & verbis nostris in laude sua gaudere nos voluit. 5
Deus dat diabolo potestatem nos flagellandi, aut ad pœnam, aut ad disciplinam, aut ad coronam. 489
Deus dedit nobis spiritum sanctū, quo eius dulcedine sentiamus, vt ipsum vitæ fontem desideremus. 334
Deus docet, homo admonet. 3
Quia deus est sumus, et inquātū sumus, bonisumus. 17
Deus fide spe, & charitate colendus. 122
Deus flagellat omnem filium quem recipit, nā & vnigenitum flagellauit.
Deus hoīes docet, qūo cū hoībus agant, & deo seruiāt, quomō vero cum pecoribus agant ipsi sciunt 333

Quia

Quia deus iustus, non impune sumus mali, & inquantum mali sumus, minus sumus. 17
Deus melius iudicauit de malis bene facere, quam mala esse non permittere. 134
Deus non agnoscitur in strepitu istarum durarum syllabarum, sed monet omnes latinę linguę socios ad cogitandam excellentissimā quādā immortalēq; naturā. 5
Deus per misericordiam vasa facit honoris, & per iudicium vasa contumeliæ. 170
Deus non ex nostris meritis, sed ex sua misericordia saluos nos facit. 457
Deus non minus in angustis, quam in latis locis est, nec tempore mutatur. 262
Deus non per creaturam suam, sed per partem pro sērie naturę cum diabolis pugnauit vt aiunt Manichæi, quod nephas est. 331
Deus non tantum per angelos nos docet, ne abiecta sit humana cōditio, & vt charitas inter hoīes seruetur. 3
Deus nullis præcedentibus meritis & fidem & amorem sui prius inspirat, vt & baptismi sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum cum ipsius adiutorio ea quæ sibi sunt placita, implere possimus. 188
Deus pater filius, & spiritus sanctus omnia implet. 316
Deus pr̄, nō habet dextrū & sinistrū vt corpora. 342
Deus pater non est circunscriptus humana forma, nec habet destrum nec sinistrum. 283. & 342
Deus sedere dicitur, nō membrorū positione, sed secūdum iudiciariam potestatem. 284
Deus scit, & non alius, quid expediat pro tempore dicere, vel per nos expediat audiri, in cuius manu sunt, & nos, & sermones nostri. 91
Deus si fruitur nobis, indiget bono nostro. 16
Deus si nobis non fruitur nec vtitur, non inuenitur, quomodo nos diligat 16
Deus solus immutabilis. 190
Deus solus inuisibilis & incorporeus. 168
Deus vult gratis coli & amari, non quia dat aliquid prēter se, sed quia dat se. 459. & 460
Dextera patris est beatitudo perpetua, quę sanctis datur, sicut sinistra eius rectissime dicitur, miseria perpetua quæ impijs datur. 274
Diaboli in aere habitant. 331
Diabolum ā seculo trigesimo factum, dixit Valentinus hæreticus. 207
Diabolum vincimus, quando toto corde huic mundo renunciamus. 330
Diabolum vincimus, vincendo concupiscentias per quas nobis dominatur. 331

diabolus

Diabolus a Christo non fuit missus extra mundum, vt aliqui hæretici putarunt, sed ex corde illorum, qui verbum dei recipiunt. 330
Diabolus bonus esset, si in eo qđ factus est pmaneret. 190
Diabolus nõ agnoscit secreta cordiũ, sz solus đus. 114
Diabolus princeps mũdi, hoc est amatorũ mundi. 457
Diabolus prius per ianuam cupiditatis, & postea per ianuam timoris ad nos intrat. 443
Diabolus qđ in se perdiderat, inuidet in alijs. 191
Diabolus qui fuit suę malitię inuentor, aliarum rationalium creaturarum malitię est author. 191
Diabolus secundum substantiam non illabitur animæ, sz solũ scđm applicationẽ, & deus scđm naturã. 194
Diaboli tenebræ dicuntur in scripturis. 419
Dialectica ad omnia genera quæstionum, quæ in literis sacris sunt penetranda & dissoluenda, plurimum valer, tamen ibi cauẽda est libido rixandi, & puerilia quædam ostentatio decipiendi aduersarium. 45
Dicens, cum falsum est quod consequitur, necesse est vt falsum sit quod præcedit, verissime dicit, nec ipse facit vt ita sit, sed tantum ita esse domonstrat. 46
Dicere aliquid de deo non possumus, quia in effabilis est, nam qđ dictum est, si ineffabile esset, dictũ nõ esset. 5
Difficultas non est in carendo, si cupiditas non est in habendo. 58
Dilectio dei esse non potest sine dilectione proximi, nec dilectio proximi sine dilectione dei. 362
Dilectio ordinata, & diligens ordinate. 12
Diligenda a nobis sunt illa sola, quæ aut nobiscum societate quędam referuntur in deum, vt homo vel angelus, aut quæ beneficio dei per nos indigent. 12
Diligenda sunt quatuor a nobis quod supra nos, qđ nos sumus, quod iuxta nos, & quod infra nos. Sed de. 2 & .4. nobis non sunt data præcepta dilectionis, nam & impij seipsos propriaque curpora dilexerunt. 12
Diligendi inimici, non quia auferre possint quod nos diligimus, sed illis miserendo, quia quanto magis nos oderunt, tanto magis sunt a deo separati. 15
Diligendi sunt omnes homines, & si omnibus nõ possumus prodesse, illis tamen dandum qui strictius adhærent, & si plures æque indigẽt ex sorte illis dandũ. 14
Diligendũ esse deũ super omnia, proximũ vt nos, animam proximi magis qꝫ proprium corpus. 14
Diligendus homo, vt homo, 14
Non diligendus peccator, vt peccator, 14
Diligentes temporalia ab illis trahuntur ad mortem, vti adescam piscis. 314
Diligimus recte proximum, quando cum eo agimus vt

vt ẽt toto corde, tota anima & tota mẽte diligat deũ. 11
Si Diligunt deum inimici nostri, necesse est, vt & nos diligant. 15
Dimensiones in scripturis quid significent. 422
Dimicamus aduersus diabolum, & angelos eius, qui spiritalia in cœlestibus dicuntur. 383
Quæ discimus per homines prosunt, quando spiritus sanctus facit, vt prosint. 99
Disciplina a discendo dicta est. 112
Discrimen inter cor rectum, & prauum. 18
Discrimen inter homines & filios hominum. 403
Discunt christiani, quod docet Christus. 112
Distortum non compaginatur recto, sic cor nostrum quandiu distortum, non compaginatur deo. 481
Diuinam naturam in humanam versam dicebant Timotheani hæretici. 229
Diuites & pauperes in euangelio quales. 424
Docemus non vt sciant auditores, sed vt agant, quod iam sciunt. 91
Docendi modus optimus: vt qui audit, verum audiat, & quod audit, intelligat. 90
Docet Christus in lib. de disciplina christ. quid bene viuere, quæ ei merces, & qui veri christiani, & quis verus eorum magister. 112
Docet nos sanctus spiritus, sed cum hoc ab hominibus debemus recipere præcepta doctrinę. 95
Doctor christianus, ac rectæ fidei defensor debet bona decere, & mala dedocere, & quomodo. 90
Doctor bene viuat, vt non impudenter, sed obedienter audiatur. 110
Doctor christianus agit, vt intelligenter, libenter, obedienter, audiatur. 93
Doctor dicit aliena, qui cum bona dicat, male viuit, & sic aliena videntur. 113
Doctor ecclesiasticus oret, vt intelligenter, libenter, & obedienter, audiatur. 95
Doctor ecclesiasticus sit orator, antequam dictor. 94
Doctor, & auditores in deo glorientur, in cuius manu nos, & sermonee nostri. 112
Doctor & fidelis sua dicit, infidelis vero aliena, si bona dicit, & male viuit. 111
Doctor non seruiat verbis, sed verba doctri. 103
Doctor oret deũ, vt rectũ sermonẽ det in ore eius. 111
Doctor oret, vt auditores accipiant, quod docet, & si acceperint deo gratias agat. 111
Doctor qui timet ꝙ semen cadat in terram malam, nõ peruenit ad terram bonam. 120
Doctores mali fõtes siccos, & nubes sine aqua ex scripturarum

pturarum locis vocat. 377. & 378
Doctori ecclesiastico, copia dicēdi sit forma viuēdi. 111
Doctrina adhibita per hominem, tunc prodest alijs hominibus, cum deus operatur, vt prosit. 16
Doctrina instituta a deo non superstitiosa, instituta aūt ab hominibus partim superstitiosa, & partim non. 36
Omnis doctrina vel rerum est, vel signorum. 5
Doctrinarum duo genera, vnum a deo relicuum ab hominibus institutum. 36
Donatistę & Parmenianistæ hæret. 111
Dormitio in scripturis pro morte. 5

E

EBRIETAS spiritus sancti non euertit mentem, sed rapit sursum, & obliuionem præstat omnium terrenorum. 335
Ecclesia charitate a Christo tenetur, exercetur, ac molestijs purgatur. 10
Ecclesia est corpus Christi, & coniux. 10
Ecclesia est habitura bonos, & malos, vt dominus ostendit. 351
Ecclesia hic tribulat & in pria erit illius dedicatio. 388
In Ecclesia qui proficit, sentit tormenta. 339
Ecclesia roborata non resistendo, sed pferēdo. 325
Ecclesia sanguine mediatoris, nullū habētis peccatum ab omni redempta est peccato. 149
Ecclesia tabernaculum dicitur, quia in hac terra peregrinatur, quę in cœlo est domus habitatio pacifica. 461
Ecclesię catholicæ in persona Petri ligandi soluendiq; Christus tribuit potestatem. 312
Ecclesię claues regni cœlorum datæ sunt, quando Petro datæ sunt. 346
Ecclesię fundamentum sursum, nam rebus ad imatendentibus sursum collocatur fundamentum. 370
Ecclesia bona, & mala tolerat virtute Christi. 409
Ecstasis grece, latine excessus. 390
Eleemosynarum condictiones. 157
Eleemosynarum multa genera. 154
Eleemosynis facultates pauperibus erogare, & maxime propter dominum, bonum est. 190
Elementa, quinq; bona, & quinque mala, vna simul commixta, dixerunt Manichæi hęret. 109
Eloquēs ecclesiasticus his tribus vtitur modis dicēdi, sed quæ grāditer dicit, illa non dicit temperate. 97
Eloquens ecclesiasticus vti orator aliqua granditer, alia temperate, alia vero submisse dicit, sed non de eisdē rebus, vti orator. 96
Eloquens erit qui vt doceat, poterit parua submisse, modica temperate, & magna granditer dicere. 96

Eloquens insipiens magis cauendus est. 81
Eloquens siue submisse, siue temperate, aut granditer dicat, semper persuadet, & nisi persuadeat, ad finem non peruenit eloquentiæ. 108
Eloquens dicit suauiter, sapiens salubriter. 82
Eloquentia germana in sacris literis. 82
Eloquentię tractatores falsi sunt. sapientiam sine eloquentia parum prodesse ciuibus, eloquentiam vero sine sapiētia, nimium obesse plerūq;, prodesse nunquam. 81
Eloquētius & sapientius nihil doctoribus sacris. 82
Enchiridion est de fide, spe, & charitate. 122
Epistola Augustini ad qđuultdeū, promittētis se libru de hæresibus, vna cū libro retractationum scribere. 197
Epistola Quoduultdei ad Augustinum idem instantius petentis. 196
Epistola Quoduultdei ad Augustinum petentis vt hæreseon Catalogum conscribat, ante lib. de hæresibus epistola prima. 194
Epistola responsiua Augustini, ad Quoduultdeū. 195
Errans in biuio insidias Donatistarum trāsiuit. 121
Errans in expositione scripturarum dirigendus est, ne cōsuetudine deuiādi in trāsuersum ire cogatur. 18
Errant magis, qui fallunt, quam qui falluntur. 121
Errare in via pedū aliqñ prodest, sed nō in via morū, vt Augustinus nō errat, qui aliquid nescit, sed qui putat scire, q;, nescit & pro vero approbat falsum. 128
Errat qui putat veritatem posse agnoscere, cum nequiter viuat. 328
Error ita respicere vnius partis authoritatem, vt alia scripturæ parui pendamus testimonia. 330
Erroris proprium est, pro veris falsa approbare. 128
Euangelizare Christum est docere credenda, & seruāda, vt quis ad Christum accedat. 359
Euāgellum Ioannis, & Apocalysis eiusdem negant Alogiani hęretici. 220
Eucharistia est sacrificium gratiarum actio, ac commemoratio carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & sanguinis, quem pro nobis idem deus effudit. 319
Eucharistiæ communionem quotidie percipere nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo, & hortor, si tamen mens sine affectu peccandi sit. 180
Eucharistiæ perceptione, qui habet voluntatem peccādi, magis grauatur, quam purificatur. 180
In Eucharistiæ sacramēto vinū cū aqua offerēdū. 191
Eucharistiæ sacrificium a sacrificijs veteris legis differnā in illis quid nobis esset donandum figurate significabat, in hoc aūt sacrificio, qd nobis iā donatū sit euidenter

ostenditur. in illis sacrificijs pronunciabatur filius dei
p ipijs occidēdus, i hoc ät ,p ipijs annūciat occisus. 319
Eucharistiam de pane, & caseo cōficiūt Artoritæ. 220
Eucharistiam humano semine conspersam accipiebant
Manichęi. 215
Ne Eucharistiam percipiat, ad iudicium, & condemna
tionem ille, quem mortalia crimina premunt, hortor
prius publica pœnitentia satis facere, & ita sacerdotis iu
dicio reconciliatum communioni sociari. 186
Exēpla ex doctoribus de triplici genere dicendi. 10
Exempla grandiloque dictionis ex diuo paulo. 99
Exemplum, quod vt solis radius cloacarum sordíciem
desiccare nouit, eis inquinari non nouit, quanto magis
splendor lucis ętętnę, in quo nihil inquinamenti incurrit
quocunque radiauerit mundare potest, ipse pollui non
potest? 239
Exemplum submissę locutionis ex diuo Paulo. 91
Exorcismus, & exuflatio, quid in bapt. faciant. 173
In Expositione scripturarum, qui non ædificat gemi
nam chraritatem, illas, non intelligit. 19
In Expositione scripturarum, qui geminam ædificat
charitatem, & si alius sit sensus, ita fallitur, quod non
mentitur. 18
Expositionē ipsius authoritatis Pauli. 1. Cor. 3, qp alij
superędificant aurū, argentū, & lapides preciosus, alij ve
ro lignum, fœnum, & stipulam. 153. 163. &. 164. 388
Expositores non proponant saipsos exponēdos. 90
Extinguentes in se proprij corporis libidines non se
intermunt, sed curam suę valetudinis gerunt. 13
Non extinguentes, sed sectantes proprij corporis libi
dines, proprio corpori bellum ingerunt. 138

E

FABVLAE poetarū nō interpretandę allegorice. 35
Facile inuestigata vilescunt. 23
Falli minus malum, quam mentiri: sed tolerabilius in
his, quę a religione sunt seiuncta mentiri, quam in his quę
ad illam spectant falli. 130
Fallimur diuersimode bono. 131
Falsum est, significatio rei, non ita se habentis, vt si
gnificatur. 47
Falsum in duplici genere, nam aut omnino esse non
possunt, vt. 7. &. 3, Facere. xj. aut non est, sed esse posset,
vt pluere hodie potuit. 48
Qui a fide cecidit necesse est, vt a charitate cadat. 19
Fide & spe decedentibus charitas augebitur. 19
Sine Fide omnis labor hominis vacuus est. 294
Fide titubante charitas languescit. 19
Fidei est credere, operari est charitatis. 469

Fidei spes & spei beatitudo succedit. 20
Extra Fidei viam nemo sit superbus, nemo piger. 466
Fideles habent consilium non quo negligant, quod prohibere
debent, sed patientiæ, qua perferant salua doctrina veritatis, qđ
emendare non valent. 380
Fidem a nobis exigit Christus contra Manichæos. 273
Fidem & opera fidei baptizandos docere debemus. 354
Per fidem habitat Christus in cordibus nostris. 366
Fidem nihil sine operibus prodesse adulto, probat authorita
bus scripturæ. 36
Si p Fidē ñ ambulauerimus, ad spēm ñ puenerimus. 135. et. 136
Fidem ore negandam, at in corde seruandam docuerunt Elce
sei hæretici. 207
Per Fidem, spē, & charitatem, multi sine codicibus viuunt. 22
Fidem, spem, & charitatem retinens non indiget scripturis, ni
si ad alios instruendos. 22
Fidere humanis rationibus in expositione scripturæ periculo
sum, nam scripturam per scripturam exponere tutius est. 68
Fides Christi, fides gr̄æ Christianę, i. fides illa quę p dilectionē
operatur, posita in fundamento neminem perire permittit. 366
Fides spes, & charitas orāt, sed quia sine fide esse nō possunt,
per hoc & fides orat. 123
Fides cum sit bona tamen bonarum malarumque est rerū ac
prȩsentium, prȩteritarum & futurarum, suarum & alienarum
spes vero tantum est bonarum at futurarum ad eum pertinentiū
qui earum spem gerere perhibetur. 124
Fides donum dei. ob id pro infidelibus rogat ecclesia, & pro
fidelibus deo gratias agit. 182
Fides dęmonum non operatur per dilectionem, sed exprimitur
per timorem. 366
Fides est bonorum omnium fundamentū & id humanę salutis
initium, sine qua ad numerū filiorū dei nemo potest puenire. 294
Fides exigit officium cordis & oris. 282
Fides impetrat quod lex imperat: nam sine dei dono iubere
lex poterat, non iuuare, prȩuaricatorem insuper facere, qui de
ignorantia se excusare non possit. 174
Fides ī rerū tpaliū qbusdā cunabulis q̄si lacte alit puulos. 29
Fides latronis, & centurionis & Zachęi, non fuit de natura,
sed donum dei. 188
Vbi Fides non erat, bonum opus non erat. 466. & 467
Fides perseueranti in peccatis non prodest, vt authoritatibus
sacris probat, 363
Fides q̄ cōmēdat ab Apostolo ē illa, q̄ p dilectionē opat. 174
Fides quæ dilectionem operatur, est inseparabilis, a bona vi
ta, imo ea ipsa est bona vita. 3P4
Fides quę per dilectionem non operatur, non saluat, quamob-
rem qui male viuunt nec saluantur per ignem. 152
Fides quę paucis verbis tenenda, isti symbolo nouellis chri-
stianis datur, quę pauca verba fidelibus nota sunt, vt credendo

subiungentur deo, subiugati recte viuant, recte viuendo cor mũ dent, corde mundo quod credunt, intelligant. 289
Fides salubris & euãgelica tẽ, cuius opa ex dilectiõe, pcedũt. 363
Fides si erit sine delectatione, sine opere erit. 468
Fides si mẽdatio caruerit, tũc quod diligẽdum est diligimus & quod sperandũ est ita speramus, vt spes nostra non fallatur. 21
Fides sine opibus saluare nõ potest, p ignẽ, nec sine igne. 366
Fides, spes, & charitas tria sunt, quibus omnis scientia, & prophetia militat. 20
Fides titubabit, si diuinarũ scripturarũ vacillat authoritas. 20
Fides tollit si tollat assentio, qa sine assensiõe nihil credit. 131
Fides virginis concepit Christum, & non libido. 130
Fides via ad beatitudinẽ, & infidelitas via ad dãnationẽ. 294
Fideles temporia incomoda tolerent, & æterna sperent. 405
Fideles visibilia non respiciunt, sed inuisibilia. 407
Fideles Christo & non sibiipsis viuunt. 426
Figura κλίμαξ, latine gradatio. 83
Figura (κῶλα καὶ κομματα, latine membra cæsa) qualis. 83
Figura dominici sacramenti in Gedeon. 103
Figura passionis Christi in Noe. 102
Figura περίοδος qualis. 83
Figuræ de aspersione sanguinis ad postes cũ herba hyssopi. 52
Figuræ de visione Iosue. 239
Figuræ quare Israel in exitu de Aegypto Aegyptios spoliauit. 52
Figurata in sacris literis sunt, quæ flagitiosa in sacris literis imperitis videntur. 60
Figurata locutio non accipienda ad literam. 56
Figuratæ locutiones ex ignorantia lapidum, & herbarum obscuræ efficiuntur. 35
Multæ Figuratæ locutiones ex interpretatione nominum hæbreorum in scripturis manifestantur. 35
Figuratæ locutiones obscuræ efficiuntur, ex ignorantia numerorum, vt de. 40. ieiunio, de. 50. penthecostis, & de. 153. piscibus a discipulis captis. 36
Figurate locutiones obscuræ efficiuntur ex ignorãtia rerũ. 35
Figuratam locutionem puta[illegible]us, quod contra consuetudinem nobis præcipitur, quia illa tan[illegible] dicimus probauda, quæ consuetudo eorum, cum quibus viuim[illegible]s admittit, & si sit contra scripturæ sanctæ authoritatem. 59
Figuratum est in sermone diuino, quicquid ad morum honestatem, vel ad fidei veritatem, referri non potest. 59
Figuratum putamus, si error in nobis est, quicquid ei contrarium scriptura dicit. 59
Figuratus sermo si intelligatur, illustrat scripturam. 56
Filiũ ī pre, vti vas ī vase, dixerũt Metãgismonitę hęretici. 233
Quod Filius coęternus sit patri Augustinus exemplo ignis, & splendoris ostendit. 247

Filius dei factus est hoīs filius, natus secundũ veritatẽ naturæ ex deo, dei filius, & secundum veritatem naturæ ex homine, hominis filius, vt veritas geniti non adoptione, non appellatione, sed in vtraque natiuitate, filij nomen nascendo haberet, & esset verus deus, & verus homo vnus filius. 177
Filius dei, vt vnigenitus est nõ habet frẽs, vbi vero primogenitus est, frẽs vocare dignatus est oẽs, q post eius, & p eius primatum in dei gratiam renascuntur, per adoptionem filiorum. 282
Filius est æqualis patri, operatione & potestate, sed non æternitate vt inquit Arriana hæresis, quã Augustinus destruit, a char. 226. vsque ad char. 245
Filius tantum, & non pater, nec spiritus sanctus carnem assumpsit, vt qui erat in trinitate dei patris filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, ne filij nomen ad alterum transiret, qui nõ esset æterna natiuitate filius. 177
Filius dei factus est caro, vt nos carnales filios faceret dei. 397
Filius dei factus est caro vt nos spiritus efficiamur. 398
Filij non dupli, sed tot quot mortui erant iob restituti, vt resurrectionis comendaretur condictio. 405
Finis duplex consumens & perficiens. 469
Flagellum tuum refer ad deum tuũ, quia nec diabolus tibi ali quid fecit, nisi prout desuper fuit illi potestas concessa. 473
Ne flagitia temere reprehendamus, diligenter attendendum est, quid locis, temporibus & personis conueniat. 60
Fœlicitas terrena ipis cõcedit ne p magno hẽat a bõis. 339
Fœminis indifferenter vti absque matrimonio docuit Simon Magus, & Nicolaus hæreticus, 205. & 206
Fœtus abortiui ita resurgent quod in eis integrabitur quod nõdum erat integrũ, & instaurabitur quod vitiatum fuerat. 160
Fœtus mostruosi resurgent deformitatibus amissis, perfecti vt reliqui homines, 161
Fœtus quando incipiat viuere in vtero. 161
Fortis est ille, qui non in se, sed in deo fortis est. 43
Fratres sumus secundum quod homines sumus, quanto magis secundum quod Christiani? ad id quod homo es vnus pater fuit Adam, vna mater Eua, ad id quod Christianus es, unus pater est deus, vna mater ecclesia. 115. & 116
Fruendum est patre filio, & spiritu sancto. 8
Frui est amore inhærere alicui rei propter seipsam. 5
Frui vietnis sime dicitur cum delectatione vti. 17
Frui homine in deo est potius deo, quam homine frui. 17
Si Fruimur vtendis, vti peregrini amœnitate itineris a patria retardamur. 6

G

Gemini Iacob & Esau, hora aut dies quo nati sunt ita nõ potest notari, quod amborum constellatio non sit vna, sed quantum inter sit inter amborum mores, facta, labores & successus scriptura testatur. 39
Gemini Iacob & Esau, natura filij iræ nati sunt, sed deus di-

lexit Iacob per misericordiam gratuitam, & Esau odio habuit per iudicium debitum. 165
Geminis necessario habent easdem constellationes, sed non paria euenta rerum, sed ita disparia, vt alius felicissimus, alius infelicissimus viuat. 39
Geminorum partus ita ex minimo momento & angustissimo temporis exterminatur, quod non valet in rapidissima cælestiũ corporum velocitate inueniri, & cognitio, seu ars de istis est qua si pactum cum dæmonibus. 39
In suo Genere curandum, quod ad melius non potest erigi. 68
In omni Genere dicendi ecclesiasticus doctor & dictor opus est vt intelligatur, delectet, obediatur hoc est vt intelligenter, libenter, & obedienter audiatur. 108
De genere dictionis miscendo. 104
In Genere humano nihil maius Ioanne Baptista. 382
Genus dicendi granditer, non ideo sic dicitur, quia cum acclamatione dicit, sed quia põdere suo vsq; ad lachrymas põmit. 106
Genus dicendi sublime quid faciat. 106
Genus dicendi submissum diutius tolerari potest. 104
Genus dicendi variandum. 105
Vniuersum Genus humanum in apostatica radice damnatum vt etiam si nullus inde liberaretur nemo recte posset dei vituperare iustitiam. 166
Genus locutionis ante omnia considerandum in scripturis vt intelligamus an propria seu figurata sit locutio. 69
In Gradu quocũq; istorũ quatuor quẽq; hoiem gra regenera tiõis inuenerit, ibi ei remittuntur præterita vniuersa peccata. 175
Gradus ad sapientiam septem, timor domini, pietas absq; contradictione scripturarum, scientia bonæ spei, fortitudo, consilium misericordiæ, inimicorum dilectio, septimus ipsa sapientia cuius initium est timor domini. 25
Gradus quatuor ad felicitatẽ, primus ante legem, secũdus sub lege, tertius sub gratia, quartus in pace plena, atq; pfecta. 175
Granditer dicere oportet, vt auditores agant, qđ docemus. 106
Sicut granum inter paleas in area non videtur, quãdo tritura tur, sic boni multitudine molorũ, non agnoscuntur. 408
Gratia Christi a minis, & terroribus legis liberat, attamen legem illam non damnat, sed aliquando nos obtemperare suę charitati, & non seruire timori legis inuitat. 159
Nisi gratia dei nos præueniat, non possumus diligere deum, vt oportuit, nec in illum credere. 187
Gratia dicitur, & merces nr̃a. si gratia est gratis datur, qđ est gratis datur, gratis constat. nihil boni feceris, & tibi datur remissio peccatorum. 471
Genera discendi miscenda. 105
Gratia nisi gratis sit, gratia non est, intelligendum est etiam ipsa hominis bona merita esse dei munera. 171
Gratia illa iustificamur a peccatis, qua factum est vt homo Christus nullum haberet peccatum. 139

Gratia

Gratia pro gratia, est vitæ ęternę merces. 171
Gratia qua saluati sumus, sors dicitur quia nulla merita in nobis inuenit deus attamen voluntatis suę nos elegit, quia voluit, & non quia digni fuimus. 454
Gratie dei ita fuit inimicus Pelagius, vt sine illa homo posse dei mandata obseruare crederet.
Qui Gratiã dei, qua iustificamur p̃ Iesum Christũ dixerit ad solã remissionẽ peccatorũ valere, q̃ iã cõmissa sunt, & nõ ad adiutorium gratiæ, vt non committantur, anathema sit. 183
Non aliqui per gratiam, & alij per liberum arbitrium, sed omnes per gratiam misericordiam consequuntur, qui oppositę sentit a recta fide putatur alienus. 189
Gratiam non intelligunt sibi veniisse diuinitus, qui adhuc cupiunt esse sub vinculo legis. 154
Per gratiam nos facilius implere posse dixit Pelagius, quę per liberum arbitrium iubemur facere. 226
Dicere gratiam tantum facere vt agnoscamus quid facere, & quid fugere debeamus, anathema est. 183
Gratia noui testamenti in figura crucis describitur. 423
Gratia noui testamenti nos omnia a deo habere fatetur. 435
Gratis iustificat illos deus per suam misericordiam prœuenientem, quos illic per iustitiam glorificare disposuit. 307
Gratis saluatur ille, in quo non inuenit saluator quod coronet, sed quod damnet, inde omnes peccatores, & damnandi, sed gratia sua gratis nos liberauit. 440
Gratuita sua bonitate deus illos prędestinauit ad regnum, qui cum Christo regnabunt, nam tales prędestinando præparauit, vt regno suo digni essent. 314
Gratis misericordia sanctificamur. 429

H

Haebrei in cultu vnius dei ceteras excellebant gẽtes. 58
Omnis hæresis error, sed non omnis error hæresis. 201
Hęresis Pelagiana exorta est, tempore diui Augustini. 72
Hæresis Pelagiana multum exercuit August. 72
Hæresis quid definiri difficile. 197
Hæretici noĩetenus pertinẽt ad Christũ re ipsa nõ ptinẽt. 124
Hæretici quid definire difficile. 203
Hęreticos oẽs recte ambulare dixit Rethorius hęreticus. 223
Hæreticus est, qui alicuius temporalis commodi & maxime gloriæ principatusque sui gratia, falsas, ac nouas opiniones, vel gignit, vel sequitur. ille aũt qui huiusmodi hominibus credit, hõ est quadã imaginatione veritatis, & pietatis illusus. 250
Hæreticus nõ est, nisi ex cõtentione hæreticus fiat. 179
Helias tedio multitudinis impiorum se bonum putabat, at omnes alios malos, quam ob rem a deo reprehensus est. 452
Historia plurimum nos adiuuat ad sanctos libros intelligendas, etiam si præter ecclesiam puerili eruditione discatur. 42
Historia vt prętcrita narrat, nõ est hominum institutum, aliud est enim facta narrare, vt facit historia, & aliud docere facienda

vt humana institura. 44
Homo nihil habet proprium, nisi mendacium. 3
Homines distorti tres habent sentẽtias de deo, aut dicũt non est deus, aut est iniustus, aut non gubernat hęc inferiora. 482
Homines libros de doctrina christiana non intelligentes, deũ deprecentur, ut illis lumen oculorum diuinitus præbeatur. 1
Homines pij in locum angelorum electorum succedunt. 135
Homines possunt velle nocere, sed nocere non possunt, nisi eis sit datum desuper. 386
Homines si per homines nihil discerent, charitas non haberet aditum miscendorum animorum. 3
Homines si per homines non discunt a deo illuminantur, & reliquos docent. 3
Homo beluinus, qui talia amat, qualia beluæ. 108
Hõ constat spiritu aia & corpore, & qd unũquodq; horũ. 292
Homo contemp sit in se, quod melius est peccoribus, & sic perimit, vel obsolefacit in se imaginem dei. 383
Homo debet diligere deum super se ex præcepto diuino. 11
Homo imitandus, sed non in ipso spes ponenda. 271
Omnis Homo in Christo vnus homo est, & vnitas christianorum vnus homo. 438
Homo nihil magis proprium habet, quam falsa, & mẽdacia. 41
Homo non potest hic viuere sine peccato. 326
Homo non debet diligere seipsum propter seipsum, sed propter deum, sic & proxtmum. 11
Hõ nõ meritis operũ, sed dei gra liberat, cõfitẽs pcã sua. 472
Homo non vult corrumpi habitaculum suum, ipse ergo non debet corrumpere habitaculum dei, hoc est seipsum. 62
Homo potest digito aliquid ostendere, sed non oculos accendere, vt quod demonstrat cernatur. Idem de docente spiritualia dicendum, iam suum non est attingere hominum mentes, & si lingua sacra doceat mysteria. 1
Homo quia se liberare non potest indiget liberatore. 440
Homo quicquid vult potest fugere, præter suã cõscictiã. 441
Omnis Homo qui per concubitum viri, & mulieris concipitur, cum peccato originali nascitur, impietati subditus, mortique subiectus, & ob hoc iræ filius nascitur. 321
Homo sanctus, seu angelus in illo quiescere cupientes, in illum compellunt, quo fruentes pariter beati sunt. 17
Homo superbus, & angelus arrogant sibi spem nostram, & illam in se gaudent constitui. 17
Homo timens deum, voluntatem eius in scripturis sanctis diligenter inquirit. 19
Homo tunc est optimus quando tota vita sua peragitur in immutabilem vitam, & toto affectu illi inhæret. 11
Homo vt a se fieri nõ potuit, sic nec beatus a se fieri põt. 116
Hõ vult sibi vẽdicare, quod soli deo cõuenit, qd iniquũ est, nã vult sibi seruire, qd infra se est, cũ ipse seruire superiore nolit. 12
Homines veteres Testamenti cum timore ad templum cum sacrificijs

currebant. 414
Homousios, ideſt coessentialis in diuinitate patri filius, Homousios patri, & filio, & spirituſsanctus, Homousios deo, & homini vnus filius, manens deus in homine suo, in gloria patris. 178
Humana doctrina sacris literis comparata, nihil est, vt aurum quod ex Aegypto abstulerunt Hæbrei, nihil erat in comparatione auri, quod postea possederunt. 52
Humilitate pascha celebratur. 52
Hypocrite non solum in æternum, sed & nunc non sunt cum domino, quanuis in eius vidrantur ecclesia. 71
Hyssopus herba humilis est, at nihil fortius, & penetrabilius suis radicibus, nam saxa penetrat, talis & humilitas. 52

I

Ieiunia & ciborum abstinentiam damnabant Iouiniani stæ hæretici. 225
Igne non lædi aliud, & aliud per ignem saluari. 370
Ignorãtia consulatus qua natus est dominus, & quo passus, nõnullos coegit errare, vt putarẽt quadraginta sex annorũ ętate posse esse dominum, quia per tot annos templum ædificatum, vt aiunt Iudæi, quod imaginem dominici corporis habebat. 43
Ignorantia rerũ musicalium in scripturis nõ pauca claudit. 36
Imago in æternitate, & similitudo in moribus inuenitur. 184
Imitãdi hoies, nõ vt in illis sperem⁹, sed vt illorũ exẽplo ad mẽsam deueniamus, inde cibũ accipiẽtes, vñ illi acceperũt. 454
Immolatio Isaac figura fuit passionis Christi. 455
Immortalitas & incorruptio corporis ꝺ sanitate aĩ existit. 2
Immunda animalia in arca, significabant immundos in ecclesia futuros propter tolerantiæ rationem, & non propter doctrinæ corruptionem, vel disciplinæ dissolutionem. 381
Impius es, & si bene opereris, quia aut temporalia speras ab æterno deo, aut æterna a diabolo. 469
Incipimus a fide, & peruenimus ad spem. 121
Infideles mactare debemus, & illos comedere, inde Petro dictum est, Act. x. macta, & manduca, hoc est occide, quod sunt, & fac quod tu es, hoc est destrue infidelitatẽ, & fac fideles. 449
Infideles in scripturis dicuntur tenebræ. 419
Infirmos qui sublimia videre non possunt contemnere non debemus, sed nos eis temperare. 435
Inimici homines qualescunque fuerint non sunt odio habendine cum odit malus quem patitur malum sint duo mali, diligat bonus, & quem patitur malum, vt vel vnus sit malus. 400
Fidei Initium, & augumentum est dei donum. 186
Initium salutis nostræ, quod est consentire ex nobis est. 181
Sicut Initium salutis nostræ deo miserante, & inspirante habere nos credimus, ita arbitrium nostræ naturæ, sequax esse diuinę inspirationis libere confitemur cur igitur vt non labamur, a bono naturæ, vel meriti sollicitudinis nostræ est, & cœlestis pariter adiutorij; vt vero labamur, potestatis nostræ est, & ignauiæ. 182
Instituta cõmoda & necessaria sunt sine qbus humana societas

aut non omnino, aut minus commode geritur. 42
Institutа hominum quæ ad vsum vitæ necessarium proficiunt non sunt Christiano fugienda, imo etiam quantum satis est intuenda, memoriæque retinenda. 42
Institutа hominū, quæ cum dæmonibus societatem causant, repudianda ac detestanda. idemque de superfluis & luxuriosis. 39
Institutа hominum quæ fugienda & quæ amplectenda. 42
Institutа hominum sunt quæ ideo valent inter homines quia placuit inter eos vt valeant, quorum aliqua superflua & luxurio sa, alia, vero commoda & necessaria. 41
Institutа quæ homines inuestiganda prodiderunt non, hominū sed dei dicuntur instituta. 42
Institutа superflua & luxuriosa sunt sine quibus commode po test duci hæc vita. 41
Intellectus est in specie sempiterna. 29
Intelligens omnis etiã credit, credit omnis, & qui opinatur, non omnis qui credit intelligit, nullus qui opinat intelligit. 269
Intelligere, credere, & opinari, ita differūt, qđ primū semp est sine vitio, secūdū aliquādo cū vitio, tertiū nūquā sine vitio. 268
Inter iram & odium maximum discrimen, nam pater irascitur filio, sed non odit filium. 467
Interpretationibus cęteris Itala preferatur, nam est verborum tenacior, cum perspicuitate sententiæ. 32
Interpretum varietas plus adiuuit scripturarum intelligentiam, quam impediuit. 29
Inuidentia est diabolicum vitium, & superbiæ filia. 112
Inuocare deum, est deum in se vocare. 462
Inuocatio non facit ad gratiam, sed gratia facit vt deus inuocetur a nobis. 186
Iob dicebat, dominus dedit, dominus abstulit, hoc est, non triũphet inimicus, qa ipse fecit. nouī ego, inqt a quo sit pmissus, diabolo tribuat nocēdi volūtas, Domino meo, pbādi potestas. 387
Iob verba illa depromens, si bona suscepimus de manu domini mala autem quare non sustineamus, non attendebat quis percuteret, sed quis permitteret. 387
Ira dei dicitur vindicta, qua punit peccatores. 139
Ira dei, non est perturbatio animi. 173
Ira nondum est odium. 447
Iræ filij nascimur omnes, a qua per Christum liberamur. 137
Irasci dicitur deus, non quod perturbetur, sed est translatum ab humanis vocabulum. 137
In iudicio cœlum & terram non tollenda, sed in melius commutanda per ignem credimus, & imaginem mundi, & non substantiam transituram. 191
Iudicio peracto, non expectanda restitutio dæmonum & impiorum, vt existimauit Orig. cum noster saluator dicat, ibunt hi in supplicium æternum. 179
Iudicio viui & mortui iudicabuntur, ꝫbus non solum, iusti & peccatores signantur, vti Diodorus putat, sed & viuos eos qui in carne

carne sunt inueniendi credimus, qui adhuc morituri creduntur, vel immutandi sunt, vt alij volunt. 179
Iudicium futurum peccatis pœnam præscribit. 152
Iudiciū in sacris literis multoties signat ęternā dānationē. 376
Iulium & Augustū dicimus pro Quintili & Sextili mēsibus. 38
Iusti, absq̄ dēi vultu dei, vbi t̄ sinus absq̄ cōturbatiōe. 459
Iusti, qa iustificati nō ex pprijs meritis, sz ex gra ipsius dei. 482
Iustificat deus impium, qui ex impio facit iustum. 440
Iustitia dei nostra sit, quando donatur nobis. 378
Iustitia phariſæorum est dicere, & non facere, fidelium vero est dicere & facere. 379
Iustitia propria damnamur, iustitia autem dei liberamur. 440
Iustitiā cōmunē nō agnouerūt indocti: videlicet, qđ tibi nō vis alteri ne feceris, quæ sentētia si referatur ad dilectionē dei omnia moriuntur flagitia: si vero ad proximi, omnia facinora. 62
Iustitiā vnicuiq̄ gēti, indocti putarūt, propriā cōsuetudinē. 62
Iustitiam suam nemo ita iactet, vt peccatores contemnat. 66
Iustus liberaliter seruit, iniustus compeditus seruit. 333
Iustus nō est absq̄ peccato, & cū hoc nō desinit ee iustus. 194
Iustificamur fide & non ex operibus. 427

L

LAPIS. quē ad caput Iacob, sibi posuit, ita res erat qđ & signū. 5
Quod ad Laudē & gloriā dei referēda sunt oīa studia, & oīa opa, ac merita sanctorum, ex dictis Zozimi papæ probat. 182
Lex & natura nō sunt gratia, quā commēdat Apostolus. 187
Lex non timore pœnę, sed iustitiæ amore completur. 374
Lex nos premebat conuincēdo de reatu, & nō saluando. 478
Lex suplicandi legem statuit credendi. 183
Liber de fide & operibus, tātū trium continet quęstionū solutionē quarum prima, de bonorum malorum ue in ecclesia cōmixtione, secunda, quomodo perseuerantes in peccatis, a baptismo prohibere debemus, at tertia, qualiter fides mortua non saluat, sed fides gratiæ quæ per dilectionem operatur. 381
Liber est ad peccandum, qui peccati seruus est, vnde ad iuste faciendum nō erit liber, nisi a peccato liberetur ꝑ Christū. 137
Ille est Liber etiã tēpore seruitutis, q̄ significationē signi diuinitus instituti intelligit, & tale operat, aut venerat, & quod videt nō veneratur, sed illud potius, quo talia cūcta referenda sunt. 58
Non est Liber, sed sub signo seruit, qui operatur aut venerat aliquam rem significantem nescies quid significet: 59
Liberi tunc sumus, qnando deus nos formar, & creat, a quo fides & bona opera in nobis. 137
Cum Libero arbitrio homo creatus, illudque cum bono naturæ perdidit, sed non electionem. 181
In Libero arbitrio, ita operatur deus, vt sancta cogitatio, pīa consilium, & omnis motus bonæ voluntatis, ex deo sit quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. 181
Libero arbitrio malevtens homo illud perdidit, & sicut qui sē occidit, vtiq̄ viuēdo se occidit, sed se occidēdo nō viuit, nec se ipsum

ipsum potest resuscitare se: ita cum libero peccaretur arbitrio, vi
tiose peccato, amissum est & liberum arbitrium. 137
Libero arbitrio nemo bene vtitur, nisi per Christum, vt ex
verbis Innocentij papæ probat. 172
Non libero arbitrio voluntatis, sed substantiæ malæ genus ad
uersæ tribuunt Manichæi originem peccatorum. 217
Libertas Christiana quos sub signis inutilibus inuenit frustrã
do signa, a tali seruitute liberauit. 58
Libertas Christiana quos sub inutilibus signis inuenit, vti He
breis liberat eleuãdo illos ad eas res, quarum sunt signa. 58
Libertas fidei non sit fidelibus velamen malitiæ. 177
Libertate spirituali, & nõ carnali seruitute agnoscens baptismi
sacramentum & celebrationem corporis & sanguinis domini, il
la veneratur. 59
Libertatem, & possibilitatem, & innocentiam naturalẽ, oẽs ho
mines per Adam perdidisse, firmissime credendum est. 181
Libertatis nostræ manifestissimum iudicium illuxit tempore
domini nostri Iesu Christi, nec amplius onerati sumus, sed pauca
signa, facta facillima, pro multis accepimus. 59
Per liberum arbitrium de profundo illius ruinæ neminem pos
se consurgere, nisi eum gratia dei miserantis erexerit, firmissime
credendum est. 181
Liberum arbitrium auxilio, & munere dei non auferitur, sed
liberatur, & de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de langui-
do sanum, de imprudente fit prouidum. 183
Liberum arbitrium fuit in Adam, sed peccando illud in se, &
in alios perdidit.
Liberũ arbitriũ infirmatũ tantũ, per Christũ restauratur. 187
Libido consuetudine aburitur, & quæ inter claustra rerũ lati-
tabant flagitiosissima eruptione manifestat. 64
Lignum, quod Moyses in aquas amaras posuit, vt amaritudi-
ne carerent, ita erat res, quod & signum. 5
Literæ non eædem apud omnes ex peccato. 23
Locutionem propriam non vt figuratam, nec figuratam vt
propriam accipere debemus. 60
Locutionis integritas est latinæ consuetudinis conseruatio
loquentium veterum authoritate firmata. 31
Logica, quæ definiendi, diuidendi, atque partiendi, quanq; re
bus falsis pierunque adhibeatur, ipsa tamen falsa non est, nec ab
hominibus instituta, sed in rerum ratione comperta. 48
Loth consuetudine hospitalitatis, liberatus est a periculo ciui
tatis, & temporale euasit incẽdiũ, & eternũ cõsecutus est p̃miũ. 232

M

MALA creat deus, pœnas iustissimas irrogãdo q̃d Colu thus
videbat, naturas ꝺo malas nõ creauit, ĩ q̃ Florinus errabat. 220
Mala inquantũ mala nõ sunt bona, attamen vt nõ solũ bona
sed etiam sint & mala, bonũ est: nã si nõ esset bonũ vt essent &
mala, nullo modo esse sinerentur ab oꝑotente bono. 164
Male docti nostros authores contẽnunt, nõ quia non habent
eloquentiam

eloquentiam, sed quia eam, non ostentant, vt illi faciunt. 87
Mali Christiãi, sunt peiores paganis, vt ex ꝓphetia Ezechie-
lis probat, qui Christianos cõparat sarmentis a vite precisis, ex
quibus nihil faber facere potest, cũ illa tatũ ignis expectet, paga
nos vero ligna syluę vocat, ad fabrilia opera apta. 446
Nihil Mali deus oꝑotẽs esse sineret in creaturis suis, nisi vsq
adeo esset omnipotẽs, & bonus, vt benefaceret ẽt de malis. 126
Malum aliquando a deo, aliquando a materia dixerunt. 219
Malum bene ordinatum & loco suo positum, eminentius cõ-
mendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora sint, dum com
parantur malis. 230
Malum & malitia non ex deo, sed ex diabolo. 180
Malum non est aliud, nisi priuatio boni. 230
Mandatum de quo loquitur Petrus, est coinquinationes mun
di relinquere, quod ignorare esset melius quam agnoscere &
paruipendere. 377
Manichæorum errores destruit August. 237
Mariæ virginitatem destruebant Iouinianistæ hæretici, & eam
pariendo fuisse corruptam affirmabant. 223
Marię virginitatẽ ita destruit Eluidius hæreticus, vt eã post
xp̃m, alios ẽt filios, de viro suo Ioseph peperisse cõtendat 224.
Marie virginis quam plures laudes. 302
Mariam virginem post Christum natum fuisse viro commix
tam, dixerant Antidicomarianitæ hęretici. 218
Beatam Mariam Eluidius dixit ante partum fuisse virginem,
sed non post, contra quem hæreticum illam ante partum, in par
tu, & post partum virginem fatemur. 191
Materiam de qua factus est mũdus, nõ a deo factã, sed deo co
æternam dixerunt Seleuciani Hermiani hęretici. 219
Martyres non dilexerunt scelus persequentium se, quo tamẽ
sunt vsi ad promerendum deum. 32
Matrimoniũ cũ ifidelibus ẽ gẽtibus ꝓstituere mẽbra xp̃i. 372
Matrimoniũ virginitati æquabant louinianistæ hæretici. 223
Mediator dei & hominum Christus, quia non iniquus, sed in
firmus, vt non iniquus, iungit nos iniquos deo, vt infirmus pro
pinquat se nobis. 383
Mediator non inter patrem & homines, sed inter deum & ho
mines, Christus dicitur. 383
Mediator noster Christus, quia ita homo q̃p & deus, & quid
erga nos egerit. 171
Medicamenta quæ hominibus ab hominibus adhibentur, tan
tum eis prosunt, quibus deus operatur salutem, qui & sine illis
mederi potest, cum sine ipso illa non possunt. 8
Melchisedech non hominem fuisse, sed virtutem dei arbitran
tur Melchisedeciani hæretici.
Mendacium aliquando vtile. 20
Mendacium dicitur quando quis contra id quod animo sen-
tit, loquitur voluntate fallendi. 232
Mendaciũ semper malum, sed magis quãdo de rebus ad deũ
pertinentibus

pertinentibus mentitur. 12
Mendacium semper inutile, aut iniquitas vtilis. 20
Mendacium semper peccatum. 132
Mendacium vtile est, peccatum veniale, quod beneuolentia excusat, & ideo fallacia damnat. 132
Nemo Mentiens in eo quod mentitur, seruat fidem. 20
Non dicitur Mentiens, qui falsum dicit, quod verum putat, quoniam quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. 128
In Mentiente inest voluntas falsa dicendi. 20
Mẽtiri peius quã falli, nã melius est iniquitatẽ pati, q̃ facere. 20
Mentiri multi volunt, falli nemo, 20
Mentitur ille, qui dicit verum, quod putat falsum. 122
Merces bonæ vitæ, est vita æterna. 122
Merces summa est, vt perfruamur deo; 17
Maria hominis non dubitamus ex gratia dei præueniri, per quem fit, vt aliquid boni, & velle incipiamus & facere. 183
Merita nostra taceamus, & peccata nostra clamemus, nam opposítum faciunt hypocritæ. 475
Merita nostra vult deus esse, quæ dona sua sunt, vt pro ijs, quę largitus est, æterna premia sit largiturus. 184
Metuendum non est, quod deus desinat nobis sua dona tribuere, cum ea, quæ data sunt, coeperimus impendere, 4
Miracula celebrantur etiam a peccatoribus. 194
Miracula conciliant fidem. 276
Miraculum dicitur, quicquid arduum, aut insolitum, supra spẽ vel facultatem mirantis apparet. 276
Misericordia dei præuenit nolentem, vt velit, volentem vero subsequitur, ne frustra velit. 138
Modus dicendi variandus. 107
Modus inueniendi, quæ intelligenda sunt, & modus proferendi, quæ intellecta sunt, omnes ambiunt scripturas. 4
Modus tenendus in sacrarũ scripturarum lectione. 27
Monachos & monachas, & coniugia non habentes, in communionem recipiunt Hieraclitæ hæretici: 115
Mors animi est priorum morum reiectio, qua anima reformatur in melius, sic corporis mors est pristinæ animationis resolutio in melius, quia in resurrectionem. 10
Mors impiorum, vt vita piorum perpetua. 173
Mors nihil obest ei, qui sacramento regenerationis imbutus est, si tunc ex hac vita migrauerit, 176,
Mors pœna peccati. 137
Nec Mors prima, qua suum corpus anima relinquere cogitur, nec secunda qua pœnale corpus animam relinquere non permittit, homini accidisset, si nemo peccasset. 16
Mors pro perpetuo interitu, nec animæ, nec corpori cõpetit, sed pij ad gloriam, impij vero ad pœnam resurgent: 11
Mortales non scimus nunc corda mortalium, in patria autem dominus manifestabit secreta cordium. 176
Mortem quam vitam magis amamus. 120

Mortis regnũ nõ tenebit eum, pro quo mortuus est Xps. 176
Qui non sunt mortui vitijs, non resurgent ad gloriam, sed ad luenda supplicia. 10
Mortuis orationes & eleemosynæ ad hoc prosunt, vt plena remissio, aut certe tolerabilior fiat ipsa damnatio. 171
Mortuis orationes, & eleemosynę quomodo prosint. 171
Mortuos p̃ oleũ, & balsamum, & aquam, & inuocatiões hæbraicas, super capita mortuorum dictas, se redimere dicebant Heracleonitæ. 206
Morum honestas ad diligendum deum, & proximum, fidei vero veritas ad cognoscendum deum, & proximum. 61
Moyses agnouit veruu consilium a quocunque procedat nõ illi, sed deo tribuendum. 3
Moyses consilium regendi atque gubernandi populum hebręum a socero alienigena accepit. 3
Moyses vt hostẽ vinceret præliantem, manus ad cœlum extẽdit, tam tũc figuram crucis Christi ostendens. 229
Mulieres q̃ se dipingunt vocem domini vincere optant. 106
Multiplicãtur sacra misteria, cum dispẽsari cœperint, vtcunq; septem panes, vt dari cœperunt multiplicati sunt. 4
Mundum a diabolo factum dixit Valentinus. 4
Mundum, & hominem factum a.365. cœlo, dicebat Basilides hæreticus, qui fuit. 4. a Simone Mago. 205
Mundum factũ a principibus dixerũt Archõtici hæretici. 103
Mundũ factũ a septẽ angelis dicebat Saturnius hęreticus. 205
Mundum non a deo, sed ab angelis factum dicebant Menandriani hæretici. 205
Mundum non esse ex deo, sed ab aliquibus virtutibus, dicebat Carpocrates hæreticus. 206
Musę a tribus fabris factę fuerunt, & ab vna ciuitate in templo Apollinis collocatæ. 36
Musica sapienter a sapientibus exerceri potest. 82
Musicalia non fugienda a nobis, si quid inde vtile, ad intelligendas sacras scripturas rapere potuerimus. 36

N

NARRATIO est præteritorum, prænunciatio futurorum, & demonstratio præsentium, quę omnia valent ad charitatem nutriendam, & extinguendam cupiditatem. 59
Natura humana per gratiam nũc accepit, quod prius acceptura erat per meritum, si non peccasset, quamuis sine gratia nec tunc vllum meritum esse potuisset. 170
Natura humana quę sine dei adiutorio non potuit in sua integritate permanere, nec suum casum reparare, sine dei gratia, non potest quod perdidit, reparare. 187
Natura vt natura bona, vt vitiata, mala.
Naues quibus ad dei regnum vehimur, dixerunt Manichæi esse solem & Lunam, at solem ex bono igne, lunam vero ex bona aqua dixerunt creatam. 213
Necesse est mori & nemo vult quod necesse est, nemo vult

quod erit velis nolis. 445
Necessitas dura in genere humano nescire cor alterius. 444
Necessitas dura nescire quale erit cor nostrum cras. 445
Necessitas dura vincere consuetudines. 405
Necessitas exponendi habeat libertatem corripiendi. 450
Necessitates dicuntur cupiditates nostræ, quando validæ, & quando eis seruimus. 445
Nescire aliqua, est melius, quam scire illa. 129
Quod bonis Nocere mali possint deus permittit, aut ad pœnam, aut ad probationem, aut ad coronam. 386
Nomen filij dei non potest humano ore narrari. 232
Nomina personarū in diuinis tria, nomē vero naturę vnū 317
Nos omnes cum capite nostro Christo, sine quo nihil possumus, sed ipse sine nobis omnia potest. 439
Nouem musas Iupiter non genuit, sed tres fabri illas fecerunt & Hesiodus, illis nomen posuit
Nudi incedunt mares, & fœminæ Adāmianorū hęreticorū. 210
Numeri disciplina non est ab hominibus instituta, sed potius indagata, atque inuenta. 49
Numerorum regulæ incommutabiles, nullo modo ab hominibus institutæ, sed ingeniosorum sagacitate compertæ. 49
Nūerus denarius creatoris, & creaturæ scientiā significat. 56
Nuptiæ bonæ causa filiorū, & compescendæ fornicatiōis. 190
Nuptias damnant Apostolici hæretici, & obtd a nubentibus seiunguntur. 210
Nuptias damnant Taciani hęretici, at cæteris fornicationibus eas pares esse dicunt. 209
Nuptias futuras nou fuisse, si Adam non peccasset, asserunt Adamiani. 210
Nuptias malas dicere, & fornicationi comparādas, nō est christianorum, sed propriæ Hierachitarum, & Manichæorum. 192
Nuptias prohibent manichęi heretici, quia generare prohibēt ne substantia dei, quæ in alimentis reperitur in prole misceatur: inde dicunt, & si a fornicatione non abstineant electi, illos tamē a conceptu abstinere. 112
Nuptias secundas damnant Cataphryges hæretici, & ideo dicūt eas permisisse Apostolū Paulū ga ex parte sciebat & ex parte pphetabat, nōdū. n. venerat, ꝙ posita perfectum est in Mōtanū, & prophetissas eius, nempe plenitudinem spiritus sancti. 209
Nuptias secundas non admittunt Cathari hęretici. 210
Nuptias virginitati coæquare nō est christiāi, sed Iouiniāi. 192

O

OBEDIRE Euangelio homo non potest, nisi quem deus gratia sua præuenerit, vt quod audit corpore, corde etiā percipiat, & accepta diuinitus bona voluntate, atque virtute mandata dei facere & velit, & possit 324
Obscura in scripturis sacris posita, vt nostra dometur superbia, & intellectus a fastidio reuocetur. 23
Otiosa non patitur esse in nobis deus, quæ sexercenda non negligenda donauit. 184
Oculus mentis extinguitur ab odio. 408
Omnipotēs dicit deus, ga quicquid vult pō, nec voluntate cu iuspiam creaturę voluntatis omnipotentis impedit effectus. 164
De Omnipotentia dei. 278
Opera bona nemo tacet ante fidem, nemo sit piger in bonis operibus accepta fide. nam deus iustificai ex fide. 472
Opa bona nō pcesserūt fidē Abrahę, sed illa sunt secura. 469
Opera bona præter fidem est recte scire gubernare nauim, & nescire vnde, & currere preter viam. 469
Opera bona sequuntur iustificatum, & non præcedunt iustificandum. 364. & 365
Opera trinitatis indiuisa. 140
De Opere fidei ne multa cogites, adde illi dilectionem, & noli cogitare quid opereris, nam dilectio vacare non potest. 469
De Operibus bonis non est præsumendum ante fidem, quia sides te peccatorem inuenit, & iustum fecit. 471
Opera facienda vt deus in nobis a videntibus glorificet. 430
Opera non præcedūt sed sequuntur fidem. 428
Orabant semper Pfailiani, inde hæretici dicti. 208
Orare Christo non conuenit, vt deus est, sed est obiectum orationum nostrarum, at vt homo pronobis orat. 383
Orare semper, & sine intermissionem est omni die certo tempore orare. 114
Orauit Christus non vt sua caro, quæ nunquam ægrotauit, sanaretur, sed vt nostra. 390
Orat Christus vt ecclesia ab huius mūdi ptūrbus liberet. 412
Oratio quanto prolixior in vno genere, tanto minus detinet auditorem. 106
Oratione dominica expiantur leuiora peccata. 154
Oratione dominica septē continent petitiones, quarum tribus eterna, reliquis vero quatuor temporalia poscuntur, & si Lucas tātū quinq, ponat, quibus attamē hę septem continentur. 163
Orationes ad Solem per diem, & ad Lunam per noctem, faciunt Manichæi. 216
Oratoris est docere, delectare, & flectere, docere necessitatis est, delectare suauitatis, flectere vero victorię, et necessitas in rebus, reliqua duo in modo dicendi posita sunt. 92
Orandum quare. 426
Qui Originale peccatum negat in paruuiis anathema est. 184
Origines dicit quod filius dei hominibus comparatus veritas est, patri vero collatus mendacium, & quantum distant Apostoli Christo, tantum filius patri. Vnde nec orandus est filius cum patre, quia non est author indulgendarum petitionum, sed supplicator. 211
Origenes non potest a suis defensoribus defendi de purgatione malorum hominum, & angelorum, nec de reuolutionem bonorum & malorum ad eadem bona vel mala. 211
Origeniani hæretici in duplici genere. 2

Osanna vox lætantis ; 29
Ossa inscripturis multotiens fortes ecclesiæ significant 449

P

QVOMODO Pacificantur cœlestia nisi in nobis? sed tunc sciemus quando cum illis erimus ,nam hæc pax præcellit omnem intellectum nostrum . 150
Pacificantur omnia quæ in cœlis sunt,& omnia quæ sunt in terris per mortem Christi . 150
Pagani complures nolunt fieri Christiani . 468
Pagina nulla est sanctorum librorum,in qua non sonet quod deus superbis resistit,humilibus autem dat gratiam . 66
Paruuli nou baptizati ignis ęterni supplicio punientur propter peccatum originale,quod nascendo traxerunt . 323
Pascha celebratur tempore vernalis æquinoctij . 194
Pascha in quartadecima luna,mense Martio celebrant Tessarescædecatitæ hæretici; & quilibet septem dierum ieiunant etiã si esset dies dominicus . 209
Pater est principium deitatis,qui sicut nunquam fuit non deus,ita nunquam fuit non pater. 125
Quod Pater filium genuerit contra Iudęos probat Augustinus ex vetere testamento . 232
Quod Pater filium genuerit ex Trimegistro , & ex sybilla ostendit Augustinus . 241
Pater non incarnatus,quia fuisset pater in diuinis, & filius in humanis . 296
Pater quia nunquã fuit sine consilio,nũquã fuit sine filio.232
Patrem passum dixerunt Sabelliani hæretici,inde Patripassiani sunt dicti . 281
Patres multa officiose fecerunt,quæ modo,tantum libidinosæ fieri possent . 70
Patrum veteris testamenti mores,qui euangelio non conueniunt ab his qui post aduentum domini diuina custodiunt precepta non sunt efficiendi,sed figuram ad intelligentiam referant, factum vero ad mores non transferant . 70
Paruulis non baptizatis promittunt Pelagiani extra regnum dei aliquam beatam vitam atque æternam . 227
Paruulos ad regnum cœlorum non pertienre quia nulla habent merita,dicebant Hieraclitæ hæretici . 114
Paruulos nõ habere originale peccatũ,dicebãt Pelagiani.227
Quicquid Passi fuerimus ab inimicis,nõ inimicis sed dño deo nostro deputandum est,qui illis tribuit nocẽdi potestatem. 386
Passio Christi consolatur credentes,quando considerant quãta quantus pro nondum credentibus passus est. 9
Passus Christus vt gra noui testamenti comẽdaretur. 404
Quod Paues tuum est,quod speras dei donum est. 385
Paulus apostolus quãdo diuina voce prostratus ad hominem missus fuit,vt sacramenta perciperet & cõpularet ecclesiæ . 2
Paules comes sapientiæ , & dux eloquentiæ,illam sequens, istam præcedens,& sequentem non respuens , 84

Paulus concupiscentiam habebat essendi cum Christo,& necessitatem manendi in carne . 54
Paulus epistolas suas ad Christiãos nõ baptizatos scripsit.352
Pauor in sanctis est ex humana infirmitate , spes vero ex diuina promissione. 438
In Pauore tuo agnoscis te,Vt in liberatione tua glorifices,qui fecit te . 438
Pax dei præcellit omnem intellectum etiam angelorum . 151
Peccatum duabus ex causis,aut non videndo quid facere debeamus,aut non faciendo quod debere fieri iam videmus . 160
Non peccare sollicitudinis nostræ est,& auxilij diuini, peccare vero est nostræ ignauiæ . 181
Peccata aliqua grauia & aliqua leuia,quorum discrimen deus discernit . 158
Peccata dicuntur tecta,quia non videntur,nam dei videre peccata,erat punire peccata . 474
Peccata fateri debemus aduersum nos ipsos & non aduersum deum,nec aduersum fatum. 478
Sola Peccata inusitata exhorrescimus , vsitata vero pro quibus abluendis filij dei sanguis effusus est, & si magna sunt,attamen illa toleramus. 159
Peccata magna,& horrenda cum in consuetudinem venerint, aut nulla,aut parua esse creduntur . 159
Qui peccata nõ diluũt pœnitẽdo,nec eleemosynis redimũt,ali quo igne purgari putarũt aliq,quos reprehedit Augustinus. 152
Peccata omnia paria esse & hominem non posse peccare lauacro regenerationis accepto,dicebãt Iouinianistę hęretici . 119
Peccata patrum in filios transeunt,quo ad vetus testamentum sed non quo,ad nouum . 143
Peccata quæ leuissima putantur grauiora sunt. 159
Qui Peccata remitti in ecclesia non credit,sed contemnit tantam diuini muneris largitatem,& in hac obstinatione mentis diem claudit extremum,peccat in spiritum sanctum . 160
Peccata tecta sunt,quæ cooperta sunt,quæ abolita sunt, si texit peccata deus,noluit aduertere:si noluit aduertere,noluit animaduertere,noluit punire,noluit agnoscere,maluit ignoscer.473
Peccato adam pluua comprehenduntur peccata. 142
Peccator datus est in cibum diabolo,quando ei fuit dictum terra es,& diabolo terram manducabis . 330
Peccatores homines Apostolus tenebras appellat,quibus diaboli dominantur . 330
Peccatũ est oẽ crimẽ,attamẽ nõ crimẽ est omne peccatum.150
Peccatum graue est tempora obseruare. 159
Peccatũ in spiritũ sanctũ est obstinatio in pcãtis vsq; i finẽ.208
Omne Peccatum magis facienti quam patienti obest . 129
Peccata prædicit deus,& supplicia minatur . 415
Pecunia a pecore dicitur,quia antiqui quicquid habebant . in pecoribus habebant . 116
Pecunia vocatur quicquid homo possidet in terra . 116

Pecus qđ̄,p filio immolauit Abrahā,ita res erat qđ̄ & signū.
Pedibus nudis ambulantium hæresis. 219
Pelagiana hæresis quomodo dei gratiam negat, & orationes ecclesiæ & reliquos illius errores. 214
Pelagiani ijdem Cœlestiani. 211
Perditus non potest aliquid boni operari nisi fuerit a perditione liberatus. 136
Perfecti ex euangelio, & gratia dei, nō hic viuūt, nisi propter alios, nam vita eorum in hoc seculo iā eis nō est necessaria. 449
Perseuerantia in bonis a deo habetur. 182
Persona nō pōt gignere se, nec nasci ā se, nec, peccer de se. 294
Petrus apost. Romæ extinxit Simonem magum. 214
Petrus decebat, hinc probo quod tu es Christus, si in verbo tuo potero quod tu pojes, & ait Christus veni, & ad verbum iu bentis facta est potestas audientis. 463
Philomenę puellę phātasma, aliquādo Christū, aliquādo Paulū se fingebat, a qua responsa accipiebat Seuerus hæreticus. 208
Philosophorum dicta fidei nostræ accommodanda, & ab eis, vt ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda, vt de Aegyptiorum auro & argento fecerunt hæbrei. 53
Plato nostris literis per Hieremiam fuit imbutus, vt illa posset docere, quæ iure laudantur. 43
In poculo sacramenti aquam offerunt Aquarij hæretici. 221
Pœna mitissima erit eorū, q̄ pcō originali nullū aliud addiderūt, & in cęteris q̄ addiderūt, tāto q̄sque tolerabiliorē ibi habebit damnationem, quanto hic minorē habuit iniquitatem. 163
Pœna tā grandis est perire a regno dei, exulare a ciuitate dei, alienari a vita dei, vt nulla possint tormēta quę nouimus ei cōparari, si illa sit ęterna, ista autē sint quamlibet seculis iunga. 173
Pœnitētia aboleri peccata credendum est, etiā in articulo mortis, & qui oppositū sentit nō est Christianus, sed Nouatianus. 90
In Pœnitētia & remissione pcōrū nō tā cōsiderāda est mēsura tēporis, quam doloris, nā cor contritū nō spernit dominus. 152
Pœnitentiam non potest agere homo, nisi quem deus illumina uerit, & gratuita sua miseratione conuerterit. 323
Pœnitentia non tardanda. 296
Pœnitētia vera ē pœnitēda nō admittere, & admissa ā flere. 189
Pœnitentia vtilis est quocunque tempore agatur, 310
Pœnitentiæ satisfactio, est causas peccatorum excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere. 189
Tempora pœnitentiæ vt fiat satis ecclesiæ, extra quam non remittuntur peccata. 151
Pœnitentiam negant Cathari hæretici. 211
Pondus est impetus cuiusque rei conantis ad locum suum. 389
Populus mitis & māsuetus portās bene dīnum, asellus est. 481
Præcepta dei sine fide obseruari non possunt. 36
Præcepta eloquentiæ non instituta ab hominibus, sed ab eis inuenta, quod ita se habeant. 48
Præcepta eloquentiæ vera sunt, & si eis possint falsa persuaderi, sed

ri, sed quia vera esse possunt, non est facultas ipsa culpabilis, sed male vtentium peruersitas. 48
Præcepta inferiorum figurate dicta existimat, q̄ in sublimiori gradu se putat constitutum, vt Cælibes de matrimonio. 64
Præcepto dei semper bona præcipientis iussi sunt hebræi expoliare ægyptios. 50
Præcepta omnia in charitatem ordinanda. 175
Præcepta rhetoricæ extra scripturas discenda, ob id Augustinus illa in libris de doct. christ. non vult docere. 80
Ex Promissiōibus diuinis cibū & potū expectabāt sicut Papię, authore Ireneo, & Tertullianus, & Lactātius acqescūt. 189
Ex Promissionibus diuinis Melitani quid terrenum & temporale sperabant. 189
Ex Promissionibus diuinis non speremus post resurrectionē regnum Christi per mille annos in terra futurum, & sanctos cum illo regnaturos, vt Nepos docuit. 189
Ex Promissionibus diuinis nuptiarum copulam sperabant Cerynthus, & Marcion. 189
Prouerbium antiquum est, & verum, vbi caput, cætera membra, Christus in cœlum ascendit, quo nos secuturi sumus. 389
Prouidentia diuina passeres, & alia volatilia gubernantur, quanto magis, & nos? 335
Proximi nobis, & sancti angeli. 16
Proximus est cui exhibendum est officium misericordiæ, si indiget, vel exhibendum esset, si indigeret. 15
Proximus est omni homini, omnis homo. 7
Proximus est nomen ad aliquid, nec quisquam esse proximus nisi proximo potest. 16
Proximus noster est omnis homo. 16
Psalmus. 1. est gr̄ę dei, & iustificationis nr̄ę nullis p̄cedētibus meritis nr̄is, sed puemente nos misericor dia dīi dei nostri. 465
Publicanus de lōginquo stabat, & deus illi appropinquabat, oculos ad cœlum non leuabat, quia non cœlum, sed se attendebat, vt primo sibi displiceret, & sic deo placeret. 467
Purgantur nōnulli fideles per ignem, quanto magis minus ve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusq; salu mtur. 154
Purgatio animi, vt deum agnoscere valeamus, est quasi ambulatio, & nauigatio ad patriam. 8
Purgamur, ex tribulationibus quando ob illis non recedimus a fundamento Christo. 154
Præcepta tradita ab Augustino in libris de doctrina christiana etiam si non intelligantur, non sunt paruipendenda, sed orandum, vt nobis reuelentur. 2
Præceptiua locutio, quæ flagitium, aut facinus videtur iubere, aut vtilitatem, aut beneficientiam vetare, figurata est. 64
Præceptiua locutio ipsum flagitium aut facinus vetans, aut vtilitatem, aut beneficientiam iubens non est figurata. 64
Præcepto non est opus, vt homo diligat seipsum. 18
Ex Præcepto sancti angeli diligendi. 16

Præceptum de dilectione dei nihil habet de dilectione nostra cum omnis intentio in illum confluat. 14
Præceptum de dilectione proximi, & nostram dilectionem includit, vbi dicit, Diliges proximum tuum sicut teipsum. 14
Præceptum de dilectione proximi non tantum eius animam, sed & corpus respicit. 14
Præceptum de dilectione proximi, nullū hominem excipit. 15
Præcipiendum est homini, quomodo corpus suum diligat, vt ei ordinate, & prudenter consulat. 14
Præcipiēdus tantum est homini modus quomodo se diligat, q̄ quod se diligat, & prodesse sibi velit dubitare, dementis est. 14
Prædestinatio duplex ad pœnam, & ad gratiam. 158
In Prędestinatiōe dei iā datū erat, qđ suo tpe futurū erat. 75
Prædestinatorum nullus potest perire, & non prædestinatorū nullus potest saluari. 325
Præsciebat deus primum hominē male vsurū libero arbitrio, hoc est peccaturū esse, & sic ipse de malefaciente, benefecit. 169
Si præsciisset deus primum hominem habiturū perpetuā voluntatem ad permanēdum sine peccato, nō solum peccatum non cō misisset, sed nec potuisset voluntatem habere peccandi. 170
Ne præsumas ad regnum de iustitia tua, ne præsumas ad peccandum de misericordia dei: ab vtroque te reuocat præceptum diuinum, & ab illa altitudine, & ab ila profunditate. 459
Præsumptio de iustitia quasi dextera est, cogitatio impunitatis peccatorum, quasi sinistra est. 459
Præsumptio qua homo impunitatem peccatorum sibi promittit, nos præcipitat. 459
Præsumptio qua homo putat se in potestate sua habere vitam suam, nos præcipitat. 458
Primo agnoscimus nos ipsos peccatores, & postea cum ex fide cœperimus bene operari, ne hoc viribus nostris, sed gratiæ dei deputemus. 465
Duo principia cœterna sibi aduersantia Manichęi posuerūt. 214
Duo Principia posuerunt Cerdon & Marcion. 188
Tria Principia posuerunt Setianus, & Theodosius. 188
Multa Principia posuit Valentinus. 189
Duo Principia quorum alterum ex altero, & ex his duobus alia plurima dixit Heraclones hęreticus. 207
Duo Principia sibi aduersantia dixit Cerdon hæreticus, & Apelles hæreticus. 208
Duo Principia sibi contraria posuit Manichæus. 178
Prophetæ eloquentes. 85
Promissio diuina nihil temporale, vel ad nuptiarum copulā, seu ad cibum, vel potum pertinens, continet. 189

Q

QVAESTIO magna est, an frui se debeant homines, an vti, an vtrunque. 11
Quæstio de origine animæ difficilis. 409

R

RACHA vox indignantis. 29
Reatus quem lex iubendo faciebat, credendo soluitur, quia quod lex imperat, fides impetrat. 374
Rebaptizant catholicos Donatistæ hæretici. 223
In rebus considerandum quod sunt, & non quod aliud præter seipsas significant. 5
Rebus quibus vtendum est adiuuamur ad beatitudinem, & adminiculamur, vt ad illas, quæ nos beatos faciunt peruenire possimus. 5
Si Rebus quibus vtendum frui voluerimus, impeditur cursus noster, & ab his quibus fruendum retardamur, vel etiam reuocamur inferiorum amore præpediti. 5
Reconciliati sumus per solum filium secundum carnem, sed per totam trinitatem, secundum diuinitatem. 303
Rectus corde gloriatur in tribulationibus. 476
Regula prima Ticonij de domino, & eius corpore, quomodo eadem persona. 70
Regula secunda Ticonij de corpore domini bipartito, sed nō bene dicitur, nam mali ad corpus domini, verum non pertinent, sed ad simulatum. 70
Regula tertia Ticonij de promisso, & lege, quod alio modo dicitur, de spiritu, & litera, seu de gratia, & mandato. 71
Regula quarta Ticonij est de specie, & genere, hoc est de parte, & toto. 72
Regula quinta Ticonij est de temporibus, hoc est de quantitate temporis. 74
Regula sexta Ticonij recapitulationem vocat in expositione scripturarum, satis vigilanter inuentum. 75
Regula septima Ticonij est, de diabolo, & eius corpore. 76
Regula qua intelligimus, vti in falsis sententijs veras, ita & in veris falsas conclusiones esse posse. 47
Regula quæ dicit quod ablato consequente, necesse est, etiam auferri quod Antecedit, pertinet ad veritatem connexionum, & non ad veritatem sententiarum. 35
Regula quod melius est scire veritatem sententiarum, quam connexionem. 37
Regula vtilis ad cognoscendas scripturarum locutiones est, illas ad regnum charitatis deducere. 63
Regulæ omnes Ticonij, excepta vna, quæ de promissis, & lege vocatur, aliud ex alio faciunt intelligi, quod tropicæ locutionis est proprium. 8
Regulas connexionum nosse aliud est, quam nosse sententiarum veritatem. 37
In Religione duæ personæ laudabiles, quæ inuenerunt, & quæ inquirunt. 269
In Religione tria genera hominum improbāda, ac detestanda: vnū est opinantiū, se scire, quod nesciūt, alterū illorū q̄ sentiunt se nescire, sed non ita quęrunt, vt inuenire possint: tertiū est illorum, qui neque se scire existimant, nec quærere volunt. 269

Res aliæ sunt quibus fruendum, aliæ quibus vtendum, aliæ quæ fruuntur, & vtentur. 5
Res aliquæ ita sunt res quod & aliarum rerum sunt signa. 5
Res non semper signum. 5
Res per signa discuntur. 5
Res proprie est, quę ad non significandum aliquid adhibetur. 5
Res quæ dando non deficit dum habetur, & non datur, nondum habetur, quomodo habenda est. 4
Resurrectio erit omnium hominum mortuorum. 179
Quod resurrectio viuentium tempore iudicij sit ipsa sola immutatio corporum, non est hæreticum affirmare. 179
In Resurrectione, ex tota materia totum reintegrabitur corpus, sed non ex parte partem. 162
In Resurrectione materies terrena de qua creatur caro, quomodocunque nobis videatur destructa, & soluta, illi animæ humanæ puncto temporis reddit, quæ illam prius, vt homo fieret, creseceret, viueret, animauit. 161
In Resurrectione non latebit, quod nunc latet, vt de duobus geminis quorũ alter saluat, alter vero damnatur, & quare Christus apud aliquos virtutes fecit, apud alios vero non fecit. 164
In Resurrectione omnibus corporibus suis addetur decor, & nihil ibi reperietur deforme. 162
In Resurrectione sexus formam non mutabit. 87
Resurrectionem fatentur Cerynthiani, & Merinthiani hæretici, sed post resurrectionem, mille annos in regno Christi iustos, secundum carnales ventris, & libidinis voluntates victuros docent. 206
Resurrectionem futuram de morte, lege carnis ecclesiæ sufficit credere. 179
Resurrectionem habebunt communem impij, & pij, immutationis tamen gratiam non habebunt communem, quia ab impijs non remouebitur ignobilitas & infirmitas. 308. &. 309
Resurrectionem mortuorum negabat Chieracha 106 Carpocratesque. 195. & cerdon. 197
Duas resurrectiones mortuorum, quarum primam iustorum, aliam vero impiorum docuit Nepos, inter quas gentes ignorantes deum in angulis terrarum in carne seruandas, quæ post mille anni regni in terra iustorum instigante diabolo mouendę sunt ad pugnam contra iustos regnantes, & domino pro illis pugnante imbre igneo illas interficiet, ac ad æterna supplicia resuscitandas destinabit. 190
Resurgent sanctorum corpora, sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate. 162
Resurget corpus spirituale, sed non erit spiritus. 162
In Resurrectione corpora damnatorum qualia resurgent. 163
Resurget in veritate caro nostra, vt in veritate cadit contra Originem qui immutationem ponebat corporum, hoc aliud nouum corpus pro carne. 78
Rhetorica ad sermonem, dialectica ad iudicandum vtiles non tamen necessaria ad beatam vitam. 49
Rhetorica & dialectica nos adiuuant, quia exercitatiora reddũt ingenia, si etiam maligniora, aut inflatiora non reddant. 49
Rhetorica tam vera, quam falsa persuadet. 79
Rhetoricam, qui certo non discit, nunquam discet. 70

S

SABELLIANAM atque Arrianam hæresim destruit Augustinus. 245
Sabellij error destruitur, authoritate Mercurij, & sibyllæ. 212
Saccum nostrum accepit dominus, & non meritum sacci, meritum sacci, peccatum est, saccus vero mortalitas est. 373
Sacra scriptura ab vna lingua profecta, per varias hominum linguas vbique diffusa est. 5
Sacrificia cruentosa veteris Testamenti figura erant passionis Christi. 415
Sacrificia pro peccatis dicebantur peccata. 419
Ad Salutem uullus ex se inuitatur, seu venit, sed tantum vt a deo inuitatur. 190
Sancti humiliter & veraciter dicunt, dimitte nobis debita nostra, & qui oppositum sentit, anathema est. 185
Sancti non tantum pro alijs, sed & veraciter pro seipsis dicunt, dimitte nobis debita nostra, & qui oppositum sentit, anathema est. 185
Sancti plenius scient, quid boni eis contulerit gratia remanentibus angelis, & hominibus reprobis in æterna pœna. 163
Sancti si humilientur, non debemus illos putare miseros, nam semper intus deum consolatorem habent, sed peccatores si tribulantur vere sunt miseri. 401
Sanctitas a sanciendo dicitur. 287
Qui Sanctos dicit, verba illa dominicæ orationis dimitte nobis debita nra, humiliter & nõ veraciter dicere, anathema sit. 184
Sanitas animi est firmissime inhærere deo. 12
Sapiens non eloquens probando delectat, qui minus potest delectare dicendo. 81
Nemo Sapiens a seipso, cum sapientia sit a deo. 114
Sapiens ecclesiasticus non tantum docere & delectare debet, sed & vincere, vt agatur quod docet. 92
Sapiens quantum datum est imitatur deum, stultus autem debet sapientem hominem imitari. 273
Sapienter dicit homo, tanto magis aut minus, quanto in scripturis sacris magis, minus ve profecit. 80
Sapientia dei nunquã fuit insipiẽs, nec esse vnquam potest. 7
Sapientia diuina ad nos venit, non per locorum spatia, sed in carne mortali mortaliter apparendo. 3
Sapientia diuina cum sit patria, viam se quoque nobis fecit ad patriam. 3
Sapientia diuina hominem curans seipsam exhibuit ad sanandum. ipsa medicus, ipsa medicina. 9
Sapientia diuina quando ad nos venit stulte fecisse putata est, quia

quia cum nos ad illam venimus sapienter facimus. 8
Sapientia diuina venit vbi erat, quia placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. 8
Sapientia incommutabilis, commutabili est præferenda, & hoc qui non videt, est qua si cæcus in sole. 8
Sapiẽtia vera hois ẽ pietas q̃ Græci θεοσέβειαν καὶ εὐσέβειαν vocant. 122
Sciẽtia bonę spei nõ iactãtẽ, sed lamentãtẽ hominem facit. 25
Scientia carnem erigit, nisi dominico reprimatur iugo. 31
Scientiam instantem dei donum putant esse Pelagiani: charitatemque ædificantem esse dei donum negant. 226
Scriptura detestatur genus captiosarum conclusionum, hoc est sophisticarum. 46
Scriptura duabus de causis non intelligitur, quia aut ignotis aut ambiguis signis obtegitur. 27
Scriptura sacra, prius amanda, quam legenda. 259
Scripturæ quæ ob omnibus ecclesiis accipiuntur, præponendæ his, quæ a quibusdam: & quæ a pluribus & grauioribus his quæ a paucioribus. 27
Scripturas secure exponit qui agnoscit finem præcepti charitatem de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. 21
In scripturis multoties singulare pro plurali, & plurale pro singulari. 142
De Scripturis non temere iudicandum. 260
In Scripturis qcqd narrat, historice, seu pprie, seu figurate, & pphetice interpretãdũ vsque in finẽ charitatis dei, & proximi. 62
In scripturis sacris quid primo, & quid postea quærẽdum. 27
Scutum in scripturis diuersimode capitur. 69
Studium scientia & sapientia a domino. 77
Sermo non captiosus, sed abundantius (quam grauitatẽ decet) verborum ornamenta confectans, sophisticus dicitur. 46
Serpens deposita veteri tunica, vires nouas accipere dicitur, sic & nos veterẽ hominẽ exuere debemus, & fortiores erimus. 35
Serpens totum exponit corpus, vt caput seruet, sic & nos agere debemus, vt Christus in cordibus nostris seruetur. 35
Sẽtẽtiã moderare ex aduersis scripturę sentẽtijs debemus. 353
Septuaginta interpretes singulis cellis singuli separati (si est vt fertur & vt multi fide digni prædicant) præsentia sancti spiritus interpretati sunt, vt os vnum fuerit tot hominum. 32
Septuaginta interpretum authoritas, quo ad vetus testamentum cæteros excellit. 32
Septuaginta quis audeat conferre quẽpiã, nedũ præferre? 32
Septuaginta sunt interpretati, vt spirissanctus gentibus congruere iudicauit. 23
Seruiunt omnes diuinæ prouidentię, sed alij vt filij faciũt, qđ bonũ est, alij vt serui ligãtur, & fit de illis quod iustum est. 334
Seruus barbarus christianus (nullo docente homine) literarũ notitiã orãdo accepit, & codicẽ oblatum legendo percurrit.
Seth de superna matre natum, quam cum superno patre conuenisse

uenisse asserunt Sethiani hæretici, vnde diuinum semen natum inquirunt. 207
Sidera a deo creata, quorum motus certus, quo tempora distinguntur, & variantur. 37
Signa alia naturalia, alia data. 22
Signa aliqua oculis, alia uero auribus, alia vero alijs sensibus percipiuntur. 23
Signa aliqua sunt, quorum omnis vsus in significando est, vti verba, quibus tantum gratia significandi vtimur. 5
Signa bestiarum sunt, quibus prodant appetitum animi sui. 22
Signa data sunt quæ in scripturis continentur per homines nobis indicata, qui ea conscripserunt. 22
Signa duplicia aliqua propria, aliqua vero translata, & quid vtrunque. 28
Signa ignota aliarum linguarum, ex numerositate interpretũ facilius agnoscuntur. 32
Contra Signa ignota cognitio linguarum magnũ remediũ. 28
Signa naturalia quæ sunt sine volunrate vel appetitu, ex se aliquid aliud cognoscere faciunt. 22
Signa omnia verbis comparata pauciſsima sunt. 22
Signa plurima ex actionibus domini nostri instituta. 23
Inter Signa principatum obtinent verba. 22
Signa pro rebus accipere est seruilis infirmitatis, & inutiliter signa interpretari male vagantis erroris est. 57
Seruitute non premitur, qui non intelligit quid significet signum, sed esse signum intelligit. 4
Signa verborum literæ, quæ ex peccato non eadẽ apud oẽs. 4
Signis vtilibus atque incognitis, melius est præmi, quam illis inutiliter interpretari. 58
Omne signum est aliqua res, quod enim nulla res est, omnino nihil est. 5
Signum est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliud ali quid faciens in cognitionem venire, vti Vestigium animalis & fumus ignis. 23
Signum ignotum aut verbum aut locutio. 32
Signum est illa res, quæ ad significandum aliquid adhibet. 5
Signum ignotum alterius linguæ, vel ab aliquo illius linguæ vel discendo illam linguam, vel ex plurium interpretum collatione intelligatur. 32
Si signum vtiliter institutum, pro ipsa re sequi, cui significandę institutum est, carnalis est seruitus, quanto magis inutilium rerũ signa instituta, vt erant simulachra apud veteres, pro rebus accipere? 58
Simõ magus emere volebat pecunia, qđ gratis datur. 455
Simon magus, non desiderauit gratiam, sed potentiam, non vt liberaretur, sed vt extolleretur. 454
Simon magus quam plures erroribus & magicis fallacijs decepit, & indifferenter fœminis vti docebat, & se esse Christum & Iouem dicebat, & meretricem suam dicebat Mineruam, & se dedisse

disse legem Iudeis, in carne postea veniſſe, & ſuper apoſtolos in linguis ignitis, quos errores illum ſuperãs, Romę Petrus deſtruxit. 294
Simulachrum dei patris nephas eſt Chriſtiano in templo collocare, multo magis in corde nepharium eſt, vbi vere eſt tẽplum dei, ſi a terrena cupiditate, atque errore mundetur. 284
Solertiſſimus indagator ſcripturæ, qui totas legerit, notaſque habuerit, et ſi non intellexerit. 27
Solœciſmus nihil aliud eſt quam cum verba non ea lege ibi coaptantur, qua coaptarunt, qui priores nobis non ſine authoritate locuti ſunt. 30
Sophiſtice loquens, odibilis eſt. 46
Sonus tripliciter fit aut voce vt qui faucibus canunt, aut flatu vt tibiarum, aut pulſu vt cytheræ, & aliorũ inſtrumẽtorũ. 35
Sors quæ a ſcriptura permittitur non aliquid mali, ſed in dubitatione humana voluntatem diuinam ſignificat. 454
Spado non per angelum Iſaiam prophetam intellexit, ſed per hominem Philippum. 5
Spes vniuſcuiuſque in propria conſcientia eſt, quia ſentit quo modo in dei, proximique dilectione proficiat. 59
Spiritum ſanctum creaturam aſſerunt Macedoniani.
Spiritus concupiſcit aduerſus carnem, non vt illam interimat, ſed concupiſcentiam eius. 13
Spiritus inſurgit aduerſus carnem, vt ſoluat male conſuetudinis quaſi pacta peruerſa, & fiat pax conſuetudinis bonæ. 13
Spiritus non eſt trinus in ſubſtantia hominis vti Didymus contendit. 180
Spiritus quid animæ & corpori ſuperadditur ab Apoſto. gratia eſt. 180
Spiritus quid & quid corpus, & quid anima. 180
Spiritus ſanctus & ſi ſub ſpecie columbæ apparuerit, ex columba tamen non eſt natus, attamen Chriſtus ex virgine natus eſt, quia ſpiritus ſanctus non venit liberare columbas, ſed homines ſignificare innocentiam & amorem ſpiritalem, & Chriſtus homines liberare venit, nec mares faſtidiuit, quia marem ſuſcepit, nec fœminas, quia de fœmina natus. 343
Si Spiritus ſanctus ex virgine carnem accepiſſet, nõ in diuinitate, qui humanitate filius diceretur, nec ſuper ſeipſum in colũbæ ſpecie apparuiſſet. 299
Spiritus ſanctus non natus quia non eſt filius, neque ingenitus quia nõ eſt pater, neq; factus quia non eſt ex nihilo. 187
Spiritus ſanctus non tantũ ex patre, ſed & ex filio procedit. 319
Spiritus ſanctus ſcripturas ſacras modificauit, vt locis facilioribus fami noſtræ occurrerer, obſcurioribus vero faſtigia detergeret. 24
Spiritus ſanctus quare donum, & quare ſanctificat, & quare dicitur ſanctus. 286
De ſtellis humanæ, & deceptoriæ coniecturæ, ab hominibus inſtitutæ ſunt. 28

Studioſi ſacrarum literarum magis alias locutiones mirantur, eaſque minus latinas putant, quam illas quas in ſcripturis dicerunt. 32
Studioſus autem differt a curioſo, quia tantum quæ ad ſe attinent requirit: curioſus autem, quę nihil ad ſe attinent 265
Stultitię deus ſolus mederi poteſt, quem niſi & eſſe, & humanis meatibus opitulari credimus, nec quærere ipſam veram religionem debemus. 271
Stultum dei ſapientius hominibus, vel hominum, melius eſt dicere quam homines. 31
Stultus quandiu ſtultus eſt non poteſt inuenire ſapientem. 273
Subijciamus autem deo, ſi volumus ſeruituti ſubijcere corpus noſtrum. 22
Superſtitiones nõ quia valent, ideo animaduerſæ, ſed animaduertendo, & ſignando factum eſt, vt valeant, nam ſpiritus qui decipere volunt, tales procurant ſuperſtitiones cuique, qualibus eũ irretitum per ſuſpiciones, & conceſſiones eius viderint. 40
Superſtitiones tantum valent, quantum præſumptione animorum, quaſi cõi quadã lingua cum dæmonibus fœderatę ſunt. 40
Superſtitioſa ſigna nihil valent, niſi conſenſus obſeruantis accedat. 41
Superſtitioſi ſunt genethliaci, qui vulgo mathematici dicuntur qui poſitionem, ſyderum quando quis concipitur, vel naſcitur ſeruant, quæ res a ſacra damnatur ſcriptura. 38
Superſtitioſum eſt, quicquid inſtitutum eſt ab hominibus ad ſacrãda & colenda idola pertinens, vel ad colendam ſicut deum creaturam, aut vllam, partem creaturæ, et pacta cum dæmonibus & liber haruſpicum, aut augurum, et ligaturæ, atq; nonnulla alia per incantationes remedia & plurima vitia. 37
Suſpicioſi & creduli, & ſtudioſi ac curioſi, diffinitiones, aliqualem patiuntur calumniam. 266
Suſpicioſus differt a credulo, quod ille incognitis aliquam, iſte nullam tribuit dubitationem. 265

T

TABERNACVLVM eſt habitatio militum in expeditione poſitorum. 460
Temperans aut ſuperſtitioſus eſt quiſquis rebus præſentibus reſtrictius vtitur, quam eſſe habent mores eorum, cum quibus viuit. 60
Temperate agendo bonus efficitur chriſtianus. 183
Templum dei eſt ſancta eccleſia. 148
Temporale diſtinguitur ab ętærno, nam temporale antequam habeatur diligitur vileſcit autem cum aduenerit, quia nõ ſatiat animam, & æternum ardentius adeptum diligitur, quam deſideratum. 20
Tporalia patribus noſtris, & æterna nobis ꝓmiſit deus. 401
Tertullianus hæreticus, quia ad Cathaphriges transſiẽs quos deſtruxerat, ſecundas damnauit nuptias, & animas per traducem propagari credidit. 226

Testamentum vetus quadrifariam traditur, secundum historiã secundum ætiologiam, secundum analogiam, & secundum allegoriam, & quid vnum quodque horum. 255
Non testamentum vetus, sed velamen eius euacuetur in Christo, vt per Christum intelligatur.
Testamentum vetus spernunt Cerdoniani heretici. 197. & Seueriani. 197. & Manichæi. 264
Theologiæ studium qualem requirat animum. 52
Ticonij regulas legere debemus, sed caute, quia multa promisit quæ ibi non reperiuntur. adhuc vt homo errauit, & vt hæreticus Donatista falsa loquitur. 70
Ticonius non intellexit fidem esse dei donum. 72
Timor dei omnes superbię motus ligno crucis affigit. 24
Timore domini agnoscitur eius voluntas, si quid nobis appetendum fugiendumq; præcipiat. 24
Timoris septem sunt gradus, quibus ad dei sapientiam peruenitur. 24
Timor filialis inest in intellectu gratiæ. 416
Timore casto fideles deum timent. 417
Qui Tundit pectus, & non corrigitur, solidat peccata, & non tollit. 119
Non Transferuntur in aliam linguam Amen, & Alleluia, propter sanctiorem authoritatem. 29
Transferri in aliam linguam Racha, & Osanna nõ possunt. 29
Transfiguratio noui testamenti, est qua per gratiam mutamus vitam, a vetere nouã mutando uitam. 498
Tria genera hominum libros de doctrina christiana reprehensura sunt. 1
Trinitas, ad personas vnitas ad naturam & refertur. 295
Trinitas authoritate sacrę scripturæ probatur, quia deus dixit faciamus hominem ad imaginem, & similitudinẽ nostrã. 295
Trinitas nos sibi reconciliauit, per hoc quod solum verbum carnem ipsa trinitas fecit. 301
Trinitas pater filius, & spiritus, sanctus, singulus horum deus & omnes simul vnus deus vna essentia, & vna substantia 6
Trinitas quomõ in personis diuisa, quarum vna non est alia. 6
Trinitas sancta vna quædam summa res est communis omnibus fruentibus ea, si tamen res est, & non omnium rerum causa, si tamen, & causa non enim facile nomen, quod tantæ eccellentię conueniat, potest inueniri, si quod melius ita dicitur trinitas hęc vnus deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. 6
In Trinitate aliquid creatũ posuit Dionysius sons Arij. 178
In Trinitate aliquid extraneum, & officiale alteri, posuit Macedonius. 178
In Trinitate aliqd inæquale posuit Eunomius & Arrius. 178
In Trinitate confusionem posuit Sabellius. 178
In Trinitate in patre vnitas, in filio æqualitas, in spiritu sancto vnitatis æqualitatisque concordia, & tria hæc vnum omnia propter patrem, æqualia omnia propter filium, connexa omnia proprer spiritum sanctum. 6
In Trinitate quid anterius & posterius, & minus posuit Arrius. 178
In Trinitate quid corporaliter effigiatum, posuerunt Anthropomorphus, & Vadianus. 178
In Trinitate, quid corporeum posuerunt Melito, & Tertullianus. 178
In Trinitate quid moribus, vel voluntate diuersum posuit Marcion. 178
In Trinitate quid officio singulare, & alteri communicabile, posuit Origenes. 178
In trinitate quid persuasione, aut surreptione insertum posuit Manichæus. 178
In Trinitate quid sibi inuisibile a creaturis, Origenes affirmauit. 178
In Trinitate quid solitarium, Praxeas, & Syluanus posuerũt Pentapolitana damnabilis illa doctrina. 178
In Trinitate quid visibile creaturis Fortunatus asseruit. 178
Quid ex Trinitatis essentia ad creatarum naturam deductũ affirmauerunt Plato, & Tertullianus, 178
Trinitatis sanctæ exemplum quomodo fons non est fluuius, nec potio ex illis fons, vel fluius, ita personarum in diuinis distinctio, & quomodo hæc non valet comparatio. 183
Tropus Sinecdoches, aut a parte totum, aut a toto partem facit intelligi. 74

V

Velle non possumus aliquid boni, nec prædicationi consentire, & qui oppositum dicit, hæretico fallitur spiritu. 186
Venter in scripturis interiores cogitationes significat. 448
Vera sunt quæ videntur, & quæ non videntur contra Academicos. 131
Verbis contendere est non curare quomodo error veritate vincatur sed qũo tua dictio, dictioni pręferatur alterius. 30
In verbis verum amare debemus, & non verba 90
Verbum abbreuiatum fecit dominus, Isai. x. ne quispiam diceret non ei vacare legere, & consummatum, hoc est apertum, ne diceret non intelligo. 113
Verbum dei non commutatum est, caro factum, vti verbum nostrum in vocem prouenit, & in mente non corrumpitur. 89
Verbum dei suscepit hominem perfectum.
Idem Verbum in scripturis, contraria significat. 69
Idem Verbum in scripturis diuersimode capitur.
Verbum non accepit personam, sed naturam. 318
Verbum patris dicitur filius, quia per ipsum innotescit pater, vti animus noster, verbis nostris innotescit. 279
Verbum diuinũ vbique totũ manens sanctos illuminat. 396
Verbum Caro est factum non ob verbi in carnem vertibilitatem, sed ob personæ singularitatem vt qui in diuinis filius est, esset & filius in humanis. 339

Verba ecclesiæ in cruce Christus suscepit. 400.&.401
Veritas est apud paucos, illamque assequũtur perpauci, agunt pauciores, claresc unt pauciſſimi. 260.&.261
Veritas nec quadra, nec rotunda, nec longa, sed vbique præsens. 441
Veritas sententiæ per seipsam valet, veritas autem connexionis ex eius cum quo agitur opinione, vel concessione consistit. 4
Veritas vbicunque inuenitur, siue in sacris, siue in prophanis libris, domini est; superstitiosa figmenta vbicunque sint, repudianda sunt. 36
Veritatem melius est non agnoscere, quam post illius cognitionem ab illa recedere. 376
Verum semper a deo. 3
Verum velle videre, vt purgemus animum est peruersum, & præposterum. 274
Ad vesperam deus in paradisum ambulabat. 371
Via in qua nunc sumus non est locorum, sed affectum. 10
Vinum non bibebant Manichæi, dicentes illud esse Fel principis tenebrarum 216
Vinum non bibunt Seueriani hæretici, quia vitem de Satana, & terra germinasse asserunt. 209
Omnis violator fidei iniquus. 20
Virgines quę virginitatem vouerunt, ex verbis Cypriani, & Ambrosij quales esse debeant. 104
Virginitas continentiæ, & matrimonio præponitur. 192
Virgo si alieno nupserit, & semper nesciat, non erit adultera, sed quando sciet, incipiet esse adultera. 354
Virgines prudentes & fatuæ quid significent. 429
Virgines sapientes quare laudandæ, & stultæ vnde parum pendendæ. 431
Virgines prudentes de dei voluntate gloriantur. 432
Virgines fatuę de proprijs operibus fidunt. 432
Virgines stultæ deum ignorant. 433.&.434
Vita beata constituitur in eo quod diligendũ est propter se. 11
Vita dicentis, vt obedienter audiatur, excedit omnem grandiloquentiam dicendi. 110
Vita in melius mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus deus, non ad hoc emendus, quodammodo, vt ea semper liceat impune committere. 154
Vita in voluntate dei, & non in viribus nostris nec etiam in meritis nostris, sed quia voluit saluos nos fecit, non quia digni eramus. 390
Vita mortalis inchoata ex Adam in paradiso. 390
Vita sanctorum in cõparatione æternæ vitę nõ est pfecta. 216
Vitam omnium hominum, & generationum in septem syderibus consistere affirmauit Colarbasus hæreticus. 207
Vita ista a veteri homine necesse est vt incipiat. 395
Viuens non viuenti anteponendus. 7

Ille viuit iuste, & sancte qui rerum integer estimator est. 14
Per viuos in iudicio iudicandos, iustos, vel tunc viuentes intelligere possumus. 284
Vocem infirmitatis nostræ suscepit in cruce Christus, inquiens, deus deus meus quid dereliquisti me longe a salute mea verba dilectorum meorum, quibus verbis Ecclesiæ peccata sua dicebat. 410
Voluntas bona, & mala, ex bona hominis natura oriri potest & si dominus Mat. 7. dicat, non potest arbor bona malos fructus facere. 127
Voluntas dei multa potest, quæ non vult, sed nihil vult, quod non possit. 164
Voluntas nostra corrigatur ad voluntatem dei, & non detorqueatur voluntas dei ad nostram. 484
Voluntate bona hõ aliquid vult, ꝙ deus non vult ẽt ipse bona, multo amplius multoque certius voluntate, nam illius mala voluntas esse nunquam potest. 167
Volũtate dei nullus perit, sed permissũ, ꝙ electiõe arbitrij. 190
Volũtas dei semper efficitur in angelis, & in hominibus. 167
Voluntate mala vult hõ; quod deus vult volũtate bona. 167
Præter Voluntatem dei non fit, quod contra eius voluntatem efficitur. 167
Voluntatẽ nostrã non expectat deus, sed ipsam præparat. 186
Voluntates hominum, quas voluerit, quãdo voluerit, vbi voluerit, si quis nam dicit deum non posse conuertere, deſcipit. sed cum facit per misericordiam facit, quando vero non facit, per iudicium non facit. 165
Vsus illicitus abusus, vel abusio nuncupatur. 5
Vsus quo deus nobis vtitur ad nostram, & non ad eius voluntatem refertur. 17
Non Vsus rerum, sed libido vtentis culpanda est. 61
Vtendũ est hoc mũdo nõ fruendũ, vt beati esse possimus. 6
Vti est quod in vsum venerit ad id quod amas obtinendum referre, si tamen amandum est. 5
Qui sic vtitur rebus, vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. 61
Vtimur Creaturis in ordine ad fruibile. 399
Vtres euãgelicos nouo uino repletos, dixerũt seipsos ascitę. 117
Quicquid vult deus facit, in cœlo, & in terra, & quomodo intelligitur, quod vult omnes homines saluos fieri. 164.&.165
Vult deus omnes homines saluos fieri, quia nullus efficitur saluus, nisi quem ipse voluerit, non quod nullus fit hominum nisi quẽ saluũ fieri ipse voluerit, sed ꝙ nullus fiat, nisi quẽ vellet, & ideo rogãdus est, vt velit, quia necesse est fieri si voluerit. 169
Vxore abuti est intemperantia luxurie. 61
Vxores plures erant Vni Viro, causa sufficiendę prolis, ob id vna fœmina plures habere maritos, non licebat, quia inde non fœcundior, sed meretrix efficitur. 61

Vxoribus non miscebantur Abeloite, nec sine vxoribus illis viuere licebat, at filios sibi adoptabant. 226
Multis vxoribus quispiam vti potest caste, & alius vna vtentur libidinose. 63

FINIS.

Universidad de Biblioteca

DIVI AVRELII AVGVSTINI, ECCLESIAE DOCTORIS EXIMII, IN LIBROS QVATVOR de Doctrina Christiana, Prologus, in quo reprehensoribus suis triplicibus, triplici respondet argumento, exemplis ostendens, nos ex Deo, per homines, sacrarum literarum recipere cognitionem.

SVNT præcepta quædam tractandarum scripturarum, quæ studiosis earum video non incommode posse tradi, Vt non solum legendo alios qui diuinarum literarum operta aperuerunt, sed & alijs ipsi aperiendo proficiant. Hæc tradere institui volentibus, & valentibus discere, si Deus ac Dominus noster ea quæ de hac re cogitanti solet suggerere, etiam scribenti mihi non deneget. Quod antequam exordiar, videtur mihi respondendum esse his, qui hæc reprehensuri sunt, aut reprehensuri essent, si eos non ante placaremus. Quod si nonnulli etiam post ita reprehenderint, saltem alios non mouebunt, nec ab vtili studio ad imperitiæ pigritiam reuocabunt, quos mouere possent, nisi præmunitos præparatosque inuenirent. Quidam enim reprehensuri sunt hoc opus nostrum, cum ea quæ præcepturi fuimus non intellexerint. Quidam vero cum intellectis vti voluerint, conatique fuerint scripturas diuinas secundum hæc præcepta tractare, neque valuerint aperire atque explicare quæ cupiunt, maniter me laborasse arbitrabuntur: & quia ipsi non adiuuabuntur hoc opere, nullum adiuuari posse censebũt. Tertium genus est reprehensorum, qui diuinas scripturas vel reuera bene tractant, vel bene tractare sibi videtur. Qui quoniã nullis huiusce modi obseruationibus lectis quales nunc tradere institui, facultatem exponendorum sanctorum librorum se assecutos vel videt vel putant, nemini esse ista præcepta necessaria, sed potius totum, quod de illarum literarum obscuritate laudabiliter aperitur, diuino munere fieri posse clamitabunt. Quibus omnibus breuiter respondens: illis qui hæc quæ scribimus nõ intelligunt, hoc dico, me ita non esse reprehendendum, quia hæc non intelligunt, tanquam si lunã veterem, vel nouam, sydusue aliquod minime clarum vellẽt videre, ex sacris literis quod ego intento digito demonstrarem: illis autem nec ad ipsum digitum meum videndum sufficiens esset acies oculorum, non propterea mihi succensere deberent. Illi vero qui etiam istis præceptis cognitis, atq; perceptis, ea quæ in diuinis libris obscura sunt intueri nequiue-

Volentibus & valẽtibus discere Au. Hæc præcepta tradit, vt ostẽdat quibus nõ est datũ illa intelligere non posse, Cum intelligẽ sit fidei fructus, q̃ fides Dei est donũ. et 3. de doc. chr. c. 33. cõtra Ticoniũ disputat. Et de gratia et lib. arbi. ad Val. 6. & 7. et in de p̃dest. sanct. 3. in Tom. 7. et in. 3. to. li. opu. Inde quibus est datũ audiũt itelligũt & seruant in de bo. pseue. 15. in rom. 7. & in. 3. tom. horũ opu. & sic vere illis est fructus fidei. super euã. Ioã. trac. 22. & 29. in to. 9. quę oĩa fundamẽtũ hñt ex sacris literis Nã Deut. 29. i. quit Moses Vos vidistis vniuersa quę fecit dñs coram vobis in

terra egypti, tentationes magnas quas viderũt oculi vestri, et non dedit vobis dñs cor ĩtelligens et oculos ut videretis, et aures q̃ audirent vsq; in p̃sentẽ diẽ: & Isa.6. Nisi credideritis non intelligetis. ob id eũ de sua passione loq̃retur discipulis nõ valẽtibus ĩtelligẽ. Iu. 9. inquit Euã. At illi ignorabãt verbũ, eratq; absc̃ditũ ab ipsis, vt nõ intelligerẽt illud, & Mart. 13. c. 8. iprio Tomo. Act. 2. Homo sine superçelorum, Cæteris vero nõ est datũ. quã ob rẽ posit suã reuerentiã, arbitrentur se digitũ quidẽ meũ intueri posse, sydera vero quibus demõstrandis intẽdit, videre nõ posse. Et illi ergo et isti me reprehẽdere desinãt, & lumẽ oculorũ diuinitus sibi p̃beri deprecẽtur. Hõ põt digito alĩ qd oõde ostrandũ mouere, possum etiã oculos accendere, quibus vel ipsa demonstratio mea, vel etiã illud quod volo demõstrare cernatur. Iã vero eorũ qui diuino munere exultãt, & sine talibus p̃ceptis qualia nũc oculos ac aures q̃ cẽdere, ut tradere instituo, se sanctos libros intelligere atq; tractare gloriantur, & propterea superflua voluisse me scribere existimãt, sic est leniẽda cõmotio, vt quãuis magno Dei munere iure lętẽtur, recordentur se tamẽ per homines didicisse vel literas. Nã propterea sibi ab Antonio sancto & p̃fecto viro Aegyptio monacho insultari debere, qui sine vlla scientia litterarũ scripturas diuinas, & memoriter audiendo tenuisse, & prudẽter cogitãdo intellexisse p̃dicatur. Aut ab illo seruo Barbaro Christiano, de quo a grauissimis fideque dignissimis viris nuper accepimus, qui literas quoq; ipsas nullo docẽte homine, in plenam notitiã orãdo vt sibi reuelarentur accepit, triduanis precibus impetrans, vt etiã codicẽ oblatũ stupẽtibus qui aderãt legẽdo percurreret. At si hęc quisq; falsa arbitretur, nõ ago pugnaciter. Certe. n. quoniã cũ Christianis nobis res est, qui se scripturas sanctas sine duce homine gaudent nosse, & si ita est, vero & nõ mediocri gaudent bono, cõcedãt necesse est vnũquẽque nostrũ & ab ineunte pueritia cõsuetudine audiẽdi linguã suam didicisse, & aliã aliquam vel Grecã vel Hebręam vel quãlibet cęterarum, aut similiter audiendo, aut per hominẽ p̃ceptorẽ accepisse. Iam ergo si placet, moneamus oẽs fratres, ne paruulos suos ista doceant, quia momẽto vno tẽporis aduenięte Spiritu Sãcto, repleti apostoli omniũ gentium linguis locuti sunt: aut cui talia non prouenerint, nõ se arbitretur esse Christianũ, aut Spiritũ Sanctũ accepisse se dubitet: imo vero & quod per hominẽ discendũ est, sine superbia discat, & per quem docetur alius, sine inuidia tradat quod accepit. Neq; tentemus eũ, cui credidimus, ne talibus inimici versutijs & peruersitate decepti, ad ipsum quoq; Euangelũ audiendũ atq; discendum nolimus ire in ecclesias, aut codicẽ legere, aut legentẽ p̃dicantemq; hominẽ audire, & expectemus rapi vsq; in tertium cœlũ, siue in corpore, siue extra corpus, sicut dixit Apostolus, & ibi audire ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui: aut ibi videre Dominum

Dominum Iesum Christum, & ab illo potius quã ab hominibus audire Euangelĩ. Caueamus tales tentationes superbissimas & periculosissimas, magisq; cogitemus & ipsum Apostolum Paulum, licet diuina & cœlesti voce prostratum & instructum, ad hominem tamen missum esse, vt sacramenta percipere tq; copularetur ecclesię: & centurionem Cornelium quamuis exauditas orationes eius eleemosynasq; respectas ei angelus nunciauerit. Petro tamen traditum imbuendum, per quem non solum sacramenta perciperet, sed etiam quid credendum, quid sperandum, quid diligendum esset, audiret. Et poterant vtique omnia per angelum fieri: sed abiecta esset humana cõditio, si per homines hominibus verbum suum Deus ministrare nolle videret. Quomodo enim verũ esset quod dictũ est, Templũ enim Dei sanctũ est, quod estis vos, si Deus de humano tẽplo responsa nõ redderet, & totũ quod discendum hominibus tradi vellet de cœlo atque per angelos personaret? Deinde ipsa charitas quę sibi inuicẽ homines nodo vnitatis astringit, nõ haberet aditũ refundendorum & quasi miscendorũ sibimet animorum, si homines per homines nihil discerent. Et certe spadonẽ illũ qui Esaiam prophetã legens nõ intelligebat, neq; Apostolus ad Angelũ misit, nec per angelum ei quod nõ intelligebat expositũ, aut diuinitus in mente sine hominis ministerio reuelatũ est: sed potius suggestione diuina missus est ad eũ, fideiq; cũ eo Philippus, qui nouerat Esaiã prophetã, eique humanis verbis & lingua quod in scriptura illa tectum erat, aperuit. Nõne cũ Moyse Deus loquebat, & tamen cõsiliũ regendi atq; administrãdi tam magni populi a socero suo, alienigena scilicet homine, & maxime prouidus & minime superbus accepit? Nouerat enim ille vir ex quacunque anima verum cõsilium proceſisset, nõ ei, sed illi qui est veritas incõmutabili Deo tribuendã esse. Postremo quisquis se nullis præceptis instructũ diuino munere quęcunq; in scripturis sanctis obscura sunt intelligere gloriat, bene quidẽ credit, & verũ est nõ esse illã suam facultatem quasi ex seipso existentẽ, sed diuino munere traditã. Ita. n. Dei gloriã quęrit nõ suã. Sed cũ legit, & nullo sibi hominum exponẽte intelligit, cur ipse alijs affectat exponere, ac non potius eos remittit Deo, vt ipsi quoq; nõ per hominẽ, sed illo intus docente intelligant? Sed videlicet timet ne audiat a Domino: Serue nequam, dares pecuniã meã nũmularijs. Sicut ergo hi ea quæ intelligunt prodūt cęterationem, vt quæ de ipso audierant, et viderãt, intelligere valerẽt.

Paulus missus ad hominem, vt doceretur. Act. 9. 1. Cor. 15. Gal. 1. Cornelius cẽturio ad hominem missus vt doceretur. Act. 10. Quare Deus nõ tm̃ p̃ hominibus ãgelos nos docet, duplici rõne. Et exẽplis patefacit. 1. Cor. 3. Spado nõ per angelũ Esaiã itelexit, sed per hominẽ Philippum. Act. 9. Exod. 18. Moses accepit a socero hoc cõsiliũ gubernandi populum, sed de hac materia fusius scribit Aug. ĩ li. de Magistro Tom. 1. cap. 14. vbi habes quod docet Christus & admonet hõ, et super illa verba Ioã. 1. pria Epi. ca. 2. et nõ necesse habetis vt q̃s quã vos doceat. Nã vnctio ipa docet vos inqt Aug. admonere

Mat. 25.

possumus, sed si non

Ut intus qui doceat, inanis est strepitus noster. Christus igitur intus 1. Cor. 4 docet Ioā. 14 īspiratio eius ītus docet. Nā verba forinsecus plata sunt, vt agricola ad arborē forinsecus operās, attamē nō intus folia, nec poma format. Inde Apost. 1. Cor. 3. Ego plātaui. Apollo rigauit, Et Deus īcrementū dedit idē super euāgeliū Ioā. tract. 1. & 4. i Tom. 9.

ris vel loquendo vel scribēdo: ita ego quoq; si nō solū ea quæ intelligāt, sed etiā intelligendo ea quæ obseruēt prodidero, culpari ab eis profecto nō debeo: quanquā nemo debeat aliquid sic habere quasi suū propriū, nisi forte mendaciū. Nā omne verū ab illo est, qui ait, Ego sum veritas. Quid enim habemus quod nō accepimus? Quod si accepimus, quid gloriamur quasi nō acceperimus? Qui legit audientibus literas, vtiq; quas agnoscit enunciat: qui autem ipsas literas tradit, hoc agit vt alij quoq; legere nouerint, vterq; tamē hoc insinuat quod accepit. Sicut etiā qui ea quę in scripturis intelligit exponit audiētibus, tanquā literas quas agnoscit pronūciat lectoris officio. Qui autē præcipit quo intelligēdū sit, similis est tradēti literas, hoc est pcipienti quo sit legendū: vt quo ille qui legere nouit alio lectore nō indiget, cū codicē inuenerit à quo audiat quid ibi scriptū sit: sic iste qui pcepta quæ conamur tradere acceperit, cū in libris aliquid obscuritatis inuenerit, quasdā regulas veluti literas tenens intellectorē aliū nō requirat, per quē sibi quod opertū est retegatur, sed quibusdam vestigijs indagatis ad occultū sensum sine vllo errore ipse perueniat, aut certè in absurditatē paruę sententię non incidat. Quapropter quāquā & in ipso opere satis apparere possit, huic officioso labori nostro non recte aliquē cōtradicer, tñ si huiusce modi, pœmio quibuslibet obsistētibus cōueniēter vr esse rūsum, huius vię quā in hoc libro īgredi volumus, tale nobis occurrit exordiū.

D. AVR. AVG.

DE DOCTRI. CHRISTIA.

LIBER I.

Inuētio & pronunciatio. CAP. I.



VAE sunt res quibus nitit oīs tractatio scripturarū. Modus īueniēdi quę intelligēda sunt, & modus proferēdi quę intellecta sunt. De inueniēdo prius, de proferēdo postea differemus. Magnū onus & arduū, & si ad sustinēdū difficile, vereor nē ad suscipiendū temerariū. Ita sanè si de nobisipsis pſumeremus. Nūc vero cū in illo sit spes peragēdi huius operis, à quo nobis in cogitatione multa de hac re iā tradita tenemus, nō est metuēdū ne dare desinat cętera, cū ea quę data sunt cœperimus impendere. Ois. n. res q̄ dādo nō deficit, dū habetur et nō datur, nōdū habetur quo habenda est. Ille enim ait: Qui habet, dabitur ei.

Omnis spes nra in Deo.

Ois res q̄ dādo nō ꝫficit, dū hr et nō dat, nōdū hr vt habēda ē.

Dabit ergo habētibus, idest cū benignitate vtētibus eo, quod acceperunt, adimplebit atq; cumulabit quę dedit. Illi quinq; & illi septē erāt panes, anteq̄ inciperēt dari esurientibus. Quod vbi fieri cœpit, cophinos & sportas satiatis tot hominum millibus impleuerunt. Sicut ergo ille panis dum frangeretur accreuit, sic ea quę ad hoc opus aggrediendū iam Dominus prębuit cum dispēsari cœperint, eo ipso suggerēte multiplicabuntur, vt in ipso hoc nostro ministerio, nō solū nullā patiamur inopiā, sed de mirabili etiā abūdātia gaudeamus.

Mat. 15.

Mat. 14. Io. 6. Mat. 15. Mar. 8 Sup. Ioan. tract. 24. in Tom. 9.

Res & signa. CAP. II.

OMNIS doctrina vel rerū est, vel signoꝝ, sed res p signa discunt. Proprie aūt nunc res apellaui, quę nō ad significādū aliqd adhibētur, sicuti ē lignū, lapis, pecus, atq; huiusmodi cætera. Sed nō illud lignū qđ in aquas amaras Moysen misisse legimus, vt amaritudine careret: neq; ille lapis quē Iacob sibi ad caput posuerat: neq; illud pecus, qđ pro filio īmolauit Abrahā. Hę nāq; ita sunt res vt aliaꝝ etiā signa sint rerum. Sunt aūt alia signa quorum omnis vsus in significando est, sicuti sunt verba. Nemo enim vtitur verbis nisi aliquid signi ficandi gratia. Ex quo intelligitur quid appellem signa, res eas videlicet, quę ad significandū aliquid adhibētur. Quamo brē omne signū ēt res aliqua est. Quod enim nulla res est, omnino nihil est. Nō autē omnis res etiā signū est. Et ideo in hac diuisione rerū atq; signorum, cū de rebus loquemur, ita loquemur, vt etiā si ea rū aliquę adhiberi ad significādū possunt, nō impediāt ptitionē q̄ prius de rebus, postea de signis disseremus, memoriterq; teneamus id nunc in rebus cōsiderādū esse quod sunt, nō quod aliud etiā pter seipsas significāt.

Res. Cap. 1. Sen. dist. 1. cap. 1. Exod. 15. Gen. 28. Gen. 22. De istis rebus q̄ & signa sunt sus Aug. sup Ioan. tra. 7. i To. 9. & in de ciui. Dei. 7. cap. 16 in Tom. 5. & super Psal. 44. in Tom. 8. & de signis. 1. sen. dist. 1. cap. 4. ueteris ac nouæ legis.

Rerum diuisio CAP. III.

RES ergo alię sunt quibus fruendū est, aliæ quibus vtēdū, alię q̄ fruūtur & vtunt. Illę q̄bus fruēdū est, beatos nō faciunt. Istis q̄bus vtendū est, tendentes ad beatitudinē adiuuamur, & quasi adminiculamur, vt ad illas quę nos beatos faciunt peruenire, atque his inhęrere possimus. Nos vero q fruimur & vtimur, inter vtraq; cōstituti, si eis quibus vtendū est frui voluerimus, impeditur cursus noster, & aliquando etiā deflectitur, vt ab his rebus quibus fruēdū est obtinēdis, vel retardemur, uel etiā reuocemur, inferiorū amore prępediti.

Pro istis tribus capit. sequen. ui de dist. 1. pri. sē. cap. id ergo.

Frui & vti CAP. IIII.

FRVI enim est amore alicui rei inhęrere propter se ipsam. Vti autē quod ī vsum venerit ad id quod amas obtinendum referre, si tamen amandum est. Nam vsus illicitus, abusus potius vel abusio nominādus est. Quo modo ergo si essemus peregrini, qui beate viuere nisi in patria non possemus, eaque peregrinatione vtique miseri, & miseriam finire cupiētes, in patriā redire vellemus, opus esset vel terrestribus vel marinis vehicu-

Decimo de tri. cap. 11. in To. 3.

Exemplum.

Similitudo.

Qui amœnitate itineris huius vitę delectãt, cõuersi ad fruẽdũ his, quibus vti deberent

charail lis sũt oia. Et nitis ẽ q̃ cõdi dit oĩa, ob id si deũ amas, gratis ama, Nã gratis vult amari, et coli. Et q̃ nihil q̃ras ab ipso, pr ipm q̃ oia fecit & cõti net Au. sup ps. 34. in To.8. Et de Verb. apost. fer. 7. i Tom. 10

1. Cor. 3 Sap. 14 Rom. 1

1. sent. dis. 1. c. 1. d. 1 tri. c. 10 i To. 3. 1. d tri. ca. 2. in To. 3. et 1. sent. dist. 2. c. hoc q̃q̃

lis quibus vtendum esset, vt ad patriam qua fruendum erat peruenire valeremus: quòd si amœnitates itineris & ipsa gestatio vehiculorum nos delectaret, conuersi ad fruendum his quibus vti debuimus, nollemus citò viam finire, & peruersa suauitate implicati alienare mur a patria cuius suauitas faceret beatos: sic in huius mortalitatis vita peregrinantes a Domino si redire in patriã volumus, vbi beati esse possumus, vtẽdũ ẽ hoc mundo, non fruendũ, vt inuisibilia Dei p ea, quę facta sunt intellecta cõspiciãtur: hoc est, vt de corporalibus temporalibusque rebus ęterna, & spiritalia capiamus.

Trinitas CAP. V.

Res igitur quibus fruendũ est. Pater et Filius et Spiritus Sanctus est, eadẽque trinitas, vna quædã summa res, cõmunisque omnibus fruẽtibus ea, si tamen res & nõ rerũ omniũ causa sit, si tamẽ & causa. Nõ enim facile nomen, quod tãtę excellentiæ cõueniat potest inueniri, nisi quod melius ita dicitur, Trinitas hęc, vnus Deus ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omnia. Ita Pater & Filius & Spiritus Sanctus, & singulus quisq̃ horũ Deus, & simul omnes vnus Deus, & singulus q̃ que horũ plena substantia, & simul oẽs vna substãtia. Pater nec Filius ẽ nec spiritus sanctus, filius nec pater est nec spiritus Sanctus, Spiritus Sanctus nec Pater est nec Filius: sed pater tantũ pater, & filius tãtũ Filius, et Spiritus Sanctus tantũ Spiritus Sanctus. Eadẽ tribus ęternitas. eadẽ incõmutabilitas, eadẽ maiestas, eadẽ potestas. In Patre vnitas, in Filio æqualitas, in Spiritu Sancto vnitatis, æqualitatisque concordia: & tria hęc vnũ omnia propter Patrem, æqualia omnia propter Filium, connexa omnia propter Spiritum Sanctum.

Deus ineffabilis CAP. VI.

Quõ Deus ineffabilis fuisse ab Aug. lib. de cognitiõe beatę vitę ca. 2. &. 3. & 4. in To. 9. et in de uerbis dñi in Euang. secũdũ Ioannẽ sermone 38. & q̃d facilius diximus quid nõ sit, quã quid sit q̃a ineffabilis, suppsal. 85. in Tom. 8.

Dixi mvs'ne aliquid, et fouimus aliquid dignum Deo? Imò vero me nihil aliud quã dicere voluisse sentio. Si autẽ dixi nõ ẽ hoc quod dicere volui. Hoc vñ scio, nisi q̃a Deus ineffabilis est: quod autẽ a me dictũ est, si ineffabile esset, dictũ nõ esset. Ac p hoc nẽ ineffabilis quidẽ dicẽdus est Deus, quia & hoc cum dicitur, aliquid dicitur. Et fit nescio quæ pugna verborũ, quoniam si illud est ineffabile, quod dici nõ potest, nõ est ineffabile, quod vel ineffabile dici potest. Quę pugna verborũ silentio cauenda potius quã voce pacanda est. Et tamen Deus, cum de illo nihil digne dici possit, admisit humanæ uocis obsequiũ, & vobis nostris in laude sua gaudere nos voluit. Nã inde ẽ q̃d & dicitur Deus. Nõ enim reuera in strepitu istarũ duarum syllabarum ipse cognoscit, sed tamẽ omnes Latinę linguæ soctos, cũ aures eorũ sonus iste terigerit, mouet ad cogitandã excellentissimam quandam immortalemque naturam.

NAM cum ille vnus cogitat deorum Deus, ab his ẽt q̃ alios & suspicant & vocãt & colũt deos, siue ĩ cœlo siue in terra, ità cogitat, vt aliq̃d quo nihil melius sit atq̃ sublimius, illa cogitatio conet attingere. Sanẽ quo niã diuersis mouẽt bonis, partim eis q̃ ad corporis sensum, partim eis q̃ ad aĩ intelligentiã ptinẽt: illi q̃ dediti sunt corporis sensibus, aut ipsum cœlũ, aut q̃d in cœlo fulgẽtissimũ vident, aut ipm mundũ, Deũ deorũ esse arbitrant. Aut si extra mundũ ire cõtẽdunt, aliquid lucidũ imaginãt, idq̃ vel infinitũ vel ea forma, q̃ optima vr inani suspitione cõstituunt aut humani corporis figurã cogitãt, sic eã ceteris anteponunt. Quod si vnum Deũ deorũ esse nõ putãt, & potius multos aut inumerabiles æquales ordinis deos, ẽt eos tñ, put cuiq̃ aliq̃d corporis vr excellere, ita figuratos aĩo tenent. Illi autẽ qui per intelligẽtiã pergunt videre quod Deus est, omnibus eum naturis visibilibus & corporalibus intelligibilibus etiã & spiritalibus omnibus mutabilibus p̃ferunt. Omnes tamen pro excellentia Dei certatim dimicant. Nec quisquã inueniri potest, qui hoc Deum crẽdat esse quo melius aliq̃d est. Itaq̃ hoc oẽs Deum consentiunt eẽ, quod cæteris rebus omnibus anteponunt.

Deum omnes ĩtelligũt, id quo nihil melius. CAP. VII.

In de ꝑbis Apostoli sermõe 13. in Tom. 10.

Et quoniã omnes qui de Deo cogitãt, viuũ aliquid cogitãt, illi soli possunt nõ absurda & indigna de Deo existimare, qui vitã ipsam cogitant, & quæcunq̃ illis forma occurrerit corporis, eam vita viuere vel nõ viuere statuunt, & viuentem nõ viuenti anteponunt, eãque ipsam viuentẽ corporis formã quantalibet luce p̃fulgeat, quantalibet magnitudine p̃mineat, quãtalibet pulchritudine ornetur, aliud esse ipsam, aliud vitã qua vegetat intelligunt: eãque illi moli q̃ ab illa uegetatur & animat dignitate icõparabili p̃ferunt. Deinde ipsam vitã ꝑgunt inspicere: & si eã sine sensu vegetantẽ inuenerint, qualis est arborũ, ꝑponunt ei sentientẽ, qualis ẽ pecorum: & huic rursus intelligentẽ, qualis est hominum. Quã cum adhuc mutabilẽ viderint, etiã huic aliquã incõmutabilẽ cogunt ꝑponere: illã scilicet vitã q̃ nõ aliquãdo desipit, aliquãdo sapit, sed est potius ipsa sapiẽtia. Sapiẽs enim mens, id est adepta sapientiã, antequã adipisceret nõ erat sapiens. At vero ipsa sapientia, nec fuit vnquã insipiens, nec esse vnquã potest. Quã si nõ viderent, nullo modo plena fiducia vitã incõmutabiliter sapientem cõmutabili vitæ anteponerent. Ipsam quoq̃ regulã veritatis qua illã clamant esse meliorem, incõmutabilem vident. Nec uspiã nisi supra suã naturam vident, quandoquidem se vident mutabiles.

Deo nihil sapiẽtius. CAP. VIII. De hoc fusius Auguſt. in de fi de ad Petrum diaconum cap. 3. in Tom. ꝑoc ad ean. 309.

Nemo est enim tã imprudenter insulsus qui dicat, Vnde scis incõmutabiliter sapientem vitã cõmutabili

Peruersum iudicium. CAP. IX.

esse præferendã? Idipsum enim quod interrogat, vndè sciã, omnibus ad cõtemplandũ cõmuniter, atque incõmutabiliter præsto est. Et hoc qui nõ videt, ità est quasi cęcus in sole, cui nihil ꝓdest ipsis locis oculorum eius tam claræ ac præsentis lucis fulgor infusus. Qui autem videt ac refugit, cõsuetudine vmbrarum carnalium inualidam aciem mentis gerit. Prauorum igitur morum quasi cõtrarijs flatibus ab ipsa patria repercutiunt homines, posteriora atq; inferiora sectantes, quam illud quod esse melius atque præstantius confitentur.

Purgatus aĩus Deum videt. CAP. X.

QVAPROPTER cũ illa veritate ꝓfruendum sit, q̃ incõmutabiliter viuit, & in ea trinitas Deus autor & conditor vniuersitatis, rebus quas cõdidit cõsultat, purgandus est animus, vt perspicere illam lucem valeat & inhęrere perfectè. Quã purgationẽ quasi ambulationem quandã, et quasi nauigationem ad patriam esse arbitremur. Nõ enim ad eum, q̃ vbiq; præsens est, locis mouemur, sed bono studio bonisq; moribus.

Fusius supra in ꝓlogo & super Ioan. tract. 1. & 4. in Tom. 9.

Ad deũ q vbiq; ẽ. Et ĩ tẽplo cordis nostri habitat non pedibus, sed affectibus mouemur super Ioan. trac. 32. in To. 9.

Cur deus factus homo. CAP. XI.

QVOD non possemus, nisi ipsa sapientia tantę etiã nostræ infirmitati cõgruere dignaret, & uiuẽdi nobis ꝓberet exẽplũ, nõ aliter q̃ in hoĩe, quoniã & nos hoies sumus. Sed q̃a nos cũ ad illã venimus, sapienter facimus: ipsa cũ ad nos venit, ab hoĩbus supbis quasi stulte feciſſe putata ẽ. Et q̃m nos cũ ad illã venimus, cõualescimus: ipsa cũ ad nos venit, quasi infirma existimata ẽ. Sed quod stultũ ẽ Dei, sapiẽtius est hominibus: & quod infirmũ ẽ Dei, fortius est hominibus. Cũ ergo ipsa sit patria, viã se quoq; nobis fecit ad patriam.

De hac materia fusius Augu. in q̃st. sup. nu. q̃st. 50. in Tom. 4.

Verbũ diuinũ cũ esset patria, uiam se fecit ad patriam. Nam manens apud patrem veritas, & uita, quo ad assumptam carnẽ factus est via, qua ad ipsam diuinitatem peruenire valeamus, Nostrę infirmitati consulens. Infra in isto 1. de doc. christ. cap. 34. Et in de Catachismo. ca. 5. Et super Ioan. Trac. 13. 22. 34. &. 69. in Tom. 9. & in de verbis domini, sermo. 64. in Tom. 10.

Isai. 53. 1. cor. 1 Ioã. 14

Deus visibilis induta carne. CAP. XII. 1. cor. 1.

ET cũ sano & puro interiori oculo vbiq; sit ꝑsens, eorũ, q̃ oculũ illũ infirmũ immundumque habent, oculis etiã carneis apparere dignata ẽ. Quia enim in sapiẽtia Dei nõ poterat mundus ꝑ sapiẽtiã cognoscere Deũ, placuit Deo ꝑ stultitiã ꝑdicationis saluos facere credẽtes. Nõ igitur ꝑ locorum spatia veniendo, sed in carne mortali mortalibus apparẽdo, venisse ad nos dr. Illuc enim venit vbi erat, q̃a in hoc mundo erat, & mundus ꝑ eũ factus ẽ. Sed q̃m cupiditate fruendi, ꝑ ipso Creatore creatura, hoies cõfigurati huic mundo, & mundi nomine cõgruẽtissime vocati, nõ eũ cognouerunt, propte rea dixit Euãgelista, Et mundus eũ nõ cognouit. Itaq;

Hoc fusius ab Aug. 1. Ioã. 1 de tri. c. 10. in To. 3. & super Ioan. tra. 102. in Tom. 9. Ioan. 1. 1. Cor. 1.

in sapientia Dei nõ poterat mundus ꝑ sapientiam cognoscere Deũ. Cur ergo venit cũ hic eẽt, nisi q̃a placuit Deo ꝑ stultitiã ꝑdicationis saluos facere credentes?

Verbũ q̃o caro factum? CAP. XIII.

QVOMODO venit, nisi q̃a ỳbũ caro factũ est & habitauit in nobis? Sicuti cũ loquimur, vt id qđ in aĩa gerimus, in audientis animũ ꝑ aureas carneas illabãt, fit sonus, verbũ quod corde gestamus, & locutio vocatur: nec tamẽ in cundẽ sonũ cogitatio nostra conuertitur, sed apud se manẽs integra, formã vocis qua se ĩsinuet auribus sine aliqua labe, sinẽ mutatione assumit: ità verbũ Dei nõ cõmutatũ, caro ẽ factũ est, vt habitaret ĩ nobis.

Hoc idẽ in lib. 83. quæst. quæst. 80. ĩ Tom. 4. & super Ioã. tract. 40. in Tom. 9.

SICVT autem curatio via est ad sanitatẽ: sic ista curatio peccatores sanãdos reficiendosq; suscepit. Et quẽadmodũ medici cum alligant uulnera, non incõposite, sed apte id faciunt, ut vinculi vtilitatem quædam pulchritudo etiam consequatur: sic medicina sapientię per hominis susceptionem nostris est accomodata uulneribus, de quibusdam contrariis curans, & de quibusdã similibus. Sicut etiã ille qui medetur uulneri corporis, adhibet quędam contraria, sicut frigidum calido, vel humidũ sicco, vel quid aliud huiusmodi. Adhibet etiã quędam similia, sicut linteolum vel rotundo vulneri rotundum, vel oblungum oblungo, ligaturamq; ipsam nõ eãdẽ mẽbris oĩbus, sed simile similibus coaptat: sic sapiẽtia Dei hominẽ curãs, seipsam exhibuit ad sanandũ, ipsa medicus, ipsa medicina. Quia ergo ꝑ superbiã hõ lapsus ẽ, humilitatẽ adhibuit ad sanandũ. Serpentis sapiẽtia decepti sumus, Dei stultitia liberamur. Quemadmodum autẽ illã sapientia vocabatur, erat autẽ stultitia cõtẽnentibus Deũ: sic ista quę vocatur stultitia, sapiẽtia est vincentibus diabolũ. Nos immortalitate male vsi sumus vt moreremur, Christus mortalitate bene vsus est vt viueremus. Corrupto animo fœminę ingressus est morbus: integro corpore fœminę processit salus. Ad eadẽ cõtraria pertinet quod etiã exemplo uirtutũ eius vitia nostra curãtur. Iã vero similia quasi ligamẽta mẽbris & vulneribus nostris adhibita illa sunt, quod per fœminã deceptos, per fœminã natus, homo homines, mortalis mortales, morte mortuos liberauit. Multa quoq; alia diligẽtius cõsiderãtibus, quos instituti operis peragẽdi necessitas nõ rapit, vel a contrarijs, vel a similibus medicinę Christianę apparet institutio.

Sapien. 11.

Fulcitur fides resurrectione et ascensione. CAP. XV.

IAM vero credita Dominica mortuis resurrectio, & in cælũ ascensio, magna spe fulcit fidẽ nostrã. Multũ enim ostẽdit quã voluntarie ꝑ nobis animã posuerit, qui sic eã habuit in potestate resumere. Quanta ergo se fiducia spes credentiũ cõsolatur, cõsiderãs q̃tus quãta ꝑ nondũ credẽtibus passus sit. Cũ enim iudex uiuorum

Aug. in de fide et symbolo cap. 5. & 6. in Tom. 3. & in 2. de tri-

ni.cap.17.To. 3.vbi addit qđ resurrectio Christi est meritum fidei nostræ.

Ecclesia Christi sponsa.

CAP. XVI.

Ecclesia christi spõsa, & quare Aug. ī altercatiõe Ecclesię et synagogę ī To.6 et quomodoillã exercet super Psal.132.ī To. 8. & quãdo despõsata fuit.ī de ciuita. Dei lib. 22.ca.17.To.5.

Claues ecclesię: CAP. XVIII. Matt.6. Idẽ de clauibus, sup Io an.tracta.121.ī To. 9. et tract. 50. Non tãtum Petr. sed unita ti Ecclesię claues sũt traditę, qđ signabat Petrus. Idẽ in de verbis Dñi in Euang. secũdũ Matt. sermone 13.in Tom.10. 1. Cor. 15.

rũ atq; mortuorũ expectãt e cœlo, magnũ timorẽ incutit negligẽtibus, vt se ad diligentiã cõuertãt, eum quę magis bene agẽdo desiderẽt, quã male agẽdo formidẽt. Quibus autem verbis dici, aut qua cogitatione capi potest præmium, quod ille in fine daturus est: quando ad consolationem huius itineris tantum dedit de spiritu suo, qui in aduersis vitæ huius fiduciam charitatemque tantam eius quem nondum videmus habeamus: et dona unicuique propria ad instructionem ecclesię suę vt id quod ostendit esse faciendum, non solum sine murmure, sed etiam cum delectatione faciamus?

EST enim ecclesia corpus eius, sicut Apostolica doctrina cõmendat, quę ẽt coniũx eius dicit. Corpus ergo suũ multis mẽbris diuersa officia gerentibus, nodo vnitatis & charitatis tanq; sanitatis astringit. Exercet autẽ hoc tẽpore, & purgat medicinalibus qbusdã molestijs: vt erutã de hoc seculo, in æternũ sibi copulet coniugem ecclesiã, non habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi.

Via ad Christum CAP. XVII.

PORRO quoniam in via sumus, nec via ista locorum est, sed affectuum, quam intercludebant quasi septa quędam spinosa pręteritorum malitię peccatorum, quid liberalius & misericordius facere potuit qui seipsum nobis quo rediremus substernere voluit, nisi vt omnia donaret peccata cõuersis, & grauiter fixa iterdicta rediuus nostri pro nobis crucifixus euelleret?

Claues ecclesię: CAP. XVIII. Matt.6. Idẽ de clauibus, sup Io an.tracta.121.ī To. 9. et tract. 50. Non tãtum Petr. sed unitati Ecclesię claues sũt traditę, qđ signabat Petrus. Idẽ in de verbis Dñi in Euang. secũdũ Matt. sermone 13.in Tom.10. 1. Cor. 15.

HAS igit claues dedit ecclesię suę, vt quę solueret in terra, soluta essent in cœlo: q̃ ligaret ī terra, ligata essent & in cœlo: scilicet vt qsquis in ecclesia eius dimitti sibi peccata nõ crederet, nõ ei dimitterẽtur: qsquis autẽ crederet, secq; ab his correctus auerteret in eiusdẽ ecclesię gremio cõstitutus, eadẽ fide atq; correctione sanaretur. Quisquis enim nõ credit dimitti sibi posse peccata, fit deterior desperãdo, quasi nihil illi melius quam malum esse remaneat, vbi de fructu suę conuersionis infidus est.

De renascẽtia corporis & animi. CAP. XIX.

IAM vero sicut aī quędã mors est, vitę prioris morunque reiectio, quę fit pœnitendo: sic etiam corporis mors est animationis pristinę resolutio. Et qũo animus post pœnitentiam qua priores mores perditos interemit, reformatur in melius, sic etiam corpus post istam mortem quam vinculo peccati omnes debemus, credendum & sperandum est resurrectionis tempore in melius commutari: vt non caro & sanguis regnũ Dei possideant, quod fieri non potest, sed corruptibile hoc induat incorruptionem, et mortale hoc induat in mortalitatẽ, nullanq; faciens molestiã, quia nullã patiet indigẽtiã, a beata

a beata perfectaq; anima cũ summa quiete vegetetur.

Qui non renascuntur.

CAP. XX.

CVIVS autẽ animus non moriẽ huic seculo, neque incipit configurari veritati, in grauiorem mortẽ morte corporis trahitur. Neque ad communionem cœlestis beatitudinis, sed ad luenda supplicia reuiuiscet.

Inæqualis resurrectio.

CAP. XXI.

HOC itaque fides habet, atque ita rem se habere credendum est, neque animum, neque corpus humanum omnimodum interitum pati: sed impios resurgere ad pœnas inæstimabiles, pios autem ad vitam æternam.

Mat.25.

Solo Deo fruendum

CAP. XXII.

IN his igitur ꝰbus rebus ille tantũ sunt, qbus fruẽdũ est, quas æternas, atq; incõmutabiles cõmemoraui mus. Cæteris aũt vtẽdũ est, ut ad illarũ pfruitionẽ puenire possimus. Nos itaq; q̃ fruimur, & vtimur aliis rebus, res aliquę sumus. Magna enim quędã res est hõ factus ad imaginẽ & similitudinem Dei: nõ inquãtũ mortali corpore includit, sed inquãtũ bestias rationalis aię honore præcellit. Itaq; magna quæstio est, vtrũ frui se debeãt homines, an vti, an vtrũque. Præceptum est enim nobis, vt diligamus inuicem. Sed quæritur vtrũ propter se homo ab hoie diligendus sit, an propter aliud. Si enim propter se, fruimur eo: si propter aliud, vtimur eo. Videtur autẽ mihi pp aliud diligendus. Quod enim propterse diligendum est, in eo cõstituitur vita beata. Cuius etiam si nõdum res: tamen spes eius nos hoc tẽpore consolatur. Maledictus autem qui spem suam ponit in homine. Sed nec seipso quisquam frui debet, si liquidò aduertas, quia nec seipsum debet propter seipsum diligere, sed propter illud quo fruendum est. Tunc appe est oprimus homo, cùm tota sua vita pergit in incomutabilem vitam, & toto affectu inhæret illi. Si autem se, ppter se diligit, non se refert ad Deum, sed ad seipsum cõuertitur, nõ ad incommutabile aliquid cõuertitur. Et propterea iam cum defectu aliquo se fruitur, quia melior est cũ totus hęret, atque cõstringitur incõmutabili bono, quam cum indẽ vel ad seipsum relaxatur. Si ergo teipsum, nõ propter teipsum debes diligere, sed propter illud, vbi dilectionis tuæ rectissimus finis est, nõ succenseat alius homo, si etiam ipsum propter Deum diligis. Hæc enim regula dilectionis diuinitus constituta est: Diliges, inquit, proximum tuum sicut teipsum: Deum vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, vt omnes cogitationes tuas, & omnem uitam, & omnẽ intellectum in illum conferas, a quo habes ea ipsa, quę confers. Cum autem ait, Toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitę nostre partem reliquit, quę vacare debeat, et quasi locum dare, vt alia re velit frui, sed quicquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiat, quo totius dilectionis impetus currit. Quisquis

Hiere.17. Fusius habes huius authoritatis expositionẽ ab Augustin. in de gratia, & libero arbit. ad Valentinum cap. 4. in Tom. 7.

3.sent. dist. 27. ca. cõsequenter. Mat. 22. Leuit. 19. Deut. 6. 3. sent. dist. 27. ca. dilectionis.

Qui recte diligit proximũ, cum il

lo agere debet, ut et ipse diligat Deum.

3.sent.dist. 27. ca.sed quę hac.

Quid sit diligendum. CAP. XXIII.

Hoc fusius ab Aug.8.de trini. ca.7.in To.3.et 3.sent. dist. 27. cap.cōsequent, & dist.28.ca.hic pōt queri, vbi Magister hoc capitu.cū trib.sequētib.exponit idemq; ab Aug. 14.de trinit.ca. 14.in To.3. & i expositiōe Psa. 10.in Tom.8.

Psa.10. Quomodo homo recte se diligere debeat habes ab Au. sup Io.tract 88. in Tom 9. & in de Discip.Christia.ca.1.i Tom. 9.&.3.sen.dist. 28.cap.1.

Carnem odisse quo conueniat. CAP. XXIIII.

Ephe.5.

3.sent.dist, 28. cap.1.

quis ergo recte proximū diligit,hoc cum eo debet agere, vt etiā ipse toto corde, tota aīa, tota mente diligat Deum. Sic enim eū diligens tanquā seipsum, totā dilectionē sui et illius refert in illā dilectionē Dei, quę nullā a se riuulū duci extra patit, cuius deriuatiōe minuatur.

NON autem omnia quibus vtendum est diligenda sunt, sed ea sola, quę aut nobiscum societate quadam referuntur in Deum, sicuti est homo, vel angelus, aut ad nos relata beneficio Dei per nos indigent, sicuti est corpus. Nam vtique martyres non dilexerunt sceleris persequentium se, quo tamen vsi sunt ad promerēdū Deum. Cum ergo quatuor sint diligēda: vnum quod supra nos est, alterū quod nos sumus, tertium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est; de secundo & quarto nulla prędcepta danda erant. Quātunlibet enim homo excidat a veritate, manet illi dilectio sui & dilectio corporis sui. Fugax enim animus ab incōmutabili lumine oīum regnatore id agit, vt ipse sibi regnet, & corpori suo. Et ideo nō pōt nisi & se corpus suum diligere. Magnum autem aliquid adeptum se putat si etiā socijs, id est, aliis hominibus, dominari potuerit. In est enim vitioso aīo id magis appetere, & sibi tāquam debitum vendicare, quod vni proprie debeat Deo. Talis autē sui dilectio melius odium vocat. Iniquum est enim quia vult sibi seruire, & quod infra se est, cū ipse seruire superiori nolit. Rectissimeque dictum est, Qui diligit iniquitatē, odit aīam suā, & ideo sit infirmus aīus, & de mortali corpore cruciat. Necesse ē enim vt illud diligat, & eius corruptiōe pręgraueť. Immortalitas enim, & incorruptio corporis de sanitate aī existit: sanitas āt aī est firmissime inhęrere potiori, hoc est, incōmutabili Deo: cū vero ēt eis, q sibi naturaliter pares sunt, hoc ē hominib. dñari affectat, intolerabilis omninō superbia ē.

NEMO ergo se odit. Et hinc quidē cum aliqua secta nonnulla quęstio fuit. Sed neque corpus suum quisquā odit. Verum est enim quod ait Apostolus, Nemo unquā carnē suam odio habuit. Et quod nōnulli dicūt male se omnino esse sine corpore, omninō fallunt. Nō enim corpus suū, sed corruptiones eius, & pondus oderunt. Nō itaque nullū corpus, sed incorruptum & integerrimum corpus volunt habere: sed putant nullum corpus esse si tale fuerit, quia tale aliquid animam esse putāt. Quod autem continentia quadam, & laboribus quasi persequi videntur corpora sua, qui hoc recte faciunt, nō id agunt vt non habeāt corpus, sed vt habeant subiugatū, & paratum ad opera necessaria. Libidines enim male vtētes corpore, id est, cōsuetudines, & inclinationes animę ad fruēdum inferioribus per ipsius corporis

poris laboriosam quandā militiā extinguere affectāt. Nā non se interimunt, sed curā suę valetudinis gerunt. Qui autē peruersē id agunt, quasi naturaliter inimico suo corpori bellū ingerunt. In quo fallit eos quod legunt, Caro cōcupiscit aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnē. Hęc enim sibiinuicē aduersant. Dictū est enim hoc propter indomitā carnalē cōsuetudinem, ad uersus q̄ spiritus cōcupiscit, non vt interimat corpus, sed vt cōcupiscentiā eius, id est cōsuetudinē male domitā faciat spiritui subiugatā, qd̄ naturalis ordo dederat. Quia enim hoc erit post resurrectionē, vt corpus omni no cū qete summa spiritui subditū immortaliter vigeat, hoc ēt in hac vita meditādū est, vt cōsuetudo carnalis mutet in melius, nec inordinatis motibus resistat spiritui. Quod donec fiat, caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: nō per odiū resistente spiritu, sed per principatū, quia magis quod diligit vult subditum esse meliori: nec per odium resistente carne, sed per consuetudinis vinculum, quod a parētum etiam propagine inueteratū naturæ lege inoleuit. Id ergo agit spiritus in domanda carne, ut soluat malę consuetudinis quasi pacta peruersa, & fiat pax cōsuetudinis bonę tamen nec isti, qui falsa opinione de prauati corpora sua detestantur, parati essent unum oculum, vel sine sensu doloris amittere, etiam si in altero tantus cernendi sensus remaneret, quantus erat in duobus, nisi aliqua res, quæ pręponenda esset, urgeret. Istis atque huiusmodi documentis satis ostenditur eis, qui sine pertinacia uerum requirunt, quam certa sit sententia Apostoli ubi ait, Nemo enim unquam carnem suam odio habuit. Addidit etiam, Sed nutrit, & fouet eā, sicut Christus ecclesiam.

Gal.5. Q̄uō carnē nostrā in seuitutē redigamus Au.i de agone Christ. ca.7.in Tom.3.

Amor sui vbi laudandus. CAP. XXV.

MODVS ergo diligēdi pcipiēdus est homini, id est quō se diligat vt pfit sibi. Quin āt se diligat, & pdesse sibi velit dubitare dementis est. Prędcipiēdū ēt quō corpus suū diligat, vt ei ordinate, prudēterq; cōsulat. Nā qd̄ diligat ēt corpus suū, id que saluū hre, atq; integrū velit, eque manifestū est. Aliqd itaq; amplius diligere aliqs pōt, quā salutē, atq; integritatē corporis sui. Nā multi & dolores & amissiones nōnullorū mēbrorum voluntarias suscepisse inueniunt: sed vt alia quę amplius diligebāt, saltē cōsequerent. Nō ergo propterea qsquā dicēdus est, nō diligere salutē, atq; incolumitatem corporis sui, qa amplius aliqd diligit. Nā & auarus q̄uis pecuniā diligat, tñ emit sibi panē. Q̄d cū facit, dat pecuniā, q̄ multū amat, & augere desiderat. Sed qa plus estimat salutē corporis sui, quę illo pane fulcit, supnacaneū est diutius de re manifestissima disputare, qd̄ tamen

Meditādi ȳbo pulchre hicvtit, nō tm̄ p cogitare, sed, pcogitare do exercere, sicuti veteres dixerūt, omnes artes i meditatiōe cōsistere. Q̄uō in hac vita non est p̄fecta quies: sed tm̄ post resurrectionē Au. patefacit sup Ioā. tract. 41. To.9 &.3.sēt.dist.27. ca.illud aūt pce Eph.5 ptū, & ab Au. in de pfectione humanę iustitię contra Cœlestiū añ mediū lib. in To.7. & quare nobis a Deo p̄cipit cū in hac vita nō iputat, ibidē ab Aug.

Et si vnusquisq; corpus suū diligat, cum hoc tm̄ pōt aliquid plus illo diligere.

De diligendo Deo, proximo, & seipso. CAP. XXVI.

Mat.22.
1.Tim.1.
3.sen. di.28.c.1

tamen plerunq; nos facere cogit error impiorum.

ERGO quoniã præcepto nõ est opus, vt se gsq; & corpus suum diligat, id est quoniã id qd' sumus, & id qd' infra nos est, ad nos tñ ptinet, incõcussa naturę lege diligimus, quę in bestias etiã promulgata est: nã & bestię se atq; corpa sua diligũt: restabat vt et de illo qd' supra nos est, & de illo qd' iuxta nos est, præcepta sumeremus. Diliges, inqt, Dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex tota mente tua, & diliges ꝓximũ tuũ tanq̃ teipsum: in his duobus prœceptis vniuersa lex pẽdet & ꝓphetę. Finis itaq; præcepti est dilectio, & ea gemina, id est, Dei & ꝓximi. Quod si te totũ intelligis, id est, aĩam & corpus tuũ, & ꝓximũ totũ, id est, aĩam & corpus eius: homo eni ex aĩa cõstat, & corpore, nullũ reṁ diligẽdaṁ genus in his duobus præcepris prętermissum est. Cũ enim præcurrat dilectio Dei, eiusq; dilectionis modus prescriptus appareat, itavt cętera in illũ cõfluãt, de dilectione tua nihil dictũ vr. Sed cum dictum est, Diliges ꝓximum tuũ tanq̃ teipsum: simul & tui abs te dilectio non prætermissa est.

Ordo dilectiõis CAP. XXVII. De isto ordine dilectionis habes ab Au. 8. de trini. capi. 8. in Tom. 3. & sup epist. cano. Ioã. circa mediũ & per totam. 29. dist. 3. sen. Quod proximus magis diligendus quã proprium corpus habes ab Aug. de Mose super Psal. 77. & sup Psal. 105. in Tom. octauo, quę ad huc ita intelligi possunt, quod pro salute alicuius cõmunitatis nõ tãtum corpus, sed & animam exponere debemus, vt Moses. Exo. 34. & Paulus, ad Ro. 9. qa nõ propriã, sed proximi vtilitatẽ, cum animę, tum corporis quęrere tenemur, vt Christo. Athana. & Theo. super illa verba Pauli & Magnus Basilius in de proprietatibus Christianorũ regula. 5.

ILLE autem iuste & sancte viuit, qui rerum integer æstimator est. Ipse est autem qui ordinatam dilectionem habet: ne aut diligat quod non est diligendum, aut non diligat quod est diligendum, aut amplius diligat quod minus est diligendum, aut æque diligat quod vel minus vel amplius diligendũ est, aut minus vel amplius quod æque diligẽdum est. Omnis peccator inquantum peccator est, nõ est diligẽdus. Et omnis homo inquantum homo est, diligendus est propter Deum, Deus vero propter seipsum. Et si Deus omni hoĩ amplius diligẽdus est, amplius quisque debet eum diligere quam seipsum. Itẽ amplius alius homo diligẽdus est q̃ corpus nostrũ: quia propter Deum oĩa ista diligenda sunt, & potest no biscum alius homo Deo pfrui, quod nõ potest corpus, quia corpus per animam viuit qua fruimur Deo.

Quibus potissimum sit succurrendum. CAP. XXVIII. 3. sen. dist. 29. capi, etiam super.

OMNES autem homines æque diligendi sunt. Sed cũ omnibus prodesse nõ possis, his potissimũ consulendũ est, qui pro locorum & temporum vel quarunlibet reṁ oportunitatibus constrictius tibi quasi quadã sorte iunguntur. Sicut enim si tibi abundaret aliquid quod dari oporteret ei qui nõ haberet, nec duobus dari posset, si tibi occurreret duo, quorum neuter alium vel indigẽtia, vel erga te aliqua necessitudine superaret, nihil iustius faceres quã ut sorte eligeres, cui dãdum esset quod dari vtrique non posset: sic in hominibus, quibus omnibus consulere nequeas, pro sorte habendum est prout quisque tibi colligatius temporaliter adhęrere potuerit.

Optandum vt omnes diligant Deum. CAP. XXIX.

OMNIVM autem qui nobiscum frui possunt Deo, partim eos diligamus quos ipsi adiuuamus, partim eos a quibus adiuuamur: partim eos quorum & indigemus adiutorio & indigẽtię subuenimus: partim quibus nec ipsi conferimus aliquid commodi, nec ab eis vt nobis cõferatur attendimus. Velle tamen debemus, vt omnes diligant nobiscum Deum, & totũ quod vel eos adiuuamus vel adiuuamur ab eis ad unũ illum finẽ referendũ est. Si enim in theatris nequitię qui aliquẽ diligit histrionẽ, & tanquã magno vel etiam summo bono eius arte perfruitur, omnes diligit qui eum diligunt secum, non propter illos, sed propter eum quem pariter diligũt: & quanto est in eius amore feruentior, tanto agit quibus potest modis, ut a pluribus dilígatur, & tanto pluribus cupit eũ ostendere, & quem frigidiorem videt excitat eũ quantũ potest laudibus illius: si autẽ cõtra ueniẽtem inuenerit, odit in illo vehemẽter odiũ dilecti su, & quibus modis valet, instat vt auferat: quid nos in societate dilectionis Dei agere cõuenit, quo perfrui beate viuere est, & a quo habẽt omnes q eũ diligũt, & quod sunt, & quod eũ diligũt: de quo nihil metuimus, ne cuiquã possit cognitus displicere, & qui se vult diligi, nõ vt sibi aliquid, sed vt eis qui diligunt ęternũ premium cõferatur, hoc est ipse quę diligũt. Hinc etiã efficitur, vt inimicos etiam nostros diligamus: non enim eos timemus, quia nobis quod diligimus auferre non possunt, sed miseramur potius, quia tanto magis nos oderũt, quanto ab illo quem diligimus separati sunt. Ad quem si cõuersi fuerint, & illum tanquam beatificum bonum, & nos tanquam socios tanti boni necesse est ut diligant.

2. sen. dist. 1. ca: cum ergo quęritur.

Omnis homo vt prosimus diligendus. CAP. XXX: 3. sen. dist. 28. capi, oritur.

ORITVR autem hoc loco de angelis nõnulla quæstio. Illo enim fruentes, etiam ipsi beati sunt, quo & nos frui desideramus. Et quanto in hac vita fruimur vel per speculũ vel in ęnigmate, tanto nostram peregrinationẽ & tolerabilius sustinemus, et ardentius finire cupimus. Sed vtrum ad illa duo præcepta etiam dilectio pertineat angelorum, non irrationabiliter quęri potest. Nã quod nullum hominũ excęperit qui præcipit vt proximũ diligamus, & ipse in Euãgelio Dominus ostẽdit, & Paulus apostolus. Namq; illi cui duo præcepta protulerat, atq; in eis pẽdere totam legẽ prophetasq; dixerat, cum interrogaret eũ, dicens: Et quis est meus proximus? hominem

Mat. 19. & 22
Rom. 13.
Luc. 10

De isto q̃ incidit latrones fusius ab Aug. sup. Ps. 30. & in Psalmone Psal. 31. & sup Ps. 36. & 125. in Tom. 8. & 4. sent. dist. 1. cap. primo.

minē quendam proposuit descendentem ab Hierusalē in Hiericō incidisse in latrones, & ab eis grauiter vulneratū saucium & semiuiuum esse derelictum. Cui proximū esse nō docuit, nisi qui erga illū recreandum atque curandum misericors extitit, itavt hoc qui interrogauerat interrogatus ipse fateretur. Cui Dominus ait, Vade & tu fac similiter: Vt videlicet eum esse proximū intelligamus, cui vel exhibendum est officium misericordiæ si indiget, vel exhibendum esset si indigeret. Ex quo est jam consequens, vt etiam ille a quo nobis hoc vicissim exhibendū est, proximus sit noster. Proximi enim nomē ad aliquid est, nec quisquam esse proximus nisi proximo potest. Nullum autem exceptum esse cui misericordiæ denegetur officium, quis nō videat? quādo vsq; ad inimicos etiam porrectū est eodē Domino dicente. Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos. Ita quoque Apostolus Paulus docet cū dicit: Nā non adulterabis, nō homicidium facies, nō furaberis, nō concupisces, & si quod est aliud mādatū, in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Quisquis ergo arbitratur nō de omni homine Apostolum præcepisse, cogetur fateri quod absurdissimum & sceleratissimum est, visum fuisse Apostolo non esse peccatum, si quis aut nō Christiani aut inimici adulterauerit uxorem, aut eum occiderit, aut eius rem cupierit. Quod si demētis est dicere, manifestum est omnem hominem proximum esse deputandum, quia erga neminem operandum est malum. Iā uero si uel cui prębendum est officium misericordię, recte proximus dicitur; manifestum est hoc præcepto quo iubemur diligere proximum, etiā sanctos angelos contineri, a quibus nobis tanta misericordię officia impenduntur, quanta multis diuinarum scripturarum locis animaduertere facile est. Ex quo et ipse Deus & Dominus noster proximum se nostrum dici uoluit. Nā & seipsum significat Dominus Iesus Christus opitulatum esse semiuiuo iacenti in uia afflicto & relicto a latronibus. Et Propheta in oratione ait. Sicut proximum sicut fratrem nostrum ita complacebam. Sed quoniam excellentior ac supra naturam nostram est diuina substantia, præceptum quo diligamus Deum a proximi dilectione distinctū est. Ille enim nobis prębet misericordiā propter suā bonitatē, nos autē nobis inuicē propter illius: id est ille nostri miseretur vt se perfruamur, nos vero inuicem nostri miseremur, vt illo perfruamur.

Mat. 5.

Roma. 13.

Proximus dicit diuersis modis, & quō .3. sent. dist. 28. capi. ultimo.

3. sent. dist. 28. capi. oritur.

Angeli quoq; proximi nobis.

Luc. 10. 4. sent. distinct. 1. ca. 1. Psal. 34.

1. sen. dist. 1. ca. sed cū, & 2. sē. di. 1. c. cū ergo.

Deus non fruit nobis, sed vtit.

CAP. XXXI.

QVAPROPTER adhuc ambiguum esse videtur cum dicimus ea re nos perfrui quam diligimus propter seipsam,

seipsam, & ea re nobis fruēdum esse tantum qua efficimur beati, cęteris vero vtendū. Diligit enim nos Deus, & multum nobis dilectionē eius erga nos diuina scriptura commendat: quomodo ergo diligit, vt nobis utatur, an ut fruatur? Sed si fruitur, eget bono nostro, quod nemo sanus dixerit. Omne enim bonum nostrum vel ipse, vel ab ipso est. Cui autem obscurum vel dubium est, non egere lucem rerum harum nitore quas ipsa illustranetur? Dicit etiam apertissime Propheta, Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Non ergo fruitur nobis, sed vtit. Nam si neq; fruitur neque vtitur, non inuenio quemadmodum diligat.

1. sen. dist. 1. cap. sed cū, & cap. cum autem. 2. sent. dist. 1. ca. cū ergo quęrit.

Psal. 15. Si Deus nobis nō utit, nec fruit, non inuenit quomodo nos diligat.

SED neque sic vtitur vt nos: nam nos res quibus vtimur ad id referimus, vt Dei bonitate perfruamur. Deus verò ad suam bonitatem vsum nostrū refert. Quia enim bonus est sumus: & inquātum sumus, boni sumus. Porro autem quia iustus est, non impune sumus mali. Inquantum enim mali sumus, intantum minus etiam sumus. Ille enim summe ac primitus est, q̃ omnino incommurabilis est, & qui plenissimè dicere potuit, Ego sum qui sum & dices eis, Qui est, misit me ad vos. At cętera quę sunt, et nisi ab illo esse nō possunt, & intantum bona sunt, inquantū acceperūt vt sint. Ille igitur vius qui dicitur Dei quo nobis vtitur, non ad eius sed ad nostrā vtilitatem refertur, ad eius autē tantū modo bonitatem, Cuius autē nos miseremur et cui cōsulimus, ad eius quidem vtilitatē id facimus, eāque intuemur: sed nescio quo modo etiā nostra sit consequens, cū eā misericordiā quā impēdimus egenti sine mercede nō reliquit Deus. Hęc autē merces summa est, vt eo perfruamur, & omnes qui eo fruimur, nobis etiam inuicem in ipso perfruamur.

Deus homine quo vtatur.

CAP. XXXII.

2. sen. dist. 35. cap. quod autē 1. sent. dist. 1. ca. sed cum Exo. 3

2. sen. dist. 1. ca. cum ergo quæritur. Mat. 5.

NAM si in nobis id facimus, remanemus in via & spē beatitudinis nostrę in homine vel in angelo collocamus. Quod & homo superbus & angelus superbus arrogant sibi, atque in se aliorum spem gaudent constitui. Sanctus autē homo & sanctus angelus etiam sessos nos atque in se acquiescere, & remanere cupientes reficiunt potius, aut eo sumptu quem propter nos, aut illo etiam quem propter se acceperunt: acceperunt tamen, atque ita refectos in illum ire compellunt, quo fruentes pariter beati simus. Nam & Apostolus clamat: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Et neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementū dat Deus. Et angelus hominem se adorantē monet, vt potius illū adoret, sub quo ei Domino etiam ipse conseruus est. Cum autem homine in Deo frueris, Deo potius quam homine frueris. Il-

Quomodo homme frui conueniat.

CAP. XXXIII.

1. Cor. 1. 1. Cor. 3. fusius super Ioā. trac. 1. & 4. in To. 9 & sup Psal. 30 in Tom. 8. 1. Cor. 3. Apocalip. 19. 3. sent. dist. 1. ca. cum autem.

Græce Paulus dixit ὁγαπῶσιν alludēs ad nomē Onesimi: idẏbū tā ad vtilitatem referūr, quā ad voluptatem

Prima via ad Deum CAP. XXXIIII.

Beda ex Au. sup Ioā. 1. primū. c. 2. co. 5 ad Roma. & in de verbis Apo. tract. 55. Prou. 8 1 To. 10

Philip. 3.

De hoc fusius ab Au. i sermōe de verbis Euāgelij. Tom. 4.

Ioan. 14.

Christus via, veritas, & vita. Nam per ipsum hominem unus ad ipsum deum, Ad illumq; pue nimus, & in illo permanemus q est vita spiritus nr̄i, vt spiritus noster Corporis nostri vita est. sup Ioā. trac. 6. & 63. in Tom. 9. & in de verb. domini ser. 54 in Tom. 10. & sic Humanitas Christi est via ad deum. Christum igitur attendi, pati venit eo & glorificari contemni, sed & exaltari, Mori, sed etiam resurgere Opus erat, mercedem vide, quare vis peruenire delicatus, ad eam rem ad quam non perducit nisi labor, in de verb. domini ser. 6, in Tom. 10 et multo melius

Io enim frueris quo efficieris beatus, & ad eū te peruenisse lætaberis, in quo spē ponis vt venias. Inde ad Philemonem Paulus: Ita frater, inquit, ego te fruar in Domino. Quod si non addidisset in Domino, & te fruar tā tum, dixisset, in eo cōstituisset spē beatitudinis suę, quā quam & vicinissime dicitur frui cum delectatione vti. Cum enim adest quod diligitur, etiam delectationē secū necesse est gerat. Per quam si transieris, eamque ad illud Vbi permanendum est retuleris, vteris ea, et abusiue non proprie diceris frui. Si verò inhęseris, atquē permanseris, finem in ea ponens lętitię tuæ, tunc verè & proprie frui dicendus es. Quod non faciendum est nisi in illa trinitate, id est summo & incommutabili bono.

VIDE quemadmodum cum ipsa veritas, & verbum, per quod facta sunt omnia, caro factum esset vt habitaret in nobis, tamē ait Apostolus: Et si nouerамus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus. Ille quippe qui non solum peruenientibus possessionem, sed etiā viam prębere se uoluit venientibus ad se, principiū viarum voluit carnem assumere. Vnde est etiam illud, Dominus creauit me in principio viarum suarum: vt inde inciperent qui vellent venire. Apostolus igitur quanuis adhuc ambularet in via, & ad palmam supernę vocationis sequeretur vocantē Dominū, tamen quę retro sunt obliuiscens, & in ea quę ante sunt extentus, iam principium viarum transierat, hoc est eo non indigebat: a quo tamen aggrediendum & exordiēdum iter est omnibus, qui ad veritatem peruenire, & in vita ęterna permanere desiderant. Sic enim ait: Ego sum via, veritas, & vita: hoc est per me venitur, ad me peruenitur, in me permanetur. Cum enim ad ipsum peruenitur, etiam ad ipsum patrem peruenitur: quia per ęqualem ille qui est ęqualis agnoscitur, iuniente & tanquam adglutināte nos Spiritu Sancto, quo in summo, atquē incōmutabili bono pmanere possimus: ex quo intelligitur, quod nulla res in via tenere nos debeat, quandò nec ipse Dominus, in quantum via nostra esse dignatus est, tenere nos voluerit, sed transire nē rebus temporalibus, quanuis ab illo prò salute nostra susceptis, & gestis hęreamus infirmiter, sed per eas potius curramus alacriter: vt ad eum ipsum, q nostrā naturā a tēporalibus liberauit, et collocauit ad dexterā patris, prouehi, atquē puenire mereamur.

lius est in hac via claudicare (Nempè moribus) quàm extrā viam fortiter currere (Vt quàm plures gentiles facere visi sunt) Quorum opera si videantur non vituperanda, sed laudanda essent, attamen si illorum discutiatur finis sunt vituperanda, quia salutis scopum, & viam, nempe Christū, non attendentes, Extra fidei viam moribus curere arbitrati sunt, inde illorū opa peccata. Ro. 14. & in 12. de trinitate. ca. 7. i To. 3. & in de spiritu & litera. 3. & 27. in To. 3. & in. 3. lib. cōtra duas pelagianorū Epi. ca. 5. in To. 7. & in pręf. psal. 31. in To. 8. & in isto. primo To. opusculo. Et super Euang. Ioan. trac. 25. in Tom. 9. & in de verb. domini ser. 55. in To. 10.

OMNIVM igitur, quę prędicta sunt, ex quo de rebus tractamus, hęc summa est, vt intelligatur legis, & omnium diuinarum scripturarum plenitudo, & finis esse dilectio rei qua fruendum est, & rei quę nobiscum ea re frui potest, ꝙa vt se quisq; diligat prębepto nō est opus. Hoc ergo vt nosceremus atque possemus, facta est tota pro salute nostra per diuinam prouidentiam dispensatio temporalis, qua debemus vti, non quasi mansoria quadā dilectione atq; delectatione, sed trāsitoria potius tanquā uiæ tanquā vehiculorū uel aliorū quorumlibet instrumentorū, aut siquid cōgruentius dici potest, vt ea qbus ferimur, ꝓpter illud, ad quod ferimur diligamus.

Scripturę summa amor Dei. CAP. XXXV. In p̄fatiōe Psal. 31. in Tom. 8.

Scopus totius scripturę. CAP. XXXVI.

QVIS QVIS igitur scripturas diuinas vel quamlibet earum partē intellexisse sibi videtur, ita vt eo intellectu non ędificet istam geminam charitatem Dei & proximi, nondum intellexit. Quisquis verò talem inde sentētiam duxerit, Vt huic ędificandę charitati sit vtilis nec tamen hoc duxerit, quod ille quem legit eo loco sensisse probatur, non pernicioſe fallitur, nec omnino mentitur. Inest quippe in mentiente voluntas falsa dicendi, & ideo multos inuenimus, qui mentiri velint, qui autem falli neminem. Cùm igitur hoc sciens homo faciat, illud nesciens patiatur, satis in una eademque re apparet illum qui fallitur, eo qui mentitur esse meliorem: quandoquidem pati melius est iniquitatem, quam facere. Omnis autem qui mentitur iniquitatē facit, & si cuiquam videtur utile aliquando esse mendacium, potest videri vtilem aliquando esse iniquitatem. Nemo enim mentiens in eo quod mentitur seruat fidem. Nam hoc vtique vult, vt cui mentitur fidem sibi habeat, quam tamen ei mentiendo non seruat. Omnis autem fidei violator, iniquus est. Aut igitur iniquitas vtilis est aliquando, quod fieri non potest, aut mendacium semper mutile est. Sed quisquis in scripturis aliud sentit quā ille qui scripsit, illis non mentientibus fallitur. Sed tamen vt dicere cœperam, si ea sentētia fallitur, qua ędificat charitatem quę finis prębepti est, ita fallitur, ac si quisquam errore deserens viam, eò tamen per agrum pergat, quò

Qūo nūq; licitū mēdaciū ēt ꝺ vti li, p corporeavita, ꝓximi, Aug. sup Ps. 5. & 3. sen. dis. 38: c. 1. et a diuo Tho. in 22. q. 2. c. q̄libet & ca, ne quis.

1. Thi. 1. Similitudo.

Scriptura qualē lectorē postulat. CAP. XXXVII.

Hoc fusius ab Au. in primo de ciuitate dei c. 21 in Tom. 5. & in præf. Psal. 31. & 48. in Tom. 8 et in sententijs de cerptis ex Au. in Tom. 9.

etiā via ista perducit: Corrigēdus est tamē, quā sit vtilius viānō deserere, demōstrandū est, ne cōsuetudine deuiandi etiam in transuersum aut peruersum ire cogatur.

ASSERENDO enim temere quod ille non sensit quem legit, plerunque incurrit in alia quę illi sententiæ contexere nequeat. Quæ si vera & certa esse consentit, illud non possit verum esse quod senserat: fit que in eo nescio quomodo, ut amando sententiam suam, scripturę incipiat offensior esse quam sibi. Quod malum si serpere siuerit, euertetur ex eo. Per fidem enim ambulamus, non per speciem. Titubabit autem fides si diuinarū scripturarum vacillat autoritas. Porrō fide titubante charitas etiam ipsa languescit. Nam si à fide quisque ceciderit, à charitate etiam necesse est cadat: non enim potest diligere quod esse nō credit. Porro si & credit, & diligit, bene agendo & preceptis bonorum morum obtemperando efficitur, etiam speret se ad id quod diligit esse vēturum. Itaque tria hęc sunt, quibus et scientia omnis & prophetia militat, fides, spes, charitas.

Charitas perpetuo manet. CAP. XXXVIII.

Ro. 8.

2. Cor. 13.

3. sen. dist. 31. ca. qđ ỹo & ca. ad uerēdū etiā est.

SED fidei succedit spes, quam videbimus: & spei succedet beatitudo ipsa, ad quam peruenturi sumus: charitas autem etiam istis decedentibus augebitur potius. Si enim credendo diligimus, quod nondum videmus, quāto magis cum videre cœperimus? Et si sperando diligimus, quo nondum peruenimus, quanto magis cum peruenerimus? Inter temporalia quippè atque æterna hoc interest, quod temporale aliquid plus diligitur antequā habeatur, vilescit autem cum aduenerit. Non enim satiat animam, cui vera, & certa sedes est æternitas. Æternum autem ardentius diligitur adeptum, quam desideratum. Nulli enim desideranti conceditur plus de illo existimare quam in se habet, vt ei vilescat cum minus inuenerit: sed quantum quisque veniens existimare potuerit, plus peruenies inuenturus est.

Fides, spes, charitas illumināt. CAP. XXXIX.

1. Cor. 13.

HOMO itaque fide, spe, & charitate subnixus, eaque inconcusse retinens, non indiget scripturis nisi ad alios instruendos: Itaque multi per hęc tria etiam in solitudine sine codicibus uiuunt. Vnde in illis arbitror iam completum esse, quod dictum est, Siue prophetię euacuabuntur, siue linguę cessabunt, siue scientia destruetur. Quibus tamen quasi machinis sancta fidei, & spei, & charitatis inest instructio, vt perfectum aliquid tenentes, ea quę sunt ex parte non quærant. Perfectum sanè quantū in hac vita potest: nam in comparatione futuræ vitæ nullius iusti, & sancti est vita ista perfecta. Ideo manent, inquit, fides, spes, charitas, tria hæc, maior autē horū est charitas: quia et cū quisque ad æterna puenerit, duobus istis decedētibus charitas auctior, & certior pmanebit.

Exēpla quō sine scripturis aliq̄ sacra itellexerūt mysteria, in prologo huius. Vita ista in cōparatione futurę vitæ non est pfecta, Nā vita

Quapropter

ta æterna est vera vita, Illa verò quæ hic habetur non est vera vita, cum ad illam sequatur mors. Et semper sit in rixa: æterna verò in perpetua pace morte caret, & ob id nobis cupientibus viuere illa promittitur vita, & quia mori timemus promittitur æterna. Amas viuere hoc habebis. Times mori, hoc non patieris, & est vita æterna secunda gratia quæ gratię fidei redditur. Ro. 6. Gratia autem dei vita æterna. Et Ioan. primo lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, & nos omnes de plenitudine eius accepimus gratiam pro gratia, super Ioan. trac. 22. & 37. in Tom. 9. & in de verb. domini sermone 64. in Tom. 10. & in de gratia & lib. arbit ad val. 6. 7. & 8. in Tom. 7. & in concione 2. de psalmo 30. in Tom. 8. & in Epist. 5. Episcoporum in Tom. 2. horum opuscul.

Qualē lectorē scriptura postulet CAP. XL.

1. Th. 1.

QVAPROPTER cum quisquè cognouerit finem præcepti esse charitatem, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, omnem intellectum diuinarum scripturarum ad ista tria relaturus, ad tractationem illorum librorum securus accedat. Cum enim diceret, charitas addidit, de corde puro: vt nihil aliud quā id quod diligendum est diligatur. Conscientiam vero bonam subiunxit propter spem. Ille enim se ad id quod credit & diligit peruenturum esse desperat, cui malæ conscientiæ scrupulus inest. Tertio, & fide inquit, non ficta. Si enim fides nostra mendacio caruerit, tunc & non diligimus quod non est diligendum, & recte viuendo id speramus, vt nullo modo spes nostra fallatur. Propterea & de rebus continentibus fidem, quantum pro tempore satis esse arbitratus sum, dicere volui, quia in alijs voluminibus siuè per alios siuè per nos multa iam dicta sunt. Modus itaque sit iste libri huius. Cætera de signis quantum dederit Dominus disseremus.

De hoc fusius ab Aug. in præfatione ps. 31. in Tom. 8.

D. AVRELII
AVGVSTINI DE DOCTRINA CHRISTIANA
LIBER SECVNDVS.



QVONIAM de rebus cum scriberem, præmisi commonens ne quis in eis attenderet nisi quod sunt, nō etiam siquid aliud præter se significant, vicissim de signis differens hoc dico, ne quis in eis attendat quod sunt, sed potius quod signa sunt, id est quod significant. Signum est enim res præter speciem quā ingerit sensibus, aliud aliquid ex se faciens in cogitationem

Vide diuũ Au. in lib. de Magistro ca. 1. &. 2. &. 3. in Tom. 1. Signa Alia naturalia, Alia uero data. Et quę naturalia.

gitationem uenire: sicut uestigio uiso transisse animal, cuius uestigium est, cogitamus: & fumo uiso ignem subesse cognoscimus: et uoce animantis audita, affectionem animi eius animaduertimus: et tuba sonante, milites uel progredi uel regredi, & si quid aliud pugna postulat oportere nouerunt. Signorum igitur alia sunt naturalia, alia data. Naturalia sunt, quę sine uoluntate atque ullo appetitu significandi, prĕter se aliquid aliud ex se cognosci faciunt, sicuti est fumus significans ignem. Non enim uolens significare id facit, sed rerum expertarum animaduersione & notatione cognoscitur iguem subesse, etiam si fumus solus appareat. Sed et uestigium transeuntis animalis, ad hoc genus pertinet. Et uultus irati seu tristis affectionem animi significat, etiam nulla eius uoluntate, qui aut iratus aut tristis est: aut si quis alius motus animi uultu indice proditur, etiam id nobis non agentibus ut prodatur. Sed de hoc toto genere nunc disserere non est propositum. Quoniam tamen incidit in id hactenus notatum esse suffecerit.

Quo signorum genere sit usurus hic.

CAP. II. Signa data quę.

DATA uero signa sunt, quę sibi quęq; uiuentia inuicem dant ad demonstrandos, quantum possunt, motus animi sui uel sensa aut intellecta quelibet. Nec ulla causa est nobis significandi, id est signi dandi, nisi ad depromendum & trajiciendum in alterius animum id quod in animo gerĕtis qui signum dat. Horum igitur signorũ genus quantum ad homines attinet considerare, atque tractare statuimus: qui & signa diuinitus data quę in scripturis sanctis continentur, per homines nobis indicata sunt, qui ea conscripserunt. Habent etiam bestiæ quædam inter se signa quibus produnt appetitum animi sui. Nam & gallus gallinaceus reperto cibo dat signum uocis gallinæ, ut accurrat: & columbus gemitu columbam uocat, & ab ea uicissim uocatur, & multa huiusmodi animaduerti solent. Quę utrum sicut uultus aut dolentis clamor sine significandi uoluntate sequantur motum animi, an uerè ad significandum dentur, alia quæstio est, & ad rem quæ nunc agitur non pertinet. Quam partem ab hoc opere tanquam non necessariam remouemus.

Videt in fine epi. Aug. ad Bonifacium, ubi de ista impositione significandi pulchra dicit Augu. & est in To. 2. epist. 23.

Inter signa principatum obtinent uerba.

CAP. III. Histrio

Quomodo signa proprie ipsa uerba fuerint.

SIGNORVM igitur quibus inter se homines sua sensa communicant, quædam pertinent ad oculorum sensum, pleraque ad aurium, paucissima ad cæteros sensus. Nam cum innuimus non damus signum nisi oculis eius quem uolumus per hoc signum uoluntatis nostræ participem facere. Et quidam motus manuum pleraque significant, Et histriones omnium membrorum motibus dant signa quędam scientibus, et cum oculis eorum quasi

quasi fabulantur. Et uexilla draconesque militares per oculos insinuant uoluntatem ducum. Et sunt hæc omnia quasi quędam uerba uisibilia. Ad aures autem quæ pertinent, vt dixi, plura sunt, in uerbis maxime. Nam & tuba, & tibia & cithara dant plerunque, non solum suauem, sed etiam significantem sonum. Sed omnia signa uerbis cõparata paucissima sunt. Verba enim prorsus inter homines obtinuerunt principatum significandi quęcunque animo concipiuntur, si ea prodere quisq; uelit. Nam & odore unguenti Dominus quo perfusi sunt pedes eius, signum aliquod dedit, Et sacramento corporis & sanguinis sui prægustato, significauit quod uoluit, Et cum mulier tangendo fimbriam uestimenti eius, salua facta est, nonnihil significat. Sed innumerabilis multitudo signorum, quibus suas cogitationes homines exerunt, in uerbis constituta est. Nam & illa signa omnia quorum genera breuiter attigi, potui uerbis enũciare, uerba uero illis signis nullo modo possum.

habes ab Aug. in lib. de Magistro a primo usque ad. 8. cap. ĩ Tom. 1. sed bene cõsidera ca. 4. qũo plurib. sensibus signa percipiunt. &. 7. 1. Cor. 14. Ioan. 12. De significato Mat. 9. Corporis & sanguinis Christi habebis infra libro. iij. cap. xvi.

SED quia uerberato aere statim trãseunt, nec diutius manent quam sonant, instituta sunt per literas signa uerborum. Ita uoces oculis ostenduntur, non per seipsas, sed per signa quędam sua. Ista igitur signa non potuerunt communia esse omnibus gentibus peccato quodã dissensionis humanę cum ad se quisque principatum rapit. Cuius superbiæ signum est erecta illa turris in cęlũ, ubi homines impij non solum animos, sed etiam uoces dissonas habere meruerunt.

Signa uerborũ literæ.

CAP. IIII. Ex superbia uarietas linguarũ.

Gen. 11. vt confunderetur hominum Malitia, ita & in apostolorum obedientia varietas linguarum. Act. 2. ut vbiq; & omnibus veritas manifestaretur. Nam superbia horũ fecit diuersitates linguarum, sic & humilitas Christi linguarum diuersitates congregauit, super Ioan. trac. vj. in Tom. 9.

EX quo factum est, ut etiam scriptura diuina qua tantis morbis humanarum uoluntatum subuenitur, ab una lingua profecta quæ oportune potuit per orbem terrarũ disseminari, per uarias interpretum linguas longe lateq; diffusa innotesceret gentibus ad salutem, quam legentes nihil aliud appetunt quam cogitationes, uoluntatemque illorum, a quibus conscripta est inuenire, & per illas uoluntatem Dei secundum quam tales homines locutos esse credimus.

Diuersitas linguarum.

CAP. V. Scriptura diuina ab una lingua ,profecta, per uarias interpretũ linguas vbique disseminat.

SED multis & multiplicibus obscuritatibus & ambiguitatibus decipiuntur, qui temere legunt aliud pro alio sentientes, quibusdam autem locis quid uel falso suspicentur non inueniunt: ita obscure quædam dicta densissimam caliginem obducunt. Quod totum prouisum diuinitus esse non dubito, ad edomandam labore superbiam, et intellectum a fastidio reuocandum, cui facile inuestigata

Obscuritas scripturæ non inutilis.

CAP. VI.

plerunque uilescunt. Quid enim est quæso, quòd quis quam dicat sanctos esse homines, atque perfectos, quorum uita & moribus Christi ecclesia, de quibuslibet superstitionibus præcidit eos, qui ad se veniunt, & imitatione bonorum sibimet, quodammodo incorporat: qui boni fideles & ueri Dei serui deponentes onera seculi ad sanctum baptismi lauacrum uenerunt, atque indè abscedentes conceptione Sancti Spiritus fructum dant geminæ charitatis, id est Dei & proximi: quid est ergo quod si hæc quisque dicat, minus delectat audientem, quam si ad eundem sensum locum illum exponat de Canticis canticorum ubi dictum est ecclesiæ, cum tanquam pulchra quædam fœmina laudaretur: Dentes tui sicut grex detonsarum ascendentes de lauacro, quæ omnes geminos creant, & non est sterilis in eis? Num aliud homo discit, quam cum illud planissimis uerbis, sine similitudinis huiusmodi aliculo audiret? Et tamen nescio quomodo suauius intueor sanctos, cum eos quasi dentes ecclesiæ uideo præcidere ab erroribus homines, atque in eius corpus emollita duritia quasi demersos mansosque transferre. Oues etiam iucundissimè agnosco detonsas, oneribus secularibus tanquam uelleribus depositis, & ascendentes de lauacro, id est de baptismate, creare omnes geminos, id est duo præcepta dilectionis, & nullam esse ab isto sancto fructu sterilem uideo. Sed quare suauius uideam, quam si nulla de diuinis libris talis similitudo promereretur, cum res eadem sit, eademque cognitio, difficile est dicere, & alia quæstio est. Nunc tamen nemo ambigit, & per similitudines libentius quæque cognosci, & cum aliqua difficultate quæsita multo gratius inueniri. Qui enim prorsus non inueniunt quod quærunt, fame laborant. Qui autem non quærunt, quia in promptu habent, fastidio sæpe marcescunt. In utroque autem languor cauendus est. Magnificè igitur, & salubriter Spiritus Sanctus ita scripturas sanctas modificauit, ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret. Nihil enim ferè de illis obscuritatibus eruitur, quod non planissimè dictum alibi reperiatur.

Canti.6. Oratio figurata quid efficiat. Quod in scripturis per dentes sanctos intelligere debeamus qui recte præcipiunt, & ut præcipiunt, uiuunt, fusius ab Aug. super Psal.3. in To. 8. ubi habes, quod aliquando per dentes uerba maledicta in scriptura intelligendum, aliqñ uero principes peccatorũ, aliqñ ỹo sanctos, uti Pe. act. 10. dcm̃ fuit: Macta & mãduca, hoc est, occide qđ sunt, & fac qđ tu es, ĩ q̃ sensu hic adducit ista authoritas.

Dei Timor p. gra.

Septem gradibus ad sapientiam itur

CAP. VII.

Pietas 7. gradu.

Gradus primus

Secundus

ANTE omnia igitur opus est Dei timore conuerti ad cognoscendam eius uoluntatem, siquid nobis appetendum, fugiendumque præcipiat. Timor autem iste cogitationem de nostra mortalitate, & de futura morte necesse est incutiat, & quasi clauatis carnibus omnes superbiæ motus ligno crucis affigat. Deinde opus est mitescere pietate, neque contradicere diuinæ scripturæ,

scripturæ, siue intellectæ, si aliqua uitia nostra percutit, siue non intellectæ, quasi nos melius sapere, meliusque percipere possimus: sed cogitare potius, & credere id esse melius & uerius quod ibi scriptum est, etiam si lateat quam id quod nos per nosmetipsos sapere possumus. Post istos duos gradus timoris, atque pietatis, ad tertium uenitur scientiæ gradum, de quo nunc agere statui. Nam in eo se exercet omnis diuinarum scripturam studiosus, nihil aliud in eo inueniens quam diligendum esse Deum propter Deum, & proximum propter Deum: & illum quidem ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligere, proximum uero tanquam seipsum, id est ut tota dilectio proximi, sicut etiam nostri referatur in Deum. De quibus duobus præceptis cum de rebus ageremus, in libro superiore tractauimus. Necesse est ergo ut primo se quisque in scripturis inueniat amore huius seculi, hoc est temporalium rerum implicatum, longe sejunctum esse a tanto amore Dei, & tanto amore proximi, quantum scriptura ipsa præscribit. Tum uero ille timor quo cogitat de iudicio Dei & illa pietas qua non potest nisi credere & cedere authoritati sanctorum librorum, cogit eum seipsum lugere. Nam ista scientia bonæ spei hominem se non iactantem, sed lamentantem facit. Quo affectu impetrat sedulis precibus consolationem diuini adiutorij, ne desperatione frangatur, & esse incipit in quarto gradu, hoc est fortitudinis, quo esuritur, & sititur iustitia. Hoc enim affectu ab omni mortifera iucunditate rerum transeuntium sese extrahit, & inde se auertens conuertit ad dilectionem æternorum, incommutabilem scilicet unitatem, eamdemque trinitatem. Quam ubi aspexerit quantum potest, in longinqua radiantem, fuique aspectus infirmitate sustinere se illam lucem non posse persenserit, in quinto gradu, hoc est in consilio misericordiæ purgat animam tumultuantem quodammodo atque obstrepentem sibi de appetitu inferiorum conceptis sordibus. Hinc uerò se in dilectione proximi gnauiter exercet, in eaque perficitur, & spe iam plenius atque integer uiribus cum peruenerit ut que ad inimici dilectionem ascendit in sextum gradum, ubi iam ipsum oculum purgat, quo uideri Deus potest, quantum potest ab ijs, qui huic seculo moriuntur quantum possunt. Nam intantum uident, inquantum moriuntur huic seculo. Inquantum autem huic uiuunt, non uident. Et ideo quanuis iam certior & non solum tolerabilior, sed etiam iucundior species lucis illius incipiat apparere, in ænigmate tamen

Tertius Scientia

De ista materia fusius ĩ prio de doc. Christ. 22. cap. usq; ad 38. & in 3. sen. dist. 27. et 28. & 29. & ab Aug. 8. de trini. ca. 8. To. 3. & sup primã epist. Ioã. circa mediũ in To. 9.

Scientia

Quartus Fortitudo.

Quintus Misericordia.

Sextus Meditatio.

1.Corin.13. men adhuc,& per speculum videri dicitur, quia magis per fidem,quam per,speciem ambulatur cum in hac vita peregrinamur, quamuis conuersationem habeamus in cœlis. In hoc autem gradu ita purgat oculum cordis, vt veritati ne ipsum quidem præferat,aut conferat proximum: ergò nec seipsum,quia nec illum quem diligit sicut seipsum. Erit ergo iste sanctus tam simplici corde atque mundato, vt nequè hominibus placendi studio detorqueatur a vero, nec respectu deuitandorum quorunlibet incommodorũ suorum,quæ aduersantur huic vitæ. Talis filius ascendit ad sapientiam, quę vltima & septima est,qua pacatus,tranquillusque perfruitur. Initium enim sapientię timor Domini. Ab illo enim vsque ad ipsam per hos gradus tenditur & peruenitur.

Hoc fusius ab Au.prio huius ca.37. & super Psa.31.& super Psa.48.in Tom. 2. & in de sectijs decerptis sen.7.in To.9.

Sapientia Septimus grad' Eccle.1.

Libri canonici CAP. VIII.

SED nos ad tertium gradum illum considerationem referamus,de quo differere quod Dominus suggesserit atque tractare instituimus. Erit igitur diuinarum scripturarum solertissimus indagator,qui primo totas legerit,notasque habuerit,& si nondum intellectu, iam tamen lectione, duntaxat eas quæ appellantur canonicæ. Nam cæteras securius leget fide veritatis instructus,ne præoccupent imbecillem animum & periculosis mendacijs atque phantasmatibus eludentes præiudicent aliquid contra sanam intelligentiam. In canonicis autem scripturis ecclesiarum catholicarum plurium authoritatẽ sequatur,inter quas sanè illę sunt quę Apostolicas sedes habere,& epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis,vt eas,quæ ab omnibus accipiuntur ecclesiis catholicis, præponat eis,quas quædam non accipiunt. In eis vero quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures grauioresque accipiunt, eis quas pauciores minorisque autoritatis ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit a pluribus, alias a grauioribus haberi, quanquam hoc inuenire non possit,æqualis tamen authoritatis eas habendas puto. Totus autem canon scripturarum in quo istam considerationem versandam dicimus, his libris continetur: quinque Moyseos, id est Genesi,Exodo,Leuitico,Numeri,Deuteronomio, & vno libro Iesu Naue, vno Iudicum, vno libello qui appellatur Ruth, qui magis ad Regnorum principia videtur pertinere: deinde quatuor Regnorum,& duobus Paralipomenon, non consequentibus, sed quasi a latere adiunctis simulque pergentibus. Hæc est historia quæ sibimet annexa tempora continet, atque ordinem rerum. Sunt aliæ tanquam ex diuerso ordine, quæ neque huic ordini, neque inter se connectuntur,sicut est Iob, & Tobias,& Hester,& Iudith, &

Septimus grad' Eccle.1.

Dist.19.cap.In canonicis.

& Machabæorum libri duo,& Esdræ duo,qui magis subsequi videntur ordinatam illam historiam vsque ad Regnorum vel Paralipomenon terminatam. Deinde prophetæ, in quibus Dauid vnus liber Psalmorum:& Salomonis tres,Prouerbiorum Cantica canticorum, & Ecclesiastes. Nam illi duo libri, vnus qui Sapientia,& alius qui Ecclesiasticus inscribitur,de qua dam similitudine Salomonis esse dicuntur. Nam Iesus filius Sirach eos scripsisse constantissime perhibetur. Qui tamen quoniam in authoritatem recipi meruerũt, inter propheticos numerandi sunt. Reliqui sunt eorum libri,qui proprie Prophetæ appellati sunt, duodecim Prophetarum libri singuli:qui connexi sibimet, quoniam nunquam seiuncti sunt,pro vno habentur:quorũ prophetarum nomina sunt hæc, Osee,Ioel,Amos,Abdias, Ionas,Micheas, Naum,Abacuc,Sophonias,Aggæus,Zacharias,Malachias. Deinde quatuor prophetæ sunt maiorum voluminum,Esaias,Hieremias,Daniel,Ezechiel. His quadragintaquatuor libris Veteris testamẽti terminatur authoritas. Nouj autem quatuor libris euangelij,secundum Matthæum,secundum Marcum,secundum Lucam, secundum Ioannem: quatuordecim epistolis Pauli apostoli,ad Romanos,ad Corinthios,duabus,ad Galatas,ad Ephesios,ad Philippẽses, ad Thessalonicẽses duabus,ad Colossẽses,ad Timotheũ duabus,ad Titũ,ad Philemonem,ad Hebræos: Petri duabus,tribus Ioãnis,vna Iudę,& vna Iacobi, Actibus apostolorum libro vno,& Apocalypsis Ioãnis libro vno.

In canone .84 Apostolorũ de reliquis vt Au. sed de Machabæis habet, de Machabęorum gestis Tres.i pri cip.1.Tom.cõ cilio- rum 2.Retra. capi.4. quod Iesus filius sirach,fuerit lib.sapientiæ author retractat.aug.2 retractationum 4.in primo To. & in.3.To.horũ opuscul.

Augustinus cũ canone apost. 84. concordãs

vult quod Ioannes apostolus tres scripserit Epistolas. At diuus Hieronimus in Catologo scriptorum Ecclesiasticorum, vbi Gesta sancti Ioannis apostoli recenset,inquit,scripsit autem diuus Ioannes Vnam Epistolam cuius exordium est, quod fuit ab initio quæ ab vniuersis Ecclesiasticis,& eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ quarum principium est. Senior electæ dominæ & Natis eius.& sequentis,senior Gaio charissimo, Ioannis presbiteri asseruntur,cuius & hodie Alterum sepulchrũ apud Ephesium ostenditur. Et nonnulli putãt duas memorias eiusdem Ioannis Euangelistæ esse super qua re cum per ordinem ad papiam auditorem eius ventum fuerit, differemus. (Atvbi papia gesta narrat inquit) Ex quo apparet ex ipso Catalogo Nominum(præceptorum papię ab ipso papianumeratorum) Alium esse Ioannẽ qui inter apostolos ponitur,& alium seniorem Ioannem,quem post aristionem enumerat,hoc autem dixi mus propter superiorem opinionem, quam a ple isque retulimus. Traditã duas posteriores Epistolas Ioannis nõ apostoli esse,sed presbiteri. Erasmus vero nouũ conficiens Catalogum,seu figmentum. A Canone apostolico,& a diuo Hier.& Aug.discrepãs,primam Epistolã Ioanni apostolo,secundam vero Ioanni præsbitero, & tertiam Ioanni Theologo vna cum Apocalypsis tribuit.

IN

Quid primo qd deinde quęrendum in literis sacris CAP. IX.

IN his omnibus libris timentes Deum & pietate mansueti quęrunt voluntatem Dei. Cuius operis, & laboris prima obseruatio est, vt diximus, nosse istos libros, & si nondum ad intellectum, legendo tamen vel mandare memorię, Vel omnino incognitos non habere. Deinde illa quæ in eis aperte posita sunt vel precepta viuendi, vel regulæ credendi, solertius diligentiusque inuestiganda sunt. Quæ quantò quisque plura inuenit, tantò est intelligentia capacior. In ijs enim quæ aperte in scriptura posita sunt, inueniuntur illa omnia, quæ continent fidem moresque uiuendi, spem scilicet atque charitatem, de quibus libro superiore tractauimus. Tum verò facta quadam familiaritate cum ipsa lingua diuinarum scripturarum, in ea quæ obscura sunt aperienda & discutienda pergendum est, vt ad obscuriores locutiones illustrandas de manifestioribus sumantur exẽpla & quędã certarum sententiarũ testimonia dubitationẽ de incertis auferãt. In qua re memoria ualet plurimum: quę si defuerit, non potes his præceptis dari.

Verba nũc proprie, nunc metaphorice accipiuntur, CAP. X.

DVABVS autem causis non intelliguntur quę scripta sunt, si aut ignotis, aut ambiguis signis obtegũtur. Sunt autem signa vel propria, vel translata. Propria dicuntur, cùm his rebus significandis adhibentur, propter quas sunt instituta, sicut cum dicimus bouem, intelligimus pecus, quod omnes nobiscum Latinæ linguæ homines hoc nomine vocant. Translata sunt, cùm & ipsæ res, quas propriis verbis significamus ad aliud significandum vsurpantur, sicut cum dicimus bouem, & per has duas syllabas intelligimus quod isto nomine appellari solet: sed per illud pecus rursus intelligimus Euangelistam, quem significauit scriptura interpretante Apostolo, dicens:

1. Cor. 9. Bouem triturantem non infrenabis.

Grẽcam linguã & Hebręam necessariam esse ad cognitionem literarũ sacrarum CAP. XI.

CONTRA ignota signa propria, magnum remedium est linguarum cognitio. Et Latinæ quidem linguæ homines, quos nunc instruendos suscepimus, & duabus alijs ad scripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebræa scilicet, & Græca, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita uarietas, quanquam & Hebræa uerba non interpretata sæpe inueniamus in libris, sicut amen, hallelu ia, & racha, & osanna, & si qua sunt alia, Quorum partim propter sanctiorem autoritatem, quamuis interpretari potuissent, seruata est antiquitas, sicut est amen & hallelu ia, partim vero in aliam linguam transferri non potuisse dicuntur, sicut alia duo quę posuimus. Sunt enim quedam verba certarum linguarum, quæ in

Aliqua verba Hebręa propter sanctiorem autoritatem non sunt interpretata

in vsum alterius linguæ per interpretationem transire nõ possunt. Et hoc maxime interiectionibus accidit, quę verba potius motum animi significant, quam sententiæ conceptę vllam particulam: nam & hęc duo talia esse perhibẽtur. Dicunt enim racha indignantis esse vocem, osanna lętãtis. Sed nõ propter hęc pauca, quę notare at ẽ interrogare facillimũ est, sed propter diuersitates, vt dictum est, interpretum illarum linguarum est cognitio necessaria. Qui enim scripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterunt linguam, numerari possunt, Latini autem interpretes nullo modo. Vt enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus, & aliquantulum facultatis sibimet vtriusque linguæ habere videbatur, ausus est interpretari.

Racha signum indignantis & osanna lętãtis, quæ duę dictiones in aliam linguam non possunt transferri.

Diuersitas interpretationũ quid faciat. CAP. XII.

QVAE quidẽ res plus adiuuit intelligentiam, quam impediuit, si modo legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plurium codicũ sępe manifestauit inspectio. Sicut illud Esaiæ prophetę vnus interpres ait: Et carnem tuam ne despexeris: alius, Et domesticos seminis tui ne despexeris vterque sibimet inuicem attestantur. Nanque alter ex altero exponitur: quia & caro posset accipi proprie vt corpus suum quisque ne despiceret, se putaret admonitum: & domestici seminis trãslate, Christiani possent intelligi, ex eodem verbi semine nobiscum spiritaliter nati. Nunc autem collato interpretum sensu probabilior occurrit sententia proprie de consanguineis non despiciendis esse pręceptum, quoniam domesticos seminis cum ad carnem retuleris, consanguinei potissimum occurrunt. Vnde esse arbitror illud Apostoli quod ait, Si quo modo ad æmulationem adducere potuero carnem meam, vt saluos faciam aliquos ex illis, id est vt æmulando eos, qui crediderant, & ipsi crederent. Carnem autem suam dixit Iudæos, propter consanguinitatem. Item aliud eiusdem Esaiæ propheræ, Nisi credideritis, non intelligetis. Alius interpretatus est, Nisi credideritis non permanebitis, Quis horum vera secutus sit, nisi exemplaria linguæ præcedentis legantur incertum est. Sed tamen ex vtroque magnum aliquid insinuatur scienter legentibus. Difficile est enim ita diuersos à se interpretes fieri, vt nõ se aliqua vicinitate cõtingant. Ergò quoniam intellectus in specie sempiterna est, fides verò in rerum temporalium quibusdam cunabulis quasi lacte alit parulos. Nunc autem per fidem ambulamus non per speciem, Nisi autem per fidem ambulauerimus, ad speciẽ peruenirenõ poterimus, quę non transit, sed per manet per intellectum purgatũ nobis cohęrẽtibus veritati. Propterea ille air, Nisi credideritis

Esa. 58.

Domesticos seu cõsanguineos tuos ne despexeris. Roma. 11.

Esa. 7.

1. Cor. 3. Quomodo nũc p speciem ambulamus, fusius

habes ab Aug. in primo huius et sup Esa. 7. ps. 48 in Tom. 8. & in sentētijs decerptis, senten. 7. in Tom. 9. Psal. 13.

dideritis non permanebitis. Ille vero, Nisi crediderit non intelligetis. Et ex ambiguo linguæ præcedentis plerunque interpres fallitur cui non bene nota sententia est, & eam significationem transfert quę a sensu scriptoris penitus aliena est. Sicut quidam codices habent, Acuti pedes eorum ad effundendum sanguinem ὀξεῖς enim apud Grecos & acutum & velocem significat. Ille ergo vidit sententiam qui transtulit, Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Ille autem alius ancipiti signo in aliā partem raptus errauit. Et talia quidem non obscura sed falsa sunt, quorum aliacondition est. Non enim intelligendos sed emendandos tales codices potius præcipiendum est. Hinc est enim et iam illud: quoniam μοσχος moschos Græce vitulus dicit, μοσχευματα moscheumata quidam non intellexerunt esse plantationes, & vitulamina interpretati sunt. Qui error tam multos codices præoccupauit, vt vix inueniatur aliter scriptum & tamen sententia manifestissima est, quia clarescit consequentibus verbis: Namque adulterinę plantationes non dabunt radices altas: conuenientius dicitur quam vitulamina, quę velut pedibus per terram graduntur, & non hærent radicibus. Hanc translationem in eo loco etiam cætera contexta custodiunt.

Sapien. 4.

Solœcismus & Barbarismus. CAP. XIII.

SED quoniam & quę sit ipsa sententia, quam plures interpretes pro sua quisq; facultate atque iudicio conantur eloqui, non apparet nisi in ea lingua inspiciatur quā interpretātur, et plerunque a sensu authoris deuius aberrat interpres si nō sit doctissimus: igitur aut illarum linguarum ex quibus in Latinam scripturam peruenit petenda cognitio est, aut habendę interpretationes eorum qui se verbis nimis obstrinxerunt, non quia sufficiunt, sed vt ex eis libertas vel error dirigatur aliorum, qui nō magis verba quam sententias interpretando sequi maluerunt. Nam non solum verba singula, sed etiam locutiones sæpe transferuntur, quæ omnino in Latinę linguæ vsum, si quis consuetudinem veterum, qui Latine locuti sunt tenere voluerit, transire non possunt. Quæ aliquandō intellectui nihil adimunt, sed offendunt tamen eos, qui plus delectantur rebus, cum etiam in earum signis sua quædam seruatur integritas. Nam solœcismus qui dicitur, nihil aliud est quam cum verba non ea lege sibi coaptantur qua coaptauerunt qui priores nobis non sine authoritate aliqua locuti sunt. Vtrum enim inter homines, an inter hominibus dicatur, ad rerum non pertinet cognitorem. Item barbarismus quid aliud est, nisi verbum non eis literis, vel sono enūciatū, quo ab eis qui Latine ante nos

Solœcismus quid

Barbarismus quid

nos locuti sunt, enunciari solet? Vtrum enim ignoscere producta tertia syllaba vel correpta dicatur, non multum curat qui peccatis suis Deum vt ignoscat petit, quolibet modo illud verbum sonare potuerit. Quid est ergo integritas locutionis, nisi Latinę consuetudinis conseruatio loquentium veterum authoritate firmata? sed tamen eo magis inde offenduntur homines, quo infirmiores sunt, & eo sunt infirmiores, quo doctiores videri volunt: non rerum scientia, qua ædificamur, sed signorum, qua non inflari omnino difficile est, cum & ipsa rerum scientia sæpè ceruicem erigat, nisi Dominico reprimatur iugo. Quid enim obest intellectori, quod ita scriptum est, quę est terra, in qua isti incident super eam, si bona est aut nequam, & quæ sunt ciuitates, in quibus ipsi inhabitant in ipsis? Quam locutionem magis alienæ linguæ esse arbitror, quam sensum aliquem altiorem. Illud etiam, quod iam auferre non possumus de ore cantantium populorum, Super ipsum autem floriet sanctificatio mea: nihil profecto sententiæ detrahit: auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, vt non floriet, sed florebit diceretur: Nec quisquam impedit correctionem nisi consuetudo cantantium. Ista ergo facile etiam contemni possunt, si quis ea cauere noluerit, quæ sano intellectui nihil detrahunt. At vero illud quod ait Apostolus: Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, si quis in eo Græcam locutionem seruasse voluisset, vt diceretur, Quod stultum est Dei, sapientius est hominum: & quod infirmum est Dei, fortius est hominum: iret quidem vigilantis lectoris intentio in sententię veritatem: sed tamen aliquis tardior aut non intelligeret, aut etiam peruerse intelligeret. Non enim tantum vitiosa locutio est in Latina lingua talis, verum etiam in ambiguitatem cadit, vt quasi hominum stultum vel hominum infirmum sapientius vel fortius videatur esse quam Dei: quanquam & illud, sapientius est hominibus, non careret ambiguo etiam si solœcismo careat. Vtrum enim his hominibus ab eo quod est huic homini, an ab his hominibus ab eo quod est ab hoc homine dictum sit, non apparet nisi illuminatione sententię. Melius itaq; dicitur, Sapientius est quā homines, et fortius est quā homines.

Integritas locutionis quid.

1. Cor. 8.

Sciētia sępe ceruicē erigit, nisi dominico reprimatur iugo. ob id ait Apost. sciētia inflat, charitas uero ędificat. 1. Cor. 8. fugere ne ḋhemus sciētiā si inflat

Psal. 131.

vt quid vobis dīsputamus, ista dī stingui

1. cor. 1. mus, Quod quā notstultū ē stis admone- Dei, sapiētius mus, ē homi- quod nū iux- nō no ta Gre. stis ipse ver. ob rimus. id, vt Sciētia tollatur cauenda ābiguitas huius inflet, locutio Ergo nis, me- amate, lius ēdi sciētiā, ceresapi sed an entius teponi q̄ hoies te Cha lic, & ritatē, erasmus Nam iterp̄ta scia sine cha ritate gninus, inflat,

De percipienda verborum & locutionum proprietate, & emendandis codicibus. CAP. XIIII.

DE ambiguis autem signis post loquemur, nunc de incognitis agimus, quorum duæ formæ sunt quantum ad verba pertinet. Nanq; aut ignotum verbum facit hę rerc

Cum charitate vero solidat, & ædificat, vt. 2. ad cor. 12. patet de Paulo, cui datus est carnis stimulus ne magnitudine revelationum ifiaret, in de verb. domini ser. 53. in Tom. 10. Et infra in isto. 2. lib. Cap. 41.

rere lectorem, aut ignota locutio. Quæ si ex alienis linguis veniunt, aut quærenda sunt ab earum linguarum hominibus, aut linguę eędem, si & ocium est & ingenium ediscendę, aut plurium interpretum conferenda collatio est. Si autem ipsius linguę nostræ aliqua verba locutionesq; ignoramus, legendi consuetudine, audiendiq; innotescunt. Nulla sane sunt magis mandanda memorię quam illa verborum, locutionumq; genera quę ignoramus, Vt cum vel peritior occurrerit, de quo quęri possint, vel talis lectio, quæ vel præcedentibus, vel consequentibus, vel vtrisque ostendat quam vim habeat, quidue significet quod ignoramus, facile adiuuante memoria possimus animaduertere, & discere: quanquam tanta est vis consuetudinis etiam ad discendum, vt qui in scripturis sanctis quodammodo nutriti, eruditique sunt, magis alias locutiones mirentur, easque minus Latinas putent, quam illas, quas in scripturis didicerunt, neque in Latinę linguę authoribus reperiri tur. Plurimum hic quoque iuuat interpretum numerositas collatis codicibus inspecta atq; discussa, tantum abest falsitas, nam codicibus emendandis primitus debet iuigilare solertia eorum, qui scripturas diuinas nosse desiderant, vt emendatis non emendari cedant, ex vno duntaxat interpretationis genere venientes.

Qui scripturas diuinas nosse desiderat, primitus debet emendare codices.

Interpretatio Septuaginta. CAP. XV.

In ipsis autem interpretationibus Itala cæteris præferatur. Nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ, Et Latinis quibuslibet emendatis, Græci adhibeantur, in quibus septuaginta interpretum quod ad vetus testamętum attinet, excellit authoritas: qui iam per omnes peritiores ecclesias tanta præsentia Spiritus Sancti interpretati esse dicuntur, vt os vnum tot hominum fuerit. Qui si, vt fertur, multique non indigni fide prędicant, singuli cellis etiam singulis separati cum interpretati essent, nihil in alicuius eorum codice inuentum est quod non iisdem verbis eodemque verborum ordine inueniretur in cęteris: quis huic authoritati conferre aliquid nedum præferre audeat? Si autem contulerunt vt vna omnium communi tractatu, iudicioque vox fieret, nec sic quidem quenquam vnum hominem qualibet peritia ad emendandum tot seniorum doctorumque consensum aspirare oportet aut decet. Quamobrem etiam si aliquid aliter in Hebręis exemplaribus inuenitur quam isti posuerint, cedendum esse arbitror diuinæ dispensationi, quæ per eos facta est: vt libri, quos gens Iudæa cęteris populis vel religione, vel inuidia prodere nolebat, credituris per Dominum gentibus ministra regis Ptolemęi potestate tanto ante proderentur. Itaque fieri potest, vt sic illi interpretati

De ciuita. Dei. lib. 18. cap. 43. in Tom. 5.

Istud alii veluti fabulam rident. Maxime diuus Hiero. in. 2. lib. Epist. in apologia aduersus Rufinum, ubi ita quit. Et nescio quis primus author septuagita cellulas Alexandrię mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadē

pretati sint quemadmodum congruere gentibus ille, qui eos regebat, & qui os vnum omnibus fecerat Spiritus Sanctus iudicauit. Sed tamen vt superius dixi, horum quoque interpretum qui verbis tenacius inhæserunt, collatio non est inutilis ad explanandam sæpe sententiā. Latini ergo vt dicere cœperam codices Veteris testamēti, si necesse fuerit, Grecorū authoritate emēdandi sunt, & eorum potissimū qui cū Septuaginta essent ore vno interpretati esse perhibētur. Libros autē Noui testamenti, si quidin Latinis varietatibus titubat, Grecis cedere oportere non dubium est, & maxime qui apud ecclesias doctiores, & diligentiores reperiuntur.

scriptitarint, cū Aristeas eiusdē Ptolomei unē- ęxamnhs, & multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint sed in vna basilica congregatos cōtulisse scribāt nō pro

phetasse, aliud est enim vatem, aliud interprætem esse (ex quibus verbis quod ait Aug. de illorum nimia authoritate soluendum est videlicet) si aliquid aliter in hebræis exemplaribus inuenitur quam septuaginta posuerint, cedendum esse arbitror diuinę inspirationi, quæ per eos facta est vbi Animaduertendum quid de ipsis scripserit diuus Hier. & quod Aug. supra dixit, si est, vt fertur, & vt multi fide digni prædicant. Nam hæc est locutio condi ctionalis quæ in esse nihil ponit.

In translatis vero signis, si qua forte ignota cogunt hærere lectorem, partim linguarum notitia, partim rerum inuestiganda sunt. Aliquid enim ad similitudinem valet, & proculdubio secretum quiddam insinuat siloa piscina, vbi lauare faciem iussus est, cui oculos Dominus luto de sputo facto inunxerat. Quod tamen nomen linguæ incognitę, nisi Euangelista interpretatus esset, tam magnus intellectus lateret. Sic etiam multa, quæ ab authoribus eorundem librorum interpretata non sunt nomina Hebræa non est dubitandum habere non paruam vim, atque adiutorium ad soluenda ænigmata scripturarum, si quis possit ea interpretari: quod nonnulli eiusdem linguæ viri periti non sane paruum beneficium posteris contulerunt, qui separata de scripturis eadem verba omnia interpretati sunt, & quid sit Adam, quid Eua, quid Abraham, quid Moyses, siue etiam locorum nomina: quid sit Hierusalem, vel Sion, vel Hiericho, vel Sina, vel Libanus, vel Iordanis, vel quæcunque alia in illa lingua sunt incognita nobis nomina. Quibus apertis & interpretatis multæ in scripturis figuratæ locutiones manifestantur. Rerum autem ignorantia facit obscuras figuratas locutiones, cum ignoramus vel animantium, vel lapidum, vel herbarum naturas aliarumue rerum, quæ plerunque in scripturis similitudinis alicuius gratia ponuntur. Nam & de serpente quod notum est, totum corpus eum pro capite obijcere ferientibus, quantum illustrat sensum illum quo Dominus iubet astutos nos esse sicut serpen-

Cognitio aliarū herbarum, lapidū, similiumq; necessaria. CAP. XVI.

Ioā. 9. & vide Aug. sup Ioan. tract. 44. in Tom. 9. Heb. Nomina.

Ignorātia rerū obscuras facit figuratas locutiones.

Mat. 10. sed de hac similitudie fusius Au. logitur sup psal. 57

in To.8. idēque Ath. Ioā. Chrisō. & Theo. super illa verba Mat. 10.

Ephe. 4. Col. 3 Mat. 7.

tes: vt scilicet pro capite nostro, quod est Christus, corpus potius persequentibus offeramus, ne fides Christiana tanquam caput necetur in nobis, si parcentes corpori negemus Deum: vel illud, quod per cauernæ angustias coarctatus, deposita veteri tunica vires nouas accipere dicitur, quantum concinit ad imitandam ipsius serpentis astutiam, exuendumque ipsum Veterem hominem, sicut Apostolus dicit, vt induamur nouo. & exuendum per angustias, dicente Domino, Intrate per angustam portam. Vt ergo notitia naturæ serpentis illustrat multas similitudines, quas de hoc animante scriptura dare consueuit, sic ignorantia nonnullorum animalium, quę non minus per similitudines commemorat, impedit plurimum lectorem. Sic lapidum, sic herbarum vel quæcunque tenentur radicibus. Nam & carbunculi notitia, quod lucet in tenebris, multa illuminat etiam obscura librorum vbicunque propter similitudinem ponitur, & ignorantia berilli, vel ad amātis claudit plerunque intelligentiæ fores. Nec aliam ob causam facile est intelligere pacem perpetuam significari oleæ ramusculo, quem rediens ad arcam columba pertulit, nisi quia nouimus & olei lenem contactum non facile alieno humore corrumpi, & arborem ipsam frondere perenniter. Multi autem propter ignorantiam hyssopi dum nesciunt quam vim habeat, vel ad purgandum pulmonem, vel vt dicitur ad faxa radicibus penetranda, cum sit herba breuis, atque humilis, omnino inuenire non possunt, quare dictum sit: Asperges me hyssopo & mundabor. Numerorum etiam imperitia multa facit non intelligi, transiate acmystice posita in scripturis. Ingenium quippe vt ita dixerim, ingenuum non potest non moueri quid sibi velit, quod & Moyses, & Helias & ipse Dominus quadraginta diebus ieiunauerunt? Cuius actionis figuratus quidam nodus, nisi huius numeri cognitione & consideratione non soluitur. Habet enim denarium quater, tanquam cognitionem omnium rerum intextam temporibus. Quaternario quippe numero & diurna & annua curricula peraguntur. Diurna matutinis, meridianis, vespertinis, nocturnisque horarum spatijs, Annua, Vernis, æstiuis, autumnalibus, hiemalibusque mensibus. A temporum autem delectatione dum in temporibus viuimus, propter æternitatem in qua viuere volumus abstinendum, & ieiunandum est quamuis temporum curribus ipsa nobis insinuetur doctrina cōtemnendorum temporum & appetendorum æternorum. Porro autem denarius numerus creatoris atque creaturæ significat scientiam: an trinitas creatoris est,

Exod. 28. Ezech. 28. Apoc. 21. Gen. 8.

Columba portauit folia, & fructus ad arcā, sic fide lis a co lūba spūs sācius cum bonis verbis & operibus charitatis ad ec Pſ. 50. clesiam Numeportat, rorū im iup Io. peritia trac. 6. multa fa in To cit igno mo. 9. rare in scripturis idem sup Pſal. 49. in Tom. 8. Exod. 24 3. Reg. 19 Mat. 4.

De numero quaternario

Mat. 22. Denarius numerus significat creatoris & creaturę scientiā, idē sup Pſal. 32. in Tom. 8. deut. 6. Leuit. 19. Mat. 19. & 22. Exo. 24. 3. reg. 19. Mat. 4.

septenarius autem numerus creaturam indicat, propter vitam, & corpus. Nam in illa tria sunt: vnde etiam toto corde, tota anima, tota mente diligendus est Deus. In corpore autem quatuor manifestissima apparent, quibus constat, elementa. In hoc ergo denario dum temporaliter nobis insinuatur, id est quater ducitur, caste, & continenter a temporum delectatione viuere, hoc est quadraginta diebus ieiunare monemur. Hoc lex, cuius persona est in Moyse, hoc prophetia, cuius personam gerit Helias, hoc ipse Dominus monet, qui tanquam testimonium habens ex lege & prophetis, medius inter illos in monte tribus discipulis videntibus atque stupentibus claruit. Deinde ita quæritur, quomodo quinquagenarius de quadragenario numero existat, qui non mediocriter in nostra religione sacratus est propter pentecosten, & quomodo ter ductus propter tria tempora, ante legem, sub lege, sub gratia, vel propter nomen Patris & Filij & Spiritus Sancti, adiuncta eminentius ipsa Trinitate ad purgatissimæ ecclesiæ mysterium referatur, perueniatque ad centum quinquaginta tres pisces, quos retia post resurrectionem Domini in dexteram partem missa ceperunt. Ita multis alijs atque alijs numerorum formis quædam similitudinum in libris sanctis secreta promuntur. quæ propter numerorum imperitiam legentibus clausa sunt. Non pauca etiam claudit atque obtegit nonnullarum rerum musicarum ignorantia. Nam & de psalterij & citharæ differentia, quidem non inconcinne aliquas rerum figuras aperuit: & decem chordarum psalterium non importune inter doctos quæritur vtrum habeat aliquam musicę legemq; ad tantum neruorum numerum cogat, an vero si non habet eo ipso magis sacrate sic accipiendus ipse numerus: vel propter decalogum legis: de quo item numero si quæratur, non nisi ad creatorem, creaturamque referendus est: vel propter superius expositum ipsum denarium. Et ille numerus ædificationis templi commoratus in Euangelio quadraginta scilicet & sex annorum, nescio quid musicum sonat, & relatus ad fabricam Dominici corporis, propter quam templi mentio facta est, cogit nonnullos hæreticos confiteri filium Dei non falso, sed vero & humano corpore indutum: & numerum quippe & musicam plerisque locis in sanctis scripturis posita honorabiliter inuenimus.

Act. 2.

Mar. 4. Luc. 5 Quare retia aū passione Dominus nō iussit ī dexterā vel sinistrā mitti, post ꝟo passione Io. 21. iussit mitti ī dexterā, &di & 32. fusius d numero qnquagenario Au. i expositione Pſal. 49. in Tom. 8. Nā & de Pſalterij & citharę differētia, & de numero denario fusius super pſ. 32. in To. 8.

NON enim audiendi sunt errores gentilium superstitionū, qui nouē Musas Iouis, & Memorię filias esse finxerunt. Refellit eos Varro, quo nescio vtrum apud eos quisquam talium rerū doctior vel curiosior esse possit.

Poetarū fabulas nō interpretandas allegorice.

CAP. XXXVII.

Simulacra Musarum

Dicit enim ciuitatem nescio quam, non enim nomen recolo, locasse apud tres artifices terna simulachra Musarum, quæ in templo Apollinis dono poneret, vt quisquis artificum pulchriora formasset, ab illo potissimum electa emeret. Itaque contigisse vt opera sua quoque illi artifices æque pulchra explicarent, & placuisse ciuitati omnes nouem atque omnes emptas esse, vt in Apollinis templo dedicarentur: quibus postea dicit Hesiodum poetam imposuisse uocabula. Nō ergo Iuppiter nouem Musas genuit, sed tres fabri ternas creauerunt. Tres autem non propterea illa ciuitas locauerat, quia in somnis eas uiderat, aut to se cuiusquam illorum oculis demonstrauerant: sed quia facile erat animaduertere omnem sonum, qui materies cantilenarum est, triformem esse natura. Aut enim æditur voce, sicuti eorum est qui faucibus sinè organo canunt: aut flatu, sicut tubarum & tibiarum: aut pulsu: sicut in citharis & tympanis & quibuslibet alijs quę percutiendo canora sunt.

Hesiodus poeta musis Nomina imposuit.

Sonus triformis est naturæ.

Prophani si qd bene dixerunt, non aspernādū CAP. XVIII.

SED siue ità se habeat quod Varro retulit, siue non ità, nos tamen non propter superstitionem prophanorum debemus musicam fugere, si quid inde vtile ad intelligendas sanctas scripturas rapere potuerimus: nec ad illorum theatricas nugas conuerti, si aliquid de citharis & de organis quod ad spiritalia capienda ualeat disputemus. Neque enim & literas discere non debuerimus, quia earum repertorem dicunt esse Mercurium: aut quia iustitię virtuti que templa dedicarunt, & quæ corde gestanda sunt in lapidibus adorare maluerunt, propterea nobis iustitia, virtusque fugienda est: imò verò quisquis bonus verusq; Christianus est, Domini sui esse intelligat vbicunque inuenerit veritatem, quam confitens, & agnoscens etiam in literis sacris superstitiosa figmenta repudiet: doleatque homines atque caueat, qui cognoscentes Deum, non vt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor insipiēs eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, et immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum.

Bonus christianus Domini sui esse intelligat vbicūq; inuenerit ueritatē Roma. 1.

Sap. 14 et. 15. et Abacuc. 2.

SED vt totum istum locum, nam est maxime necessarius, diligentius explicemus, Duo sunt genera doctrinarum, quę in gentilibus etiam moribus exercentur. Vnum earum rerum quas instituerunt homines, alterum earum quas animaduerterunt iam peractas, aut diuinitus institutas. Illud quod est secundum institutiones hominū, partim superstitiosum est, partim superstitiosum non est.

Doctrinarū genera duo. CAP. XIX

Doctrina humana partim superstitiosa

SVP

SVPERSTITIOSVM est, quicquid institutum est ab hominibus ad facienda & colenda idola, pertinens uel ad colendam sicut Deum creaturam, partemue vllam creaturæ, vel ad consultationes & pacta quędam significationum cum dęmonibus placita atque fœderata, qualia sunt molimina magicarum artium, quę quidem commemorare potius quam docere assolent poetę. Ex quo genere sunt, sed quasi licentiore vanitate, haruspicum & augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturę, atque remedia quę medicorum quoq; disciplina condemnat, siue in precantationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocant: siue in quibusdam rebus suspendendis atque illigandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas: quæ mitiore nomine physicam vocant, vt non quasi superstitiosè implicare, sed natura prodesse videantur: sicut sunt in aures in summo aurium singularum, aut destruthionum ossibus ansulæ indigitis, aut cum tibi dicitur singultienti, vt dextera manu sinistrum pollicem teneas. His adiunguntur milia inanissimarum obseruationum, si membrum aliquod salierit, si iunctim ambulantibus amicis, lapis, aut canis, aut puer medius interuenerit: atque illud quod lapidem calcant, tanquam diremptorem amicitiæ minus molestum est, quam quod innocentem puerum colapho percutiunt, si pariter ambulantibus intercurrerit. Sed bellum est quod aliquando pueri uindicantur a canibus: nam plerunque tam superstitiosi sunt quidam, vt etiam canem qui medius interuenerit ferire audeant, non impune: nam quę à uano remedio citò interdum ille percussorem suum ad verum medicum mittit. Hinc sunt etiam illa: limen calcare cum ante domum suam transit: redire ad lectum, si quis dum se calciat sternutauerit: redire domum, si procedens offenderit: cum vestis a foricibus roditur, plus timere suspitionem futuri mali, quam presens damnum dolere. Vndè illud eleganter dictum est Catonis, qui cùm esset consultus a quodam, qui sibi a soricibus erosas caligas diceret: respondit, non esse illud monstrum, sed uere monstrum habendum fuisset si sorices a caligis roderentur.

Superstitiosæ ligaturę, & remedia quę medici cōdemnāt.

Catonis dictū lepidum.

NEQVE illi ab hoc genere pernitiosæ superstitionis segregandi sunt, qui genethliaci propter natalium dierum considerationes, nunc autem vulgo mathematici uocantur. Nam & ipsi quamuis veram stellarum positionem, cum quisque nascitur consectentur, & aliquando etiam perueștigent, tamen quod inde co-

Superstitio CAP. XX.

Superstitio mathematica. CAP. XXI.

 nantur

nantur uel actiones nostras vel actionum euenta prædicere, nimis errant, & uendunt imperitis hominibus miserabilem seruitutem. Nam quisque liber cum ad huiusmodi mathematicum ingressus fuerit, dat pecuniam vt ferunus inde exeat, aut Martis, aut Veneris vel potius omnium syderum, quibus illi qui primi errauerunt, erroremque posteris propinauerunt, vel bestiarum propter similitudinem, vel hominum ad ipsos homines honorandos imposuerunt vocabula. Non enim mirandũ est, cum etiam propioribus, recentioribusque temporibus, sydus quod appellamus luciferum honori & nomini Cæsaris Romani dicare conati sunt. Et fortasse factũ esset, atque isset in vetustatem, nisi auia eius Venus prę occupasset hoc nominis prædium, neque iure vllo ad hæredes traiiceret, quod nunquam viua possederat aut posſidendum petiuerat. Nam vbi vacabat locus, neque alicuius priorum mortuorũ honore tenebatur, factũ est quod in rebus talibus fieri foleꝛ. Pro quintili enim & sextili mensibus, Iulium atque Augustum vocamus de honoribus dominum Iulij Cæsaris & Augusti Cæsaris nuncupatos, vt facile qui voluerit intelligat etiam illa sydera prius sine his nominibus cœlo vagata esse. Mortuis autem illis quorum honorare memoriam vel cogi sunt homines regia potestate, vel placuit humana vanitate, nomina eorum imponentes syderibus, eosque sibi mortuos in cœlum leuare videbantur. Sed quo modolibet vocentur ab hominibus, sunt tamen sydera, quæ Deus instituit, & ordinauit vt voluit, & est certus motus illorum quo tempora distinguuntur, atque uariãtur. Quem motum notare cum quisque nascitur quomodo se habeat facile est, per eorum inuentas conscriptasq; regulas quod sancta scriptura condemnat dicens, Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare seculum, quomodo eius Dominũ non facilius inuenerũt?

Sic Virgilius, Ecce Dionęi p tesit Cæsaris astrum. De hoc fusius ab Aug. 5. de ciuitate Dei ca. 1. ī To. 5. vbi hãc difficultatem declarãs, inqt, qđ ali qui a volũtate Dei alienãt syderũ virtutem, aliq; vo ex illa pẽdere consiꝛ, mant, sed illi q sine Dei volũtate decernere arbitrant syderа, qualis qs sit id honorũ habeamus, malorũq; patiamur, ab aurib. oĩum repellẽ Sap. 13. diisunt 14. et. 15 n solũ

eorũ qverã religionẽ tenẽt, ſ3 q Deorũ qualiũcũq; uolũt eẽ cultores, hęc .n. o; mio, qđ agit aliq̃, nisi vt nullus oĩno colaſ aut rogeſ Deus. ge. 1.

Obseruatio syderum. CAP. XXII.

Videanot. pce dẽtis ca. 1. 5. de ciuita. Dei cap. 1. in Tom. 5.

SED ex ea notatione velle nascentium mores, actus, euenta prædicere, magnus error, & magna demẽtia est. Et apud eos quidem qui talia dediscenda didicerunt, sine vlla dubitatione refellitur hæc superstitio. Constellationes enim quas vocant, notatio est syderum, quomodo se habebant cum ille nasceretur de quo isti miseri a miserioribus consuluntur. Fieri autem potest, vt aliqui gemini tam sequaciter fundantur ex vtero, vt interuallum temporis inter eos nullum possit apprehendi, & constellationum numeris annotari. Vnde necesse est nõ nullos geminos eadem habere constellationes, cum paria rerum vel quas agunt, vel quas patiuntur euenta non habeant, sed plerunque ita disparia, vt alius felicissimus, alius infelicissimus viuat: sicut Esau & Iacob geminos accipimus natos, ita vt Iacob qui posterior nascebatur manu plantam præcedentis fratris tenens inueniretur. Horum certe dies atque hora nascentium ali ter notari non posset, nisi vt amborum constellatio esset vna. Quantum autem interſit inter amborum mores, facta, labores atque successus, ſcriptura testis est, iam ore omnium gentium peruulgata: Neque enim ad rem pertinet, quod ducunt ipsum momentum minimum, atque angustissimum temporis quod geminorum partum diſterminat, multum valere in rerum natura, atque cœlestium corporum rapidissima velocitate, Etsi enim concedam ut plurimum valeat, tamen in constellationibus a mathematico inueniri non potest, quibus inspectis se fata dicere profitetur. Quod ergo in constellationibus nõ iuenit, quas necesse est vnas ispiciat, siue de Iacob, si ue de eius fratre cõsulat, qd ei ꝓdest si discat ī cœlo, qđ temere securus ifamat, & nõ discat ī tabula, quã frustra solicitus ītuet? Quare istæ quoq; opiniones gbusdã rẽ tũ signis humana ꝓsumptione institutis, ad eadẽ illa qua si quædã cũ dæmonibus pacta, & cõuẽta referẽdæ sunt. Non habenda fides mathematicis. CAP. XXIII.

HINC enim fit, vt occulto quodam iudicio diuino cupidi malarum rerum homines tradantur illudendi, & decipiendi pro meritis voluptatum suarum, illudentibus eos atque decipientibus prævaricatoribus angelis: quibus ista pars mundi infima secundum pulcherrimum ordinem rerum diuinæ prouidentiæ lege subiecta est. Quibus illusionibus, & deceptiõbus euenit, vt istis superstitiosis, & perniciosis diuinationum generibus multa præterita & futura dicantur, nec aliter accidant, quam dicunt: multaq; obseruantibus secundum obseruationes suas eueniant, quibus implicati curiosiores fiant & sese magis magisque inserant multplicibus laqueis, perniciosissimi erroris. Hoc genus fornicationis animæ salubriter diuina scriptura non tacuit, neque ab ea sic deterruit animam, vt propterea talia negaret esse sectanda, quia falsa dicuntur a professoribus eorum sed etiam si dixerint vobis, inquit, & ita euenerit, ne credatis eis. Non enim quia imago Samuelis mortui Sauli Regi vera prænunciauit, propterea talia sacrilegia, quibus imago illa præsentata est minus execranda sunt: aut quia in Actibus apostolorum ventriloqua fœmina verum testimonium perhibuit Apostolis Domini, ideo Paulus apostolus pepercit illi spiritui, ac non potius fœminã illius dæmonij correptione, atque exclusione mundauit

De istis geminis fusius habes ab Au. ī de prædestinatione & gra c. 7. ī To. 7 & ī. 3. To. horũ opusculorum.

Pars ista infima mũdi ꝓuaricatorib. angelis subiecta ẽ, qs Christus deuicit. Ne mũdus excuseſ, se a diabolo impediri ne ī Christũ credat, credẽ tibus enim illud prīce ps huius mũdi mittiſ foras, vt iã nõ operet in cordibus hoĩ; quos Christus. Cœperit possidere, ſicut opaſ ī filios diffidentiç, quos ad tentãdos, & tribulãdos iustos plerunq; Deut. conci. 1. Reg. tat. 28. Quia Act. 16 eniz miſ Vẽtrius ẽ fo loquaras qui quaſi trãſitus uẽtre lo dñabaſ quens extrin. Grẽce secus p ἐγγα- liaſ. ps. 29. & Io. 8os

15. & Au. su-
p. illū genus,
20. ps i &
To. 8.
et i isto
Tom.
opuscu
lorū &
in de-
verb.
dñi
mo. 60

Omnes igitur artes huiusmodi uel nugatorię, uel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta, penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano: non quod idolum sit aliquid, ut ait Apostolus, sed quia quę immolant dæmoniis immolant, & nō Deo: nolo autem uos socios fieri dæmoniorum. Quod autem de idolis & de immolationibus quæ honori eorum exhibentur, dixit Apostolus, hoc de omnibus imaginarijs signis sentiendum est, quę uel ad cultum idolorum, uel ad creaturam eiusque partes tanquam Deum colendas trahunt, uel ad remediorum aliarumq; obseruationum curam pertinent: quę non sunt diuinitus ad dilectionem Dei, & proximi, tanquam publice constituta, sed per priuatas appetitiones rerum temporaliu m, corda dissipant miserorum. In omnibus ergo istis doctrinis societas dęmonum formidanda atque uitāda est, qui nihil cum principe suo diabolo nisi reditum nostrū claudere atque obserare conantur. Sicut autem de stellis: quas condidit & ordinauit Deus humanę et decepti ę coniecturę ab hominibus inditutę sunt: sic etiam de quibusdam nascentibus uel quomodo diuinę prouidentię administratione existentibus rebus, multi multa humanis suspicionibus, quasi regulariter conjecta literis mandauerunt, si forte insolite acciderint, uelut si mula pariat, aut fulmine aliquid percutiatur.

De stellis humanę & deceptorię, cōiecturæ q̄ ab hoibus sunt istitutę, & d hoc fusius. 5. de ciuit. Dei ca. 1. in Tomo. 5.

Societas inter dęmones & mathematicos.

CAP, XXIIII.

Q VAE omnia tantum ualent, quantum præsumptione animorum quasi communi quadam lingua cum dęmonibus fœderata sunt. Quę tamen omnia plena sunt pestiferę curiositatis, cruciantis solicitudinis, mortiferæ seruitutis. Non enim quia ualebant, animaduersa sunt, sed animaduertendo atquè signando factum est vt valerent. Et ideo diuersis diuersa prouenient secundum cogitationes, & præsumptiones suas. Illi enim spiritus qui decipere uolunt, talia procurant cuique, qualibus eum irretitum per suspiciones, & cōsensiones eius viderint.

Comparatio

Sicut enim, verbi gratia, vna figura literę, quę decussatim notatur, aliud apud Græcos, aliud apud Latinos valet, non natura, sed placito, & consensione significandi: & ideo qui vtranque linguam nouit, si homini Greco uelit aliquid significare scribēdo, nō in ea significatione ponit hanc literam, in qua eam ponit cum homini scribit Latino. Et beta uno eodemque sono, apud Græcos literę, apud Latinos oleris nomen est. Et cum dico, lege, in his duabus syllabis, aliud Græcus, aliud Latinus intelligit. Sicut ergo hæ omnes significationes pro suę cuiusque societatis consensione animos monēt, & quia diuersa consensio est, diuerse mouent: nec ideo

Beta vno eodē que sono, apud Greęos literæ, apud Latinos, oleris nomē ē,

consenserunt

consenserunt in eas homines, quia iam ualebant ad significationem: sed ideo ualent, quia consenserunt ī eas. Sic etiam illa signa, quibus pernicioſa dæmonum societas comparatur, pro cuiusque obseruationibus ualent. Quod manifestissime ostendit ritus augurum, qui & antequam obseruent, & posteaquam obseruata signa tenuerint, id agunt ne videant volatus, vt audiant voces auium: quia nulla ista signa sunt, nisi consensus obseruantis accedat.

Instituta huma na CAP, XXV.

Q VIBVS amputatis atq; eradicatis ab animo Christiano, deinceps videndę sunt institutiones hominum non superstitioſę, id est non cum dęmonibus, sed cum ipsis hominibus institutæ. Namque omnia quæ ideo valent inter homines, quia placuit inter eos vt ualeant, instituta hominum sunt: quorum partim superflua, luxurioſaque instituta sunt, partim commoda, & necessaria. Illa enim signa, quę saltando faciunt histriones, si natura non instituto & consensione hominum ualerent, non primis temporibus saltante Pantomimo prœco pronunciaret populis Carthaginis quid saltator vellet intelligi. Quod adhuc multi meminerunt senes, quorum relatu hęc solemus audire. Quod ideo credendum est, quia nunc quoque si quis theatrum talium nugarum imperitus intrauerit, nisi ei dicatur ab altero, quid illi motus significent, frustra totus intentus est. Appetunt tamen omnes quandam similitudinem in significando, ut ipsa signa in quantum possunt, rebus quę significantur similia sint. Sed quia multis modis simile aliquid alicui potest esse, non constant talia signa inter homines, nisi consensus accedat. In picturis vero & statuis, cęteriſque huiusmodi simulatis operibus, maxime peritorū artificum, nemo errat cum similia uiderit, vt agnoscat, quibus sint rebus similia. Et hoc totum genus: inter superflua hominum instituta numerandum est, nisi cum interest quid eorum, qua de causa, & vbi, & quando, & cuius authoritate fiat. Milia deniq; fictarum fabularum & falsitatum, quarum mendacijs homines delectantur, humana instituta sunt. Et nulla magis hominū propria, quæ a seipsis habent, existimanda, quam quęque falsa, atque menda cia. Commoda vero & necessaria hominū cum hominibus instituta sunt, quęcunque in habitu, & cultu corporis ad sexus uel honores discernendos differentia placuit: & innumerabilia genera significationum sine quibus humana societas, aut non omnino aut minus commode geritur: quęque in ponderibus, atq; mensuris, & numererum impressionibus, uel ęstimationibus suę cuique ciuitati & populo sunt propria, & cętera huiusmodi. Quę nisi hominum instituta essent, non

Pantomimus ab excellentia imitationis dictus est Mimus, qui quoslibet gestus & mores expresserit, & quauis gesserit personam.

Homo nihil magis propriū hēt quā falsa atque mēdacia, sed de hoc fusius ab Au. sup Psal. 5. & in. 3. sen. dist, 38. cap. 1. & a duo To. in. 22. q: 2. cap. quolibet & ca. ne qs & ī cōsil. Araus. ca. 22. i. 1. To. cōsi.

per

per diuersos populos varia essent, nec in ipsis populis singulis pro arbitrio suorum principū mutarentur. Sed hæc tota pars humanorum institutorum, quæ ad usum vitę necessariū proficiunt, nequaquā est fugienda Christiano, imo etiam quantum satis est, intuenda, memoriaque retinenda.

Quæ hominum instituta fugienda, & quæ amplectenda sunt. CAP. XXVI.

ADVMBRATA enim quædam & naturalibus utcunque similia hominum instituta sunt, quorum ea quę ad societatem, ut dictum est, dæmonum pertinent, penitus repudianda sunt, & detestanda. Ea vero quæ hominum cum hominibus habent, assumenda, inquantum nō sunt luxuriosa atque superflua: & maxime literarum figuræ, sine quibus legere non possumus, linguarum que varietas, quantum satis est de qua superius disputauimus. Ex eo genere sunt etiam notæ, quas qui didicerunt, proprie iam notarij appellantur. Vtilia sunt ista, nec discuntur illicite, nec superstitione implicant, nec luxu eneruant, si tantum occupent, vt maioribus rebus, ad quas adipiscendas seruire debent, non sint impedimento.

Quę dicātur hominū instituta. & quę nō. CAP. XXVII.

IAM vero illa, quæ non instituendo, sed aut transacta temporibus, aut diuinitus instituta, inuestigando hominum prodiderunt, vbicunq; discantur, non sunt hominum instituta existimanda. Quorum alia sunt ad sensus corporis alia vero ad rationem animi pertinentia. Sed illa, quę sensu corporis attinguntur, vel narrata credimus, vel demōstrata sentimus, vel experta conijcimus.

Historia CAP. XXVIII.

QVICQVID igitur de ordine temporum transactorum indicat ea, quæ appellatur historia, plurimum nos adiuuat ad sanctos libros intelligendos, etiam si prę ter ecclesiam puerili eruditione discatur. Nam & per olympiadas, & per consulum nomina multa sæpe quæruntur a nobis: & ignorantia confusatus, quo natus est Dominus, & quo passus est, nonnullos coegit errare, vt putarent quadraginta sex annorum ætate passum esse Dominum, quia per tot annos ædificatū esse templum, dictum est a Iudęis, quod imaginem Dominici corporis habebat. Et annorum quidem fere triginta baptizatum esse retinemus autoritate euāgelica. Sed postea quot annos in hac uita egerit, quanquam textu ipso actionum eius animaduerti possit: tamen ne aliunde calido dubitationis oriatur, de historia gentium collata cum euangelio, liquidius, certiusque colligitur. Tunc enim videbitur non frustra dictum esse, quod quadraginta sex annis templum ædificatum sit: vt cum referri iste numerus ad ætatem Domini non potuerit, ad secretiorem instructionem

Cristū passum esse āno fere. 30. docet Ioā. 2. Tertullianus in opę aduersus Iudęos, Lu. 3. imperij Tyberij, anno. 15. coss. Rubellio Gemino. Irenęus putat illum fuisse maiorem annis. 40. Io. 2.

ctionem humani corporis referatur, quo indui propter nos non dedignatus est unicus Dei filius, per quem facta sunt omnia. De vtilitate autem historiæ, vt omittam Grecos, quantam noster Ambrosius quæstionem solvit calumniantibus Platonis lectoribus, & dilectoribus: qui dicere ausi sunt, omnes Domini nostri Iesu Christi sententias, quas mirari & predicare coguntur, de Platonis libris eum didicisse, quoniam longe ante humanum aduentum Domini Platonem fuisse negari nō potest: Nonne memoratus episcopus considerata historia gentium, cum Platonem reperisset Hieremię prophetæ temporibus profectum fuisse in Aegyptum, vbi tunc ille Propheta erat, probabilius esse ostendit, quod Plato potius nostris literis per Hieremiam fuerit imbutus, vt illa posset docere, vel scribere quę iure laudantur? Ante literas enim gentis Hebręorum, in qua unius Dei cultus emicuit, ex qua secundum carnem venit Dominus noster, nec ipse quidem Pythagoras fuit, a cuius posteris Platonem theologiam didicisse isti asserunt, Ita consideratis temporibus fit multo credibilius istos potius de literis nostris habuisse, quæcunque bona & uera dixerūt, quam de Platonis Dominum nostrum Iesum Christum, quod dementissimum est credere, Narratione autem historica, cum pręterita etiam hominum instituta narrantur, non inter humana instituta ipsa historia numeranda est: quia iam quæ transierunt, nec infecta fieri possunt, in ordine temporum habenda sunt, quorum est conditor & administrator Deus. Aliud est enim facta narrare, aliud docere facienda. Historia facta narrat fideliter, atque vtiliter: libri autem haruspicum, & quæque similes literę facienda vel obseruanda intendunt docere, monitoris audacia, non iudicis fide.

2. Retra. cap. 4.

Christum Dominū accepisse omnes suas sentētias ex libris Platonis aliqui dixerunt.

EST etiam narratio demonstrationi similis, qua non prætenta, sed presentia indicantur ignaris. In quo genere sunt quęcunque de locorum situ, naturisque animalium, lignorum, lapidum, herbarum, aliorumque corporum scripta sunt. De quo genere superius egimus, eamque cognitionem valere ad ænigmata scripturarum soluenda docuimus: non vt pro quibusdam signis adhibeantur, tanquam ad remedia vel machinamenta superstitionis alicuius: nam & illud genus iam distinctum ab hoc licito & libero separauimus. Aliud est enim dicere, tritam istam herbam si biberis, venter non dolebit: & aliud est dicere istam herbam collo si suspenderis uenter non dolebit. Ibi enim probatur contemperatio salubris: hic significatio superstitiosa damnatur. Quāquam vbi precantationes, & inuocationes, & characteres non sunt, plerunque dubiū est vtrum res, quę aliga-

Cognitio herbarum & similiū rerum non est superstitiosa. CAP. XXIX. In cap. 16. huius 2. lib.

Aliud est dicere istam herbā si biberis nēter non dolebit. & aliud si collo suspenderis, nēter nō dolebit.

tur.

tur, aut quoquo modo adiungitur sanando corpori, vi naturę valeat, quod libere adhibendum est: an significatiua quadam obligatione proueniat, quod tanto prudentius opportet cauere Christianum, quanto efficacius prodesse videbitur. Sed vbi latet, qua causa quid valeat, quo animo quisque vtatur interest, duntaxat in sanandis vel temperandis corporibus, siue in medicina, siue in agricultura: syderum autem cognoscendorum non narratio, sed demonstratio est, quorum per pauca scriptura commemorat. Sicut autem plurimis notus est lunæ cursus, qui etiam ad passionem Domini anniuersarie celebrandam solenniter adhibetur: sic paucissimis cæterorum quoque syderum uel ortus vel occasus, vel alia quælibet momenta sine vllo sunt errore notissima. Quę per seipsam cognitio, quanquam superstitione quosdam non alliget, non multum tamen ac prope nihil adiuuat tractationem diuinarum scripturarum, & infructuosa intentione plus impedit. Et quia familiaris est pernicioſissimo errori fatua fata cantantium, commodius honestiusque contemnitur. Habet autem præter demonstrationem præsentium, etiam prǫteritorum narrationi simile aliquid, quod a prǫsenti positione motuque syderum, & in prǫterita eorum vestigia regulariter licet recurrere. Habet etiam futurorum regulares coniecturas, non suspiciosas & ominosas, sed ratas & certas: non vt ex eis aliquid trahere in nostra fata & euenta tentemus, qualia genethliacorum deliramenta sunt, sed quantum ad ipsa pertinet sydera. Nam sicut is qui computat lunam, cum hodie inspexerit quota sit, & ante quolibet annos quota fuerit, & post quotlibet annos quota futura sit, potest dicere sic de vno quoque syderum, qui ea perite computat, respondere consueuerunt. De qua tota cognitione, quantum ad vsum eius attinet, quid mihi videtur aperui.

Artis mechanicæ in scripturis vsus. CAP. XXX.

ARTIVM etiam cęterarum, quibus aliquid fabricat vel quod remaneat post operationem artificis ab illo effectum, sicut domus, & scamnum, & vas aliquod, atque alia huiusce modi: uel quę ministeriũ quoddam exhibent operanti Deo, sicut medicina, & agricultura, & gubernatio: vel quarum omnis effectus est actio, sicut saltationũ, & cursuum, & luctaminum. Harum ergo cunctarum artium de prǫteritis experimenta faciunt etia futura conjici: nam nullus earum artifex membra mouet in operando, nisi prǫteritorum memoriam cum futurorum expectatione cõtexat. Harum autem cognitio tenuiter in ipsa humana vita cursimque vsurpanda est, non ad operandum, nisi forte officium aliquod cogat, de quo nunc nõ agimus,

agimus, sed ad iudicandum, ne omnino nescamus quid scriptura velit insinuare, cum de his artibus aliquas figuratas locutiones inserit,

RESTANT ea quę non ad corporis sensus, sed ad rationem animi pertinent, vbi disciplina regnat disputationis, & numeri. Sed disputationis disciplina ad omnia genera quęstionum quę in literis sanctis sunt penetranda, & dissoluenda, plurimum valet: tantum ibi cauenda est libido rixandi, & puerilis quędam ostentatio decipiendi aduersarium. Sunt enim multa, quæ appellantur sophismata, falsæ conclusiones rationum, & plerunque ita veras imitantes, vt non solum tardos, sed ingeniosos etiam minus diligenter attentos decipiant. Proposuit enim quidam, dicens ei cum quo loquebatur. Quod ego sum, tu non es. At ille consensit. Verum enim erat ex parte, vel eo ipso, quod iste insidiosus, ille simplex erat. Tunc iste addidit, Ego autem homo sum. Hoc quoque cum ab illo accepisset, conclusit dicens, Tu igitur non es homo. Quod genus captiosarum conclusionum scriptura quantum existimo detestatur illo loco vbi dictũ est, Qui sophistice loquitur, odibilis est. Quanquam etiam sermo non captiosus, sed tamen abundantius quam grauitatem decet, verborum ornamenta consectans, sophisticus dicatur. Sunt etiam verę connexiones ratiocinationis falsas habentes sententias, quę consequuntur errorẽ illius, cum quo agitur. Quæ tamẽ ad hoc inferuntur a bono, & docto homine: vt in iis erubescens ille, cuius errorem consequuntur, eundem relinquat errorẽ: quia si in eodem manere voluerit, necesse est vt etiã illa quę damnat, tenere cogatur. Non enim vera inferebat Apostolus, cum diceret, Neque Christus resurrexit: & illa alia, Inanis est prędicatio nostra, inanis est fides nostra: & deinceps alia quę omnino falsa sunt, quia & Christus resurrexit, & non erat inanis prędicatio eorum qui hoc annunciabant, nec fides eorũ qui hoc crediderant: sed ista falsa verisimè connectebãtur illi sententię, qua dicebatur, non esse resurrectionem mortuorum. Istis autem falsis repudiatis, quoniam vera erant si mortui non resurgunt, consequens erit resurrectio mortuorum. Cum ergo sint veræ connexiones, nõ solum verarum, sed etiam falsarum sententiarum, facile est veritatem connexionum etiam in scholis illis discere, quæ prǫter ecclesiam sunt. Sententiarum autem veritas in sanctis libris ecclesiasticis inuestiganda est.

Dialectica CAP. XXXI. Q. d dialectica valet ad dissoluẽdas nõnullas qõnes in sacris literis, Et quod Paulus dialecticus habes ab Aug. in primo lib. cõtra Cresconium grãmaticum cap. 12. & 13. & 14. Hoc syllogismo quidã adortus Diogenem, ipse facta a Diogene cõuersione captus derridebat. Eccl. 37.

IPSA tamen veritas connexionum non instituta, sed animaduersa est ab hominibus et notata, ut eam possint vel discere, vel docere. Nam est in rerum ratiõe perpetua, & diuinitus instituta. Sicut enim qui narrat ordinem

Hoies ordinem rerũ nõ instituerũt, sed animaduerterunt. CAP. XXXII.

dinem temporum, non eum ipse componit: & locorum situs, aut naturas animalium, vel stirpium, vel lapidum qui ostendit, non res ostendit ab hominibus institutas: & ille qui demonstrat sydera, eorumque motus, non a se vel ab homine aliquo rem institutam demonstrat: sic etiam qui dicit, cum falsum est quod consequitur, necesse est vt falsum sit, quod præcedit, verissime dicis, neq; ipse facit vt ita sit, sed tantum ita esse demonstrat. Ex hac regula illud est quod de apostolo Paulo commoraumus: præcedit enim non esse resurrectionem mortuorum, qui dicebant illi, quorum errorem destruere volebat Apostolus. Porrò illam sententiam præcedentem, qua dicebant non esse resurrectionem mortuorum, necessario sequitur, Neq; Christus resurrexit. Hoc autem quod sequitur, falsum est, Christus enim resurrexit. Falsum est ergo & quod præcedit. Præcedit autem, non esse resurrectionem mortuorum. Est igitur resurrectio mortuorum. Quod totum breuiter ita dicitur, Si non est resurrectio mortuorum, neq; Christus resurrexit: Christus autem resurrexit, est igitur resurrectio mortuorum. Hoc ergo vt consequenti ablato, auferri etiam necessario quod præcedit, non instituerunt homines, sed ostenderunt. Et hæc regula pertinet ad veritatem connexionũ, non ad veritatem sententiarum.

Falsitates cõnexionũ ostendentes, non illas faciunt, sed illas demõstrant, sic & de illarũ veritatibus dicẽdũ. 1. Corin. 15.

Ne hic falacia videatur antecedẽtis & cõsequẽtis, sciẽdũ, quod in terminis conuertibilibus licet a destructione antecedentis ad destructionem consequentis argumentarij, & a positione cõsequentis ad positionem. Antecedentis pro qua difficultate, vide philosophum hac forma argumentandi vsum fuisse. 5. phisi. 22. & 30. Et primo Cœli. 32. Et primo de anima 13. Et primo de generatione. 44. & 3. Met. 8.

Conclusio syllogismi falsa.

CAP. XXXIII.

SED in hoc loco de resurrectione cum ageretur, & regula connexionis vera est, & ipsa in conclusione sententia. In falsis autem sententiis, connexionis veritas est isto modo. Faciamus aliquem concessisse, si animal est cochlea, vocem habet. Hoc cõcesso, cum probatum fuerit vocem cochleam non habere, quoniam consequenti ablato, illud quod præcedit aufertur, concluditur non esse animal cochleam. Quæ sententia falsa est, sed ex cõcesso falso vera est conclusionis connexio. Veritas itaque sententiæ per seipsam valet, veritas autem connexionis ex eius cum quo agitur opinione vel concessione consistit. Ideò autem, vt supra diximus, infertur vera connexione quod falsum est, vt eum, cuius errorem corrigere volumus, pœniteat concessisse præcedentia, quorum consequentia videt esse respuenda. Iam hinc intelligere facilè est, sicut in falsis sententiis veras, sic in veris sententiis falsas conclusiones esse posse. Fac enim aliquem proposuisse, Si iustus est ille, bonus est, & esse concessum. Deinde assumpsisse, non est

non est autem iustus. Quo item concesso, intulisse conclusionem: Non est igitur bonus. Quæ tametsi vera sint omnia, non est tamen vera regula conclusionis. Non enim sicut ablato consequenti aufertur necessario quod præcedit, ita etiam ablato præcedenti auferetur necessario quod consequitur: quia verum est, cum dicimus: Si orator est, homo est. Ex qua propositione si assumamus, Non est autem orator: nonerit consequens cum intuleris, Non est igitur homo.

Destructio cõsequẽtis aufert antecedens, & nõ e contra. Exclusis terminis conuertibilibus vt supra cap. præcedenti declarauimus. Themist. & cõ.

& quando consequens est cum modo vel de possibili, vt super, 13. test. primo de anima determinant.

QVAPROPTER aliud est nosse regulas connexionum, aliud sententiarum veritatem. In illis discutitur quid sit consequens, quid non consequens, quid repugnans. Consequens est, Si orator est, homo est. Inconsequens, Si homo est, orator est. Repugnans, Si homo est, quadrupes est. Hic ergo de ipsa connexione iudicatur. In veritate autem sententiarum ipse per se sententiæ non earum connexio consideranda est: sed veris, certisque sententiis, cum incertæ vera connexione iunguntur, etiam ipsæ certæ fiant necesse est. Quidam autem sic se iactant, cum veritatem connexionum didicerint, quasi sententiarum ipsa sit veritas. Et rursus, quidam plerunque retinentes veram sententiam male se contemnunt, quia leges conclusionis ignorant: cum melior sit, qui nouit esse resurrectionem mortuorum, quam ille qui nouit consequens esse, vt si resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit.

Aliud est nosse leges conclusionum, quam res intelligere.

CAP. XXXIIII.

ITEM scientia definiendi, diuidendi, atq; partiendi, quanquam etiam rebus falsis plerunq; adhibeatur, ipsa tamen falsa non est, neq; ab hominibus instituta, sed in rerum ratione comperta. Non enim quia & fabulis suis eam poetæ, & opinionibus erroris sui vel falsi philosophi vel etiam hæretici, hoc est falsi Christiani adhibere consueuerunt, propterea falsum est, neque in definiendo, neq; in diuidendo aut partiendo aliquid complectendũ esse quod ad rem ipsam non pertinet, aut aliquid quod pertinet prætereundũ. Hoc verum est, etiam si ea, quę de finiuntur aut distribuuntur vera nõ sint: nam & ipsum falsum definitur, cũ dicimus, falsum esse significationem rei nõ ita se habentis vt significatur, siue aliquo alio modo. Quę definitio vera est, quanuis falsum verũ esse nõ possit. Possumus etiam diuidere, dicentes, duo esse genera falsi: vnum eorũ quę omnino esse nõ possunt, alterum eorum quę nõ sunt, quamuis esse possint. Nam qui dicit septem

Definitio, diuisio, partitio.

CAP. XXXV.

Falsum quid.

septem & tria vndecim esse, id dicit quod omnino esse non potest: qui vero dicit calendis, verbi gratia, Ianuarijs pluisse, tametsi factum non sit, id tamē dicit quod fieri potuerit. Definitio igitur, & diuisio falsorū potest esse verissima, quanuis falsa ipsa vtique vera non sint.

Eloquentia nō semper vera p̄suadet. CAP. XXXVI.

SVNT etiam quędam præcepta vberioris disputationis, quę iam eloquentia nominatur, quę nihilominus vera sunt, quanuis eis possint etiam falsa persuaderi. Sed quia & vera esse possunt, non est facultas ipsa culpabilis, sed ea male vtentium peruersitas. Nam neque hoc ab hominibus institutum est, vt veritatis expressio conciliet auditorem, aut vt facile quod intendit, instruet breuis & aperta narratio, & varietas eius sine fastidio teneat intentos, & cęterę huiusmodi obseruationes: quę siue in falsis, siue in veris causis, verę sunt tamē, inquantū vel sciri, vel credi aliquid faciūt, aut ad expetendum, fugiendumue animos mouent, & inuentę potius quod ita se habeāt, quā vt ita se haberēt instituтę.

Quo eloquētia vtilis bñ utētibus ea, habes ab Aug. contra cresconiū grammaticū lib. 1. c. 3. in Tomo. 7.

Rhetorica ad sermonē, dialectica ad iudicādum vtilis. CAP. XXXVII. De discrimine dialectices et rhetorice, fusius ab Aug. cōtra cresconiū grāmaticū lib. 1. ca. 16 in Tom. 7.

SED hæc pars cum discitur, magis vt proferamus ea quæ intellecta sunt, quam vt intelligamus adhibenda est. Illa vero conclusionum & definitionum & distributionum plurimum intellectorem adiuuat: tantum abest error, quo videntur homines sibi ipsam beatæ vitæ veritatem didicisse, cum ista didicerint: quanquam plerumque accidat, vt facilius homines res eas assequantur, propter quas assequendas ista discuntur, quam talium præceptorum nodosissimas & spinosissimas discipli nas. Tanquam si quispiam dare volens præcepta ambulandi, moneat non esse leuandum pedem posteriorē, nisi cum posuerit priorem, deinde minutatim quemadmodum articulorum & poplitum cardines oporteat moueri describat. Vera enim dicit, nec aliter ambulari potest: sed facilius homines hoc faciendo ambulant, quam animaduertunt cum faciunt, aut intelligunt cum audiunt. Qui autem ambulare non possunt, multo minus curant, quæ nec experiendo possunt attendere. Ita plerunque citius ingeniosus videt non esse ratam conclusionem, quam præcepta eius capit: tardus autem non ea videt, sed multo minus quod de illa præcipitur. Magisque in his omnibus ipsa spectacula veritatis sępe delectant, quam ex eis in disputando aut iudicando adiuuamur, nisi forte quod exercitatiora reddunt ingenia, si etiam maligniora, aut inflatiora non reddāt: hoc est, vt aut decipere verisimili sermone, atq; interrogationibus ament, aut aliquid magnū, quo se bonis, at que innocētibus anteponāt, se assecutos putēt, qui ista didicerūt.

Numeri. CAP. XXXVIII.

IAM vero numeri disciplina cuilibet tardissimo clarum est, quod non sit ab hominibus instituta, sed potius

indagata, atque inuenta. Non enim sicut primam syllabam Italiæ, quam breuem pronunciauerunt veteres, uoluit Virgilius, & longa facta est, ita quisquam potest efficere cum voluerit, vt ter terna aut non sint nouem, aut non possint efficere quadratam figuram, aut nō ad ternarium numerum tripla sint, ad senarium sexcupla, ad nullum dupla, quia intelligibiles numeri semissem non habent. Siue ergo in seipsis considerentur, siue ad figurarum, aut sonorum, aliarumue motionum leges numeri adhibeantur, incommutabiles regulas habent, neque vllo modo ab hominibus institutas, sed ingeniosorum sagacitate compertas. Quæ tamen omnia quisquis ita dilexerit, vt factare se inter imperitos velit, & non potius quærere vnde sint vera, quæ tantummodo vera esse perspexerit: & inde quędam non solum vera, sed etiam incommutabilia, quæ incommutabilia esse non comprehenderit: ac sic a specie corporum vsque ad humanam mentem perueniens, cum & ipsam mutabilem inuenerit, quod nunc docta, nunc indocta sit, constituta tamen inter incommutabilem supra se veritatem, & mutabilia infra se cætera, ad vnius Dei laudem, atque dilectionem cuncta conuertere, a quo cūcta esse cognoscit, doctus videri potest, sapiens autem esse nullo modo.

Numeri habēt ī cōmutabiles regulas, nullo modo ab hominibus institutas, sed ingeniosorū sagacitate compertas.

QVAMOBREM videtur mihi studiosis, & ingeniosis adolescentibus, & timētibus Deum, beatamque vitam quærentibus salubriter præcipi, vt nullas doctrinas quæ præter ecclesiam Christi exercentur, tanquam ad beatam vitam capessendam secure sequi audeant, sed eas sobrie diligenterque dijudicent. Et si quas inuenerint ab hominibus institutas varias propter diuersas voluntates instituentium, & ignotas propter suspiciones errantium, maxime si habeant etiam cum dæmonibus iniam societatem per quarūdam significationum quasi quædam pacta atque conuenta, repudient penitus & detestentur, alienent etiam studia a superfluis & luxuriosis hominum institutis. Illa vero instituta hominū, quæ ad societatem coniuentium valent, pro ipsa huius vitę necessitate non negligant. In cæteris autem doctrinis, quæ apud gentes inueniuntur, præter historiam rerum, vel præteriti temporis, vel præsentis ad sensus corporis pertinentium, quibus etiam vtilium artium corporalium experimenta & coniecturæ annumerantur, & præter rationem disputationis, & numeri nihil vtile esse arbitror. In quibus omnibus tenendum est, Ne quid nimis, & maxime in ijs quæ ad corporis sensus pertinēt ia, voluuntur temporibus, & continentur locis. Sicut autem quidā de verbis omnibus, & nominibus Hebręis, & Syris, & Aegyptijs, vel si qua alia lingua in scri-

Quę artes humāę ap̄lectędę. CAP. XXXIX. De doctrinis hominum repudiandis.

Leges humanę

pturis sanctis inueniri potest, quę in eis sine interpretatione sunt posita, fecerūt ut ea separatim interpretaretur: quod & Eusebius fecit de temporum historia propter diuinorū librorum quęstiones, quæ vsum eius flagitāt: quod ergo hi fecerunt de his rebus, vt non sit necesse Chhristiano in multis propter pauca laborare: sic video posse fieri, si quem eorum, qui possunt benignam sine operam fraternę vtilitati delectet impędere, vt quoscunque terrarū locos, quæue animalia, vel herbas, atq; arbores, siue lapides, vel metalla incognita, speciesque quasliber scriptura cōmemorat, ea generatim digerēs, sola expositā literis mandet. Potest etiam de numeris fieri, vt eorum tantummodo numerorum exposita ratio conscribatur, quos diuina scriptura meminit. Quorum aliqua aut omnia forte iam facta sunt, sicut multa, quę a bonis doctisque Christianis elaborata atque cōscripta arbitramur, non inuenimus: sed siue propter turbas negligētiū, siue propter inuidorū occultationes latent: quod vtrum de ratione disputandi fieri possit, ignoro. Et videtur mihi fieri non posse, quia per totum textum scripturarum colligata est neruorum vicē; & ideo magis ad ambigua soluenda, & explicanda, de quibus post loquemur, legentes adiuuat, quam ad incognita signa, de quibus nunc agimus, agnoscenda.

De hoc fusius ab Au. sup Psa. 49. in Tom. 8.

Ab ethnicis sicd bene dictū i nostrū vsum est cōuertendum.

PHILOSOPHI autē qui vocātur, siqua forte vera & fidei nostrę accōmoda dixerunt, maxime Platonici, nō solum formidanda nō sunt, sed ab eis etiā tanquam iniustis possessoribus in vsum nostrū vendicanda. Sicut enim Aegyptij nō solū idola habebāt & onera grauia, quę populus Israel detestaretur & fugeret, sed etiā vasa atque ornamēta de auro & argēto & veste, quę ille populus exiens de Aegypto, sibi potius tanquā ad vsum meliorem clanculo vēdicauit, non authoritate propria, sed precepto Dei ipsius Aegyptijs nescientes commodāti bus ea, quibus nō bene vtebantur: sic doctrinæ omnes gētilium non solum simulata, & superstitiosa figmenta, graueśq; sarcinas superuacanei laboris habēt, que vnusquisq; nostrum duce Christo de societate gētilium exiens, debet abominari, atq; deuitare: sed etiam liberales disciplinas vsui veritatis aptiores, & quędā morū præcepta vtilissima cōtinēt, decp; ipso Vno Deo colēdo nōnulla vera inueniuntur apud eos: quod eorum tanquam aurū & argētū, quod nō ipsi instituerunt, sed de quibusdā quasi metallis diuinę prouidētię, quę vbiq; infusa est eruerūt, & quo puerse atq; iniuriose ad obsequia dęmonū abutunt, cū ab eorū misera societate sese animo separat, debet ab eis auferre Christianus ad vsum iustū prędicādi euāgelij. Vestē quoq; illorū, id est, hominū quidem

Distin. 37. cap. legimus. Quō precepto Dei semp bona præcipiētis iussi sunt Hębrei, exspoliare Aegyptios, habes ab Au. cōtra Faustū lib. 22. cap. 71. & 72. & 73. in Tom. 6.

institutā, sed tamē accōmodata humanę societati, qua in hac vita carere non possumus, accipere atq; habere licuerit in vsum cōuertenda Christianū: nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nōne aspicimus, quāto auro, & argēto, & veste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor suauissimus, & martyr beatissimus? quāto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? Vt de viuis taceā: quanto innumerabiles Gręci? Quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moyses fecerat, de quo scriptum est, quod eruditus fuerit omni sapiētia Aegyptiorum? Quibus omnibus viris superstitiosa gentium consuetudo, & maxime illis temporibus, cū Christi iugum decutiens, Christianos persequebatur, disciplinas quas vtiles habebat, nunquam commodaret, si eas in vsum vnius Dei colendi, quo vanus idolorum cultus extingueretur, conuersum iri suspicaretur: sed dederunt aurum, & argentum, & vestem suam exeunti populo Dei de Aegypto, nescientes quemadmodum illa quæ dabant, in Christi obsequium redderentur. Illud enim in Exodo factum, sine dubio figuratum est vt hoc pręsignaret: quod sine prejudicio alterius, aut paris, aut melioris intelligentiæ dixerim.

Act. 7.

Studiū theologię qualem animum requirat. CAP. XLI.

SED hoc modo instructus diuinarum scripturarum studiosus, cum ad eas perscrutandas accedere cœperit, illud Apostolicum cogitare non cesset: Scientia inflat, charitas ędificat. Ita enim sentiet, quanuis de Aegypto diues exeat, tamen nisi pascha egerit, saluum se esse nō posse. Pascha autem nostrum immolatus est Christus. Nihilque magis immolatio Christi nos docet, quā illud quod ipse clamat, tanquā ad eos quos in Aegypto sub Pharaone videt laborare: Venite ad me qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos: tollite iugū meū super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: iugū enim meum suaue est, & sarcina mea leuis. Quibus nisi mitibus & humilibus corde, quos non inflat scientia, sed charitas ędificat? Meminerint ergo eorū, qui pascha illo tēpore per vmbrarū imaginaria celebrabant cū signari postes sanguine agni iuberentur, hyssopo fuisse signatos. Hæc herba mitis, & humilis, est, nihil fortius & penetrabilius eius radicibus: vt in charitate radicati, & fundati possimus cōprehēdere cū omnibus sanctis, quę sit latitudo, & lōgitudo, & altitudo, & profundū, id est crucē Dñi cuius latitudo dicit in trāsuerso ligno, quo extendunt manus: lōgitudo a terra vsq; ad ipsam latitudinē, quo a manibus, & infra totū corpus affigitur: altitudo a latitudine sursum vsquè ad summum, quò adhæret caput: profundum vero quod terræ infixum absconditur.

1. Cor. 8. 1. Cor. 5.

Matt. 11.

1. Cor. 8. Exo. 3. & 12. Hyssopi vis de Exo. 12 quo fusius ab Ephe. 3. Augu. sup Psal. 50. in Tom. 8. & sup. Ioan. trac 119. in Tom. 9. & sup. in isto, 2. lib, cap. 13.

Signo Crucis ois actio christiana describitur. Nam illam superato diabolo vt tropheum in frontibus fidelium Christus posuit. Ps. 59. et ipse illa pendens distulit potentiam nolens de illa descendere ut discamus pro gloria dei ignominiam, et mortem pati perseueranter, vt. 1. Pet. 2. Christus vt sequeremini vestigia eius, et hoc nobis a Deo donatum est, vt pro illo patiamini, phil. 1. et in Cruce publicauit, et docuit misericordiam, inquiens, pater ignosce illis, super Ioan. trac. 36. in Tom. 9.

ditur. Quo signo crucis, omnis actio Christiana describitur bene operari in Christo, & ei pseuerâter inhærere, sperare cœlestia, sacramẽta nõ prophanare. Per hãc actionem purgati valebimus cognoscere etiam supereminentem scientiam charitatis Christi, qua æqualis est patri, per quem facta sunt omnia, vt impleamur in omnem plenitudinem Dei. Est etiam in hyssopo vis purgatoria, ne inflante scientia de diuitijs ab Aegypto ablatis, superbe aliquid pulmo tumidus anhelet: Asperges me inquit, hyssopo & mũdabor lauabis me, & super niuem dealbabor. Auditui meo dabis exultationem & lætitiam. Deinde annectit consequenter, ut ostendat purgationem a superbia significari hyssopo, Et exultabũt ossa humiliata.

Sacrę scripturę cum prophana comparatio. CAP. XLII. 3. Reg. 10

QVANTVM autem minor est auri argenti vestisque copia, quam de Aegypto secum ille populus abstulit in comparatione diuitiarum quas postea Hierosolymæ cõsecutus est, quæ maxime in Salomone Rege ostẽduntur: tanta sit cuncta scientia, quæ quidem est vtilis collecta de libris gentium, si diuinarũ scripturarum scientię comparetur. Nam quicquid homo extra didicerit, si noxium est, ibi damnatur: si vtile est ibi inuenitur. Et cum ibi quisque inuenerit omnia, quę utiliter alibi didicit, multo abundãtius ibi inueniet ea, quę nusquam omnino alibi, sed in illarum tãtummodo scripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate discuntur. Hac igitur instructiõe prędita, cuiu signa incognita lectorem non impedierint, mitem & humilem corde subiugatum leniter Christo, & oneratum sarcina leui, fundatum, & radicatum, & ædificatum, in charitate, quam scientia inflare non possit: accedit ad ambigua signa in scripturis consideranda, & discutienda, de quibus iam tertio volumine dicere agrediar, quod Dominus donare dignabitur.

Mar. 11. Ephe. 3. 1. Corin. 8.

D. AVRELII AVGVSTINI DE DOCTRINA CHRISTIANA LIBER TERTIVS.

Summa superiorum librorum CAP. I.

HOMO timens Deum, voluntatem eius in scripturis sanctis diligenter inquirit. Et nè amet certamina pietate munitus, præmunitus etiam scientia linguarum, ne in verbis, locutionibusque ignotis hæreat, præmunitus etiam cognitione quarundam rerum necessariarum, nè vim naturamue earũ quæ propter similitudinem adhibentur, ignoret, adiuuante etiam codicum veritate, quam solers emendationis diligentia procurauit, veniat ita instructus ad ambiguas scripturarum discutienda, atque soluenda. Vt autẽ signis ambiguis non decipiatur, quantũ per nos instrui potest, fieri autem potest, vt istas vias quas ostendere volumus, tanquam pueriles vel magnitudine ingenij, vel maioris illuminationis claritate derideat: sed tamẽ vt dicere cœperam quantum per nos instrui potest, qui eo loco animi est, vt per nos instrui valeat, sciat ambiguitatem scripturę aut in verbis proprijs esse, aut in trãslatis: quę genera in secundo libro demonstrauimus.

Ambiguitas scripturæ est in ỹbis, pprijs aut in translatis.

Distinctio quã tum faciat. CAP. II.

SED cum verba propria faciunt ambiguam scripturam, primo prouidendũ est, ne male distinxerimus, aut pronũciauerimus. Cũ ergo adhibita intẽtio incertũ esse prouiderit, quomodo distinguẽdũ, aut quomodo pronũciãdum sit, cõsulat regulã fidei, quam de scripturarum planioribus locis, & ecclesię authoritate pcepit, de qua satis egimus, cum de rebus in primo libro loqueremur. Quod si ambæ vel etiã omnes, si plures fuerint, partes ambiguitatis, secũdum finẽ fonuerint, textus ipse sermonis a præcedentibus, & consequentibus partibus, quæ ambiguitatem illam in medio posuerunt, restat consulendus: vt videamus cui nam sententiæ de pluribus quæ se ostendunt ferat suffragium, eamque sibi contexi patiatur. Iam nunc exempla considerã. Illa hæretica distinctio: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat: vt alius sensus sit, Verbum hoc erat in principio apud Deum: non vult verbum Deum confiteri, sed hoc regula fidei refellẽdum est, qua nobis

Textus cõsulẽdus ex prędedẽtibus & sequentibus partibus.

Ioan. 1.

De hac authoritate fusius ab Au. sup Io. trac. 1. i To. 9. & i li bro qst, nouo ac

veteris testamẽti quæst. 122. in To. 4. & primo de trinitate c. 6 & 6. de trinitate c. 2. in To. 3. Philip. 1.

de trinitatis æqualitate p̃scribitur, vt dicamus, & Deus erat verbum: deinde subiungamus, Hoc erat in principio apud Deum. Illa vero distinctionis ambiguitas neutra parte resistit fidei, & ideo textu ipso sermonis dijudicanda est, vbi ait Apostolus, Et quid eligam ignoro, compellor autem ex duobus, concupiscentiam habens dissolui, & esse cum Christo: multo enim magis optimũ, manere in carne necessarium propter vos. Incertum enim est vtrum ex duobus concupiscentiam habens, an compellor autem ex duobus, vt illud adiungatur, concupiscentiam habens dissolui, & esse cum Christo. Sed quoniam ita sequitur, Multo enim magis optimum, apparet eum eius optimi dicere se habere concupiscẽtiam, vt cum ex duobus compellatur, alterius tamen habeat concupiscentiam, alterius necessitatem: concupiscentiã scilicet esse cum Christo, necessitatem manere in carne. Quę ambiguitas vno consequenti verbo dijudicatur, quod positum est enim: quam particulam qui abstulerunt interpretes, illa potius sententia ducti sunt, vt nõ solum compelli ex duobus, sed etiam duorum habere concupiscẽtiam videretur. Sic ergo distinguendum est. Et quid eligam ignoro, compellor aũt ex duobus: quã distinctio sequitur, concupiscentiam habens dissolui, & esse cum Christo. Et tanquam quæreretur, quare huius rei potius habeat concupiscentiam: Multo enim magis optimum, inquit. Cur ergo e duobus compellitur? Quia est manendi necessitas, quam ita subiecit, Manere i carne necessarium propter uos. Vbi autem neque præscripto fidei, neque ipsius sermonis textu ambiguitas explicari potest, nihil obest secundum quamlibet earum, quæ ostenduntur sententiam distinguere. Veluti est illa ad Corinthios: Has ergo promissiones habentes charissimi, mundemus nos ab omni coinquinatione carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Domini: capite nos, nemini nocuimus. Dubium est quippe vtrum mundemus nos ab omni coinquinatione carnis & spiritus, secundum illam sententiam, vt sit sancta & corpore, & spiritu: an mundemus nos ab omni coinquinatione carnis, vt alius sit sensus, Et spiritus perficientes sanctificationẽ in timore Domini capite nos. Tales igit distinctionum ambiguitates, in potestate legentis sunt.

2. Corin. 7.

Distinctio in pnunciando.

CAP. III.

De duobus generibus ambiguitatũ, quorũ alius in pnũciãdo.

QVAECVNQVE aut̃ de ambiguis distinctionibus diximus, eadem obseruanda sunt & in ambiguis pnunciationibus. Nam & ipse nisi nimia lectoris vitientur incuria: aut regulis fidei corriguntur, aut præcedentis, vel consequentis contextione sermonis: aut si neutrum horum adhibetur ad correctionẽ, nihilominus duæ remanebunt, vt quolibet modo lector pronuncia-

uerit, non sit in culpa. Nisi enim fides renocet, qua credimus Deum non accusaturum aduersus electos suos, & Christum non condemnaturum electos suos, potest illud sic pronunciari, Quis accusabit aduersus electos Dei? Vt hanc interrogationem quasi responsio subsequatur: Deus qui iustificat. Et iterum interrogetur: Quis est qui cõdemnat? Et respondeatur: Christus Iesus, qui mortuus est. Quod credere quia dementissimum est, ita pronunciabit, vt præcedat p̃cõtatio, sequatur interrogatio. Inter p̃cõtationẽ aũt, & interrogationẽ hoc veteres interesse dixerunt, quod ad percontationẽ multa respõderi possunt: ad interrogationẽ vero, aut non, aut etiam. Pronunciabit ergo ita, vt post percontationem qua dicimus, Quis accusabit aduersus electos Dei? illud qd̃ sequitur sono interrogãtis enũciet, Deus q̃ iustificat: vt tacite respõdeatur, nõ. Et item percontemur, Quis est qui condemnat? rursusque interrogemus, Christus Iesus q̃ mortuus est: magis aũt q̃ resurrexit, q̃ est in dextera Dei, q̃ & interpellat p̃ nobis? vt vbi̇ tacite respõdeat, Nõ. At vero illo loco, vbi ait, Quid ergo dicemus? ga gẽtes, quę nõ sectabantur iustitiã apprehẽderunt iustitiam: nisi post percõtationẽ, qua dictum est, Quid ergo dicemus? respõsio subijciat, Quia gentes quę nõ sectabantur iustitiã, apprehẽderũt iustitiã: textus cõsequẽs nõ cohærebit. Qualibet aũt voce pronũcietur illud quod Natanael, dixit: A Nazareth potest aliqd̃ bonι esse: siue affirmantis vt illud solum ad interrogationẽ p̃tineat qd̃ ait, A Nazareth: siue totũ cũ dubitatione interrogãtis, nõ video quomodo discernatur: vterq; autẽ sensus fidem nõ impedit. Est ẽt ambiguitas in sono dubio syllabarum, & hæc vtique ad pronunciationẽ pertinens: nam quod scriptum est, Non est absconditum a te os meum, quod feci̇sti in absconditο, non elucet legẽti, vtrum correpta litera os pronunciet, an producta. Si enim corripiat, ab eo quod sunt ossa: si autẽ producat, ab eo quod sunt ora, intelligitur numerus singularis. Sed talia linguæ præcedentis inspectione dijudicantur: nam in Græco non στομα, sed ὀστεον positum est. Vnde plerunq; loquendi consuetudo vulgaris vtilior est significandis rebus, quam integritas literata. Mallem quippe cum barbarismo dici, Non est absconditum a te ossum meum: quam ut ideo esset minus apertum, quia magis Latinum est. Sed aliquando dubius syllabæ sonus etiam uicino verbo ad eandem sententiam pertinente dijudicatur. Sicut est illud Apostoli, Quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Si tantum modo dixisset. Quę prædico vobis: neq; subiunxisset, Sicut prædixi:

do aliud in ser. Ro. 8. bẽdo, in de prin cipijs dialecticæ, cap. 9. & 10. in Tom. 1.

Percontatio & interrogatio.

Rom. 1.

Ioan. 1.

Psal. 138.

Quod sermo Græcus ambiguitatem dissol nat hẽs ab Au. in de ỹbis Apostoli, sermone 28. in Tom. 10. Idem infra in libr. 4. cap. 10. Gal. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ambiguitas sermonis qua rõne experiatur. CAP. IIII. 1.Thes.3.

non nisi ad codicem precedentis linguæ recurrendum esset: vt cognosceremus vtrum in eo quod dixit, prædico, producenda an corripienda esset media syllaba: nõe autem manifestum est producendam esse. Non enim ait, sicut prædicaui, sed sicut prædixi.

NON solum autẽ istæ, sed etiã illę ambiguitates quæ non ad distinctionem vel ad pronũciationem pertinẽt, similiter considerandæ sunt, qualis illa est ad Thessalonicenses: Propterea consolati sumus fratres in vobis. Dubium est enim vtrum o fratres, an hos fratres. Neutrum autem horum est contra fidem: sed Græca lingua hos casus pares non habet, & ideo illa inspecta renunciatur vocatiuus, id est, o fratres, Quod si voluisset iterpres dicere propterea consolationem habuimus fratres in uobis minus seruitum esset verbis, sed minus de sententia dubitaretur: aut certe si adderetur, nostri, nemo fere ambigeret vocatiuum esse casum, cum audiret, Propterea consolati sumus fratres nostri in vobis. Sed iam hoc periculosius permittitur. Ita factũ ẽ in illa ad Corinthios, cum ait Apostolus, Qu otidie morior, per vestrã gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu. Ait enim quidem interpres, Quotidie morior, per vestram iuro gloriam: quam in Græco, vox iurantis manifesta est sine ambiguo sono. Rarissimè igitur & difficillime inueniri potest ambiguitas in propriis verbis, quantum ad libros diuinarum scripturarum spectat, quam non aut circunstantia ipsa sermonis, qua cognoscitur scriptorũ intentio, aut interpretum collatio, aut precedentis linguæ soluat inspectio.

1.Corin.15. Idẽ & fusius in de verbis Apost. ser. 28, in Tom. 10.

Figuratus sermo si intelligatur, illustrat scripturam. CAP. V. 1.Corin.3.

SED verborum translatorum ambiguitates de quibus deinceps loquendum est, non mediocrem curam, industriamque desiderant. Nam in principio cauendum est, ne figuratam locutionem ad literam accipias. Et ad hoc enim pertinet, quod ait Apostolus: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Cum enim figurate dictum sic accipitur, tanquam proprie dictum sit, carnaliter sapitur. Neque vlla mors animę congruentius appellatur, quam cum id etiam quod in ea bestijs antecellit, hoc est intelligentia carni subijcitur sequendo literam. Qui enim sequitur literã, trãslata ỹba, sicut, ppria tenet: neq; illud, q̃ ppio verbo significat, refert ad aliã significationem. Sed si sabbatũ audierit, verbi gratia, non intelligit nisi vnũ diẽ de septẽ, q̃ cõtinuo volumine repetunt. Et cum audierit sacrificium nõ excedit cogitatione illud, quod fieri de victimis pecorum, terrenisq; fructibus solet. Ea demũ est miserabilis animæ seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum æternum lumen leuare non posse.

Mors animę ppie dicitur, qñ carni intelligẽtia subijcit, & figurate dicta, secũ dũ carnẽ intelligit. Et hoc est quod noster saluator patefecit discipulis de incoingnatiõe ci borũ ỹba nõ intelligentibus. Mat.15. inquiens, adhuc & vos intelligentia caretis? & Iudęis non intelligentibus quomodo caro sua erat cibus, & sanguis potus. Dixit, spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam, verba quę ego loquor spiritus & vita sunt: Ioan.6. idque exponens Augu. dicit, quod illi non cogitabant quando hæc audiebant, nisi carnem, quod ipsi erant, apostolus autem dicit, & verum dicit, sapere secundum carnẽ mors est, sapere vero secundum spiritum vita & pax carnem suam dat nobis dominus manducare, & sapere secundum carnem mors est, & cũ de carne sua dicat quia ibi est vita ęterna. Ergo nec carnem debemus sapere secundum carnem Aug. super Io. trac. 27. in To. 9. & infra in isto 3. lib. cap. 16, & sic miserabilis animę seruitus, pro rebus accipere signa.

Seruitus legis. CAP. VI.

QVAE tamen seruitus in Iudęo populo longe a cęterarum gentium more distabat, quandoquidem rebus temporalibus ita subiugati erant, vt vnus eis in omnibus commendaretur Deus. Et quanquam signa rerum spiritalium pro ipsis rebus obseruarent: nescientes quo referrentur, id tamen insitum habebant, quod tali seruitute vni omnium, quem non uidebant, placerent Deo. Quam custodiam tanquam sub pędagogo paruulorum fuisse ferebit Apostolus. Et ideo qui talibus signis pertinaciter inhæserunt, contemnentem ista Dominum, cum iam tempus reuelationis eorum venisset, ferre non potuerunt: atque inde calumnias, quod sabbato curaret, moliti sunt principes eorum: populusque signis illis tanquam rebus astrictus, non credebat Deũ esse, vel a Deo venisse, qui ea sicut a Iudęis obseruabantur, nollet attẽdere. Sed qui crediderunt, ex quibus facta est prima ecclesia Hierosolymitana, satis ostenderunt, quanta vtilitas fuerit eo modo sub pędagogo custodiri, ut signa, quę temporaliter imposita erant seruientibus, ad vnius Dei cultum, qui fecit cœlum, & terram, opinionẽ obseruantium reli garent. Nam illi quia proximi spiritalibus fuerunt, in ipsis enim temporalibus & carnalibus uocibus atq; signis, quãuis quomodo spiritaliter essent intelligẽda, nesc irent: quia vnum tamẽ didicerant venerari eternum Deum, tam capaces extiterunt Spiritus Sancti, vt omnia sua vẽderẽt, eorumq; precium indigẽtibus distribuendum, ante Apostolorum pedes ponerẽt, secq; totos dedicarẽt Deo tanquam tẽplum nouum, cuius terrenæ imagini, hoc est tẽplo veteri seruiebant. Non enim hoc vllas ecclesias gẽtiũ fecisse scriptũ ẽ, qa non tã prope inuẽti erant qui simulachra manufacta Deos habebãt. Rom.8. Gal.3. Mat.12. Act.4.

De cultoribus simulachrorum & creaturarum CAP. VII.

ET si quãdo aliqui corũ illa tanquã signa interpretari conabantur, ad creaturam colendam, venerandãq; referebant. Quid enim mihi prodest simulachrum, verbi gratia, Neptuni, non ipsum habendum Deum, sed eo significari vniuersum mare, vel etiam omnes aquas ęteras,

ras, quæ fontibus proruunt: sicut a quodam poeta illorum describitur: si bene recolo, ita dicente,

Claudiā versus

Tu Neptune pater cui tempora cana crepanti
Cincta salo resonant, magnus cui perpete mento,
Profluit Oceanus, & flumina crinibus errant.

Siliquę (Hoc est seculares doctrinæ sterili vanitate rosantes, in idolo. Sap. 14. Ruĉp laudes pro rumpē tes, qui bus demonia delectantur) nō hominū sed porcorum sunt cibus in. 2. lib. quest. euā. cap. 33. in Tom. 4. Sed de hoc fusius ab Aug. in tract. Psal. 132 in Tom. 8. idolatria carnalis seruitus.

Hęc siliqua intra dulce tectorium sonātes lapillos quatit. Nō est autē hominū, sed pecorum cibus. Nouit quid dicam, qui Euangeliū nouit. Quid ergo mihi prodest, qđ Neptuni simulachrum ad illam significationem refertur, nisi forte vt neutrū colam? Tam enim mihi statua quælibet, quam mare vniuersum, non est Deus. Fateor tamē altius demersos esse, qui opera hominū Deos putāt, quam qui opera Dei. Sed nobis vnus diligēdus, & colēdus Deus precipitur, qui fecit hæc omnia, quorū illi simulachra venerātur, vel tanquā Deos, vel tāquā signa, & imagines Deorū. Si ergo signū vtiliter institutū propse fare sequi, cui significādę institutū est, carnalis est seruitus, quāto magis inutiliū rerū signa institura pro rebus accipere? Quę si reuleris ad ea ipsa, quę his significātur eisque colēdis animū obligaueris, nihilominus seruili carnalique onere, atque velamine non carebis.

De signis Israelitarū & Christianorum. CAP. IX.

Christiani signa interpretātur. CAP. VIII.

QVAMOBREM Christiana libertas eos, quos inuenit sub signis vtilibus tanquā prope inuētos, interpretatis signis quibus subditi erāt, eleuatos ad eas res, quarum illa signa sunt, liberauit. Ex his factæ sunt ecclesiæ sanctorū israelitarū. Quos autem inuenit subsignis inutilibus, non solum seruilem operationem sub talibus signis, sed ēt ipsa signa frustrauit remouitque oīa: ut acorruptione multitudinis simulatorū Deorū, quā sępe ac prię scriptura fornicationē vocat, ad vnius Dei cultū gētes cōuerterent, nec sub ipsis iā signis vtilibus seruirę, sed exercitature potius aīum in eorū intelligētia spirituali.

SVB signo enim seruit, q operatur aut veneratur aliquam rē significantē, nesciēs quid significet: qui verò aut operatur, aut veneratur vtile signū diuinitus institutū, cuius vim, significationēque intelligit, non hoc veneratur quod videtur & trāsit, sed illud potius quo talia cūcta referenda sunt. Talis autē homo spiritalis, & liber est, etiā tempore seruitutis, quo carnalibus animis nōdum oportet signa illa * reuelari, quorū iugo edomādi sunt. Tales autē spirituales erāt patriarchę ac prophętę omnes, in populo Israel p quos nobis Spiritus sanctus ipsa scripturarum & auxilia, et solatia ministrauit. Hoc vero tępore posteaquā resurrectiōe Domini nostri Iesu Christi manifestissimum iudicium nostrę libertatis illuxit, nec eorum quidem signorum quę iam intelligimus operatione graui onerati sumus: sed quędam pauca pro

Alias * reuelari

Quomodo signa, ab Hebręis, & a nobis spiritualiter intelligenda, habes ab Aug. in

multis eademque factu facillima, & intellectu angustissima, & obseruatione castissima, ipse Dominus, & apostolica tradidit disciplina: sicuti est baptismi sacramentum, & celebratio corporis, & sanguinis Domini. Quę vnusquisque cū percipit, quò referantur imbutus agnoscit, vt ea non carnali seruitute, sed spirituali potius libertate veneretur. Vt autē literam sequi, & signa pro rebus quæ ijs significantur accipere seruilis infirmitatis est, ita inutiliter signa interpretari male vagantis erroris est. Qui autem non intelligit quid significet signū, & tamen signum esse intelligit, nec ipse premitur seruitute. Melius est autem, vel premi incognitis, sed vtilibus signis, quam inutiliter ea interpretando, a iugo seruitutis eductam ceruicem laqueis erroris inserere.

Euangelīū fecīdū Ioā. tractat. 45. in To. 9 ubi Baptismus. expo nit il la uer ba Pa ri stia. uli. 2. ad Co. 3. habētes eūdē spiritū fidei sicut scriptū est, Credidi, ppter qđ locutus sum & nos credimus, ppter qđ & loquimur & hoc vt scias qđ vna fides illorum & nostra qua spiritaliter signa intelligebāt. Nā omnes eandē escā spiritualiter mādu cauerūt & eundem potū spiritualem biberunt, & nō carnalē, vt: 1. ad Cor. 10. inquit, Paulus. A cap. 22. usq; in finē. 1. libri.

Quæ ut figurate dicta, sint accipienda. CAP. X.

HVIC autem obseruationi, qua cauemus figuratam locutionem, id est translatā, quasi propriam sequi, adiungenda etiam illa est, ne propriam quasi figuratam velimus accipere. Demōstrandus est igitur prius modus iuueniendę locutionis, propriane, an figurata sit. Et iste omnino modus est, vt quicquid in sermone diuino, neque ad morum honestatem, neque ad fidei veritatē proprie referri potest, figuratum esse cognoscas. Morum honestas ad diligendum Deum & proximum, fidei veritas ad cognoscendum Deum & proximum pertinet. Spes autem sua cuique est in conscientia propria, quemadmodum se sentit ad dilectionem Dei & proximi cognitionem que proficere. De quibus omnibus primo libro dictum est. Sed quoniam procliue est humanum genus, non ex momentis ipsius libidinis, sed potius suę consuetudinis æstimare peccata, fit plerunque, vt quisque hominum ea tantum culpanda arbitretur, quę suæ regionis, & temporis homines vituperare atque damnare cōsueuerunt, & ea tantum probāda atque laudanda, quæ cōsuetudo eorū cum quibus viuit admittit: eoque cōtingit, ut si quid scriptura vel preceperit, qđ abhorret a cōsuetudine audientiū, vel quod nō abhorret culpaueris, si animū eorū iā verbi vinxit authoritas, figuratā locutionē putent. Nō autem præcipit scriptura nisi charitatem, nec culpat nisi cupiditatē, & eo modo informat mores hominum. Ītē si animū prœoccupauit alicuius erroris opinio, quicquid aliter asseruerit scriptura, figuratū homines arbitrantur. Nō autem asserit nisi catholicā fidē, rebus prēteritis, & futuris, & presentibus. Prēteritorum narratio est, futurorum prænunciatio, præsentiū demōstratio. Sed omnia hæc ad eandem charitatem nutriendam atque corroborandam, & cupiditatem vincendam atque extinguēdam valent. Charitatem voco motum

Charitas. Cupiditas.

1. sentē. dist. 17. cap. qđ autem.

tum animi ad fruendum Deo propter ipsum, & se atque proximo propter Deum. Cupiditatē autem motum animi ad fruendum se & proximo & quolibet corpore nō propter Deum, Quod autem agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus suum flagitium uocatur. Quod autē agit vt alteri noceat, facinus dicitur. Et hæc sunt duo genera omnium peccatorum, sed flagitia priora sunt. Quę cùm examinauerint animum, & ad quandam egestatem perduxerint, in facinora prosilitur, quibus remoueantur impedimenta flagitiorum aut adiumenta quærantur. Item quod agit charitas, quo sibi prosit, vtilitas est: quod autē agit vt prosit proximo, benefica nominatur. Et hinc præcedit vtilitas, quia nemo potest ex eo, qđ nō habet, pdesse alteri. Quāto autem magis regnū cupiditatis destruitur, tāto charitatis augetur.

Flagitium Facinus.

De ordine charitatis habes magistrum sen. in 3. li. ib. dist. 29.

Quę ad euellendam cupiditatem quęque ad inserēdam charitatem faciāt. CAP. XI. Rom. 2.

QVICQVID ergo asperum & quasi scuum factu dictu que in sanctis scripturis legitur ex persona Dei vel sanctorum eius, ad cupiditatis regnum destruendum valet. Quod si perspicue sonat, non est ad aliud referendū quasi figurate dictum sit. Sicuti est illud Apostoli, Thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuique secundum opera sua, ijs quidē qui secundum sustinentiam boni operis gloriam & honorem, & in corruptionem quærentibus vitam æternā: ijs autem qui ex contentione sunt, & diffidunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci. Sed hoc ad eos, cum quibus euertitur ipsa cupiditas, qui eā vincere voluerunt. Cùm autem in homine cui dominabantur, regna cupiditatis subuertuntur, illa est aperta locutio. Qui autem Iesu Chrsti sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & cōcupiscentijs. Nisi quia & hic quædam verba translata tractantur, sicuti est, ira Dei, & crucifixerunt. Sed non tam multa sunt vel ita posita, vt obtegant sensum & allegoriā, vel ænigma faciant, quam propriè figuratā locutionē voco. Quod autem Hieremiæ dicitur, Ecce cōstitui te hodie super gētes et regna, vt euellas et destruas & dissperdas & dissipes: non dubium quin figurata locutio tota sit ad eum finem referenda, quem diximus.

Gal. 5.

Hier. 1.

Facta iudicantur ex circunstātijs CAP. XII.

QVAE autem quasi flagitiosa imperitis videntur, siue tantum dicta, siue etiam facta sunt, vel ex Dei persona, vel ex hominum, quorum nobis sanctitas commendatur, tota figurata sunt, quorū ad charitatis pastum enucleanda secreta suut. Quisquis autem rebus pretereuntibus restrictius vtitur quam sese habent mores eorum, cum quibus viuit, aut temperans aut superstitiosus est: quisquis verò sic eis vtitur, vt metas consuetudinis

consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est. Neque enim vllo modo quisquam sobrius crediderit Domini pedes ita vnguento precioso a muliere perfusos, vt luxuriosorum & nequam hominum solent, quorum talia conuiuia detestamur. Odor enim bonus, bona fama est, quam quisquis bonę vitæ operibus habuerit, dum vestigia Christi sequitur, quasi pedes eius preciosissimo odore perfundit. Ita quod in aliis personis plerunque flagitium est, in diuina vel prophetica persona magnæ cuiusdam rei signum est. Alia quippè est in perditis moribus, alia in Oseæ prophetæ vatici natione coniunctio meretricis. Nec si flagitiosè in conuiuiis temulentorum & lasciuorum nudantur corpora, propterea in balneis nudum esse flagitium est. Quid igitur locis & temporibus personisque conueniat, diligenter attendendum est, ne temere flagitia reprehendamus. Fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis uel voracitatis preciosissimo cibo sapiens vtatur, insipiens autem fœdissima gulæ flamma in vilissimum ardescat. Et sanius quisque maluerit more Domini piscе vesci quā lenticula more Esau nepotis Abraham, aut hordeo more iumentorum. Non enim propterea continētiores nobis sunt pleræque bestiæ, quia vilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiusce modi rebus, non ex earum rerum natura quibus vtimur, sed ex causa utendi & modo appetendi vel probandum est vel improbandum qđ facimus. Regno terreno veteres iusti cœleste regnum imaginabantur & prænunciabant. Sufficiendę prolis causa erat vxorum plurium simul vni viro habendarū inculpabilis consuetudo, & ideò vnam fœminam maritos habere plurimos honestum non erat: non enim mulier eo est fœcundior, sed meretricia potius turpitudo est vel quęstum vel liberos vulgo quærere. In huiusce modi moribus quicquid illorum temporum sancti non libidinose faciebant, quanuis ea facerent, quę hoc tempore nisi per libidinem fieri non possunt, non culpat scriptura. Et quicquid ibi tale narratur, non solum historice ac proprie, sed etiam figurate ac prophetice acceptum, interpretandum est vsque in finem illum charitatis, siue Dei, siue proximi, siue vtriusque. Sicut enim talares & manicatas tunicas habere apud Romanos veteres flagitium erat, nunc autem honesto loco natis, cum tunicati sunt, non eas habere flagitium est: sic animaduertendum est in cætero quoque vsu rerum abesse oportere libidinem: quę non solum ipsa eorum, inter quos viuit, consuetudine nequiter abutitur: sed etiam sępe fines eius egressa,

Ioan. 12.

Quod odor bonus, sit bona fama, fusius habes ab Aug. sup euāgeliū Ioan. tract. 50. i To. 9. vbi infert qđ qui male viuūt & Christiani vocātur, iniuriam Osęę. 1. Christo faciunt, de ꝗbus dictū Ro. 2. propter uos nomē Dei blasfemat inter gentes.

Pisce tanquam cibo delicato. Luc. 24. Gen. 25.

Fusius et clarius de hac materia loqtur Aug. sup Buāgeliū Ioan. tract. 70. vbi inquit, quod Deus ut sciremus creaturā suā nō esse culpabilē, sed in obedientiā cōtumacē, & inordinatā cupiditatē nō pp porcū, sed pp pomum primus homo mortem inuenit, & Esau pdidit primogenituā nō pp gallinam, sed ,ppter lēticulā: Inde Paulus. 1.

1.Thi.4. Spiritus aũt certo loquitur, quod in nouissimis diebus discedent quidam a fide, Attendentes spiritibus erroneis, & doctrinis dęmoniorum, in simulatione falsiloquorum. Et Cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, & abstinere a cibis quos deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Et his qui cognouerunt veritatem quia omnis creatura dei bona est. Et nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.

egressa, fœditatem suam, quę inter claustra morum solẽnium latitabat, flagitiosissima eruptione manifestat.

Omnia ad proximi vtilitatẽ referenda.
CAP. XIII.

Q. VICQ. VID autem congruit consuetudini eorum, cum quibus vita ista degenda vel necessitate imponitur, vel officio suscipitur, a bonis & magnis hominibus ad vtilitatem & beneficentiam referendum est, vel proprie, sicut & nos debemus, vel etiam figurate, sicut propheris licet.

Cõsuetudinem nõ esse iustitiã.
CAP. XIIII.

Aliqui consuetudinem putabant esse iustitiam vnicuique genti.
Mat.7.

Tobiæ.4.

Mat.7.

1.Cor.6.

IN quæ facta legenda cum incurrunt indocti alterius consuetudinis, nisi authoritate reprimantur flagitia putant, nec possunt animaduertere totã cõuersationẽ suã, vel in cõiugiis, vel in cõuiuijs, vel in vestitu, cęteroque humano victu atque cultu, aliis gentibus & aliis tẽporibus flagitiosam videri. Qua varietate innumerabiliũ cõsuetudinum commoti quidam dormitantes, ut ita dicam qui neque alto somno stultitię sopiebantur, nec in sapiẽtię lucem poterant euigilare, putauerunt nullam esse iustitiam per seipsam, sed vnicuique genti consuetudinem suam iustam videri: quæ cum sit diuersa omnibus gentibus, debeat autem in commutabilis manere iustitia, fieri manifestum, nullam vsquam esse iustitiam: non intellexerunt, ne multa commemorem, quod tibi fieri non vis, alii ne feceris, nullo modo posse vlla eorum gentili diuersitate variari. Quæ sententia cum refertur ad dilectionem Dei, omnia flagitia moriuntur: cum ad proximi, omnia facinora. Nemo enim vult corrumpi habitaculum suum: non ergo debet corrumpere habitaculum Dei, seipsum scilicet. Et nemo vult sibi a quoquam nocer: nec ipse igitur cuiquam nocuerit.

Charitas finis scripturę. CAP. XV.

5.sen.dist.27.p totam distinctionem.

Vbi figura subsit, vbi non.
CAP. XVI.

SIC euersa tyrannide cupiditatis, charitas regnat in tutissimis legibus dilectionis Dei propter Deum, sui & proximi propter Deum. Seruabitur ergo in locutionibus figuratis regula huiusmodi, vt tam diu versetur diligenti consideratione quod legitur, donec ad regnum charitatis interpretatio perducatur. Si autem hoc iam proprie sonat, nulla putetur figurata locutio.

SI præceptiua locutio est, aut flagitium aut facinus vetans, aut vtilitatem aut beneficentiam iubens, nõ est figurata.

Si autem flagitium aut facinus videtur iubere, aut vtilitatem aut beneficentiam vetare figurata est. Ni si manducaueritis, inquit, carnem filij hominis & sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis: facinus vel flagitium videtur iubere, Figura est ergo, præcipiens passioni Domini esse communicandum, & suauiter atque vtiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata sit. Ait scriptura: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hic nullõ dubitante beneficentiam præcipit. Sed quod sequitur, Hoc enim faciẽs carbones ignis congeres super caput eius: maleuolentię facinus putes iuberi. Ne igitur dubitaueris figurate dictum: & cum possit dupliciter interpretari, vno modo ad nocendum, altero ad præstandum, ad beneficentiam te potius charitas reuocet, vt intelligas carbones ignis esse vrentes pœnitentię gemitus, quibus superbia sanatur eius, qui dolet se inimicum fuisse hominis a quo eius miserię subuenitur. Item cum ait Dominus, Q. uiamat animam suam perdet eam: non vtilitatem vetare putandus est, qua debet quisque conseruare animam suam: sed figurate dictum, perdet animam, id est perimat atq; amittat vsum eius quem nunc habet, peruersum scilicet atq; prępostetum, quo inclinatur temporalibus, vt ęterna non quęrat. Scriptum est, Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem. Posterior pars huius sententię videtur vetare beneficentiam. Ait enim, ne suscipias peccatorẽ: Intelligas enim figurate positum pro peccato peccatorem, vt peccatum eius non suscipias.

Ioan.6. Regula vnuersalis ad agnoscẽdũ figuratas locutiones, qua ip se Eucharistiã. cõclu Prouer.25. dit quod carnis Chri Rom.12. sti cõ municatio (pro ut ipse Ioan.6. præcepit) figurata locutio est, pręcipiens passioni domi Ioan.12. ni esse cõmunicandum. Et sua uiter atque Eccl.12. Peccato utilitẽ, p pec ter re cato posi cuntũ in scri dentpturis. dum in memoria, quod p nobis caro eius crucifixa, & vulnerata sit, sed de hac materia fusius habes ab Augustino ad Dardanum Epist.57 in Tom.2. & in de ciuitate dei cap.5. in Tom.5. Et super Psal.54 in Tom.3. & super euange. Ioan. Tract.13.25.26.27.&.45. in Tom.9. & in de Verb. domini serm. 28.&.33. in Tom.9. & in de Verb. apostol. ser.2. in Tom.10. & a Magistro.a dist.8. vsque ad 13. inclusiue, & de consecra. dist.2.

Nõ omnia præcipi omnibus.
CAP. XVII.

SAEPE autem cecidit, vt quisquis in meliori gradu spiritalis vitę vel est vel esse se putat figurate dicta esse arbitretur, quæ inferioribus gradibus pręcipiuntur: vt Mat.19. Verbi gratia, si cœlibem amplexus est vitã, & se castrauit propter regnum cœlorum, quicquid de vxore diligẽda & regenda sancti libri pręcipiũt, non proprie, sed translate accipi oportere contendat. Et quisquis statuit 1.Cor.7. seruare innuptã virginẽ suam, tanquam figuratam locutionem conetur interpretari qua dictum est, Trade filiam, & grande opus perfeceris. Erit igitur etiam hoc Eccli.7. in

Precepta duplicia scripturis, Alia cõia, Alia particularia ali quibus generibus personarũ imposita.

in obseruationibus intelligendarum scripturarum, vt sciamus alia omnibus communiter præcipi, alia singulis quibusque generibus personarum, vt non solum ad vniuersum statum ualetudinis, sed etiam ad suam cuiusque membri propriam infirmitatem medicina pertineat. In suo quippe genere curandum est, quod ad melius genus non potest erigi.

Quo tẽpore gd preceptũ sit cõsiderandum. CAP. XVIII.

ITEM cauendum est ne forte quod in scripturis veteribus pro illorum temporum conditione, etiam si non figurate sed proprie intelligatur, non est flagitium nec facinus, ad ista etiam tempora quis putet in vsum vitæ posse transferri: quod nisi dominante cupiditate, & ipsarum quoque scripturarum quibus euertenda est, fatel litium quærente non faciet, nec intelligit miser ad hanc vtilitatem illa sic esse posita, vt spei bonę homines salubriter videant, & consuetudinem quam aspernantur posse habere vsum bonum, & eam quam amplexantur esse posse damnabilem, si & ibi charitas vtentium, &

Quisquã potuit vti multis vxoribus caste, & alius uti potest vna libidinose.

hic cupiditas attendatur. Nam si multis vxoribus caste vti quisquam pro tempore potuit, potest alius vna libidinose. Magis enim probo multarum fœcunditate vtẽtem propter aliud, quam vnius carne fruentem propter ipsam. Ibi enim quęritur vtilitas temporum opportunitatibus congrua, hic satiatur cupiditas tẽporalibus voluptatibus implicata. Inferioriscę gradus ad Deum sunt quibus secundum veniam concedit Apostolus carnalẽ

1. Cor. 7. Similitudo.

cum singulis coniugibus consuetudinem propter intemperantiam eorum: quam illi qui plures singuli cum habe rent, sicut sapiens in cibo & potu, non nisi salutem corporis, sic in concubitu non nisi procreationem filiorũ intuebantur. Itaq; si eos in hac vita inuenisset Domini aduentus, cum iam non mittendi sed colligendi lapides tempus esset, statim seipsos castrarent propter regnum cœlorum. Non enim est in carendo difficultas, ni

Ecc. 3. Mat. 19. Non est in carẽdo difficultas, nisi cum in habẽdo cupiditas Tob. 8

si cum est in habendo cupiditas. Nouerant quippe illi homines etiam in ipsis coniugibus luxuriam esse abutẽdi intemperantiam, quod Tobię testatur oratio, quando est copulatus vxori. Ait enim, Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum & benedictum nomen tuũ in omnia secula seculorum: benedicant te cœli & omnis creatura tua: tu fecisti Adam, & dedisti illi adiutorium Euam. Et nunc Domine tu scis quoniam non luxurię causa accipio sororem meam, sed ipsa veritate vt miserearis nostri Domine.

Gen. 2.

Mali alios de suo estimant ingenio. CAP. XIX.

SED qui effrenata libidine, vel multa stupra diffluẽtes euagantur, vel in ipsa vna coniuge, non solum excedunt ad liberorum procreationem pertinentem modum, sed etiam inhumanioris intẽperantiæ sordes inue-

reconda omnino licentia seruilis cuiusdam libertatis accumulant, non credunt fieri potuisse, vt tẽperãter multis fœminis antiqui vterẽtur viri, nihil seruãtes in vsu illo nisi congruũ tẽpori propagandę prolis officium: & quod ipsi laqueis libidinis obstricti, vel in vna nõ faciunt, nullo modo in multis fieri posse arbitrãtur. Sed isti possunt dicere, ne honorari quidem atque laudari opor tere viros bonos & sanctos, quia ipsi cum honorantur atque laudãtur intumescunt superbia, tãto auidiores inanissimę glorię, quãto eos frequẽtius atque latius lingua blãdior ventilauerit: qua ita leues fiunt, vt eos rumoris aura, siue quæ prospera, siue quæ aduersa existimatur, in quaslibet inuehat voragines flagitiorum, aut in facinorum etiam saxa collidat. Videant ergo quam sibi arduum sit, atque difficile, nec laudis esca illici, nec cõtumeliarũ aculeis penetrari, & nõ ex alios metiantur.

In quauis uiuẽdi rõne boni sui sunt similes. CAP. XX. Similitudo.

CREDANT potius apostolos nostros nec cũ suspicerẽtur ab hominibus inflatos fuisse, nec cũ despicerent elisos. Neutra quippe tentatio defuit illis viris. Nam & credentium celebrabãtur præconio, & persequentiũ maledictis infamabantur. Sicut ergo isti pro tẽpore vtebãtur his omnibus & non corrumpebãtur: sic illi veteres vsum fœminarum ad sui temporis conuenientiam referẽtes, nõ patiebantur eam dominationem libidinis, cui seruiunt qui ista nõ credunt. Et ideo isti sese nullo modo cohiberẽt ab inexpiabili filiorũ odio a quibus vel vxores vel concubinas suas attentatas, aut attrectatas esse cognoscerẽt, si eis forte tale aliquid accidisset.

Adulteriũ Dauid. CAP. XXI. Nõ propria iuria, sed filij peccata mouebant Dauid. 2. Reg. 18. 2. Reg. 12.

REX Autem Dauid cum hoc ab impio atq; immani filio passus esset, non solum ferocientẽ toleravit, sed etiã planxit extinctũ. Non enim carnali zelo irretitus tenebatur, quę nullo modo iniurię suę, sed peccata filij commouebant. Nam ideo si vinceretur, eũ occidi prohibuerat, vt edomito seruaretur pœnitendi locus. Et quia nõ potuit, non orbitatẽ doluit in eius interitu, sed quia nouerat in quas pœnas tam impie adultera & parricidalis anima raperetur. Namque alio prius filio, qui innocens erat, pro quo ęgrotante affligebatur, moriente lætatus est. Ex hoc maxime apparet qua moderatione ac tẽperantia illi viri fœminis vtebantur, quod cum in vnam illicite irruisset Rex idem æstu quodam ætatis & temporalium rerum prosperitatibus abreptus, cuius etiam maritum occidendum præceperat, accusatus est per prophetam: qui cum ad eũ venisset conuincendum de peccato, proposuit ei similitudinem de paupere qui habebat ouem vnam, cuius vicinus cum haberet multas ad aduentum hospitis sui vnicam potius vicini pauperis ouiculam exhibuit epulãdam. In quem commotus Da-

2. Reg. 11.

Cũ peccatũ fuit Dauid denũcia tũ & vindicta, ipse pœnitendo peccatum diluit, vt Psal.31 & 50. patet.

3.Reg.11. Libido habuit Dauid vt hostiã, sed Salomonẽ possedit, q amore spirituali sapientiã iuenit, & carnali amisit.

Nõ eadẽ ĩõ veteris & nouę legis. CAP. XXII.

Multa officiose ꝑ libros ueteris testamẽti pmissa quæ mõ nobis nõ sunt cõcessa.

Dãcti quare sint lapsi. CAP. XXIII.

De hoc fusius ĩ d peccatorũ meri. & remiss. lib. 2.ca.5. ĩ To.7. &de pharisęo q ꝓ publicão ora re dbe bat & eum nõ parui pendere super psal.31.ĩ To.8. & in de verbis Domini.ser.36. ĩ Tom. 10.

1.Co.10
Iaco.4
1.Pet.5

uid occidi eum iussit, & quadruplicari ouẽ pauperi, vt se nescięs condemnaret, qui peccauerat scięs. Quod cũ ei manifestatũ esset, & diuinitus denũciata vĩdicta, diluit pœnitendo peccatum. Sed tamẽ in hac similitudine stuprũ tantummodo designatũ est de oue vicini pauperis: de marito autẽ mulieris interẽpto, hoc est de ipso paupere, qui vnã habebat ouem occiso, non est per similitudinẽ interrogatus Dauid, vt in solo adulterio disceret sentẽtiam damnationis suæ. Ex quo intelligitur quãta tem perãtia multas mulieres habuerit, quãdo de vna in qua excessit modum a seipso puniri coactus est. Sed in isto viro immoderatę huius libidinis, non permãsio, sed trãsitus fuit. Propterea etiã ab arguẽte propheta illicitus apperitus hospes vocatus est. Nõ enim dixit eum Regi suo, sed hospiti suo, vicini pauperis ouẽ ad epulãdũ exhibuisse. At vero in eius filio Salomone, non quasi hospes trãsitũ habuit, sed regnũ ista libido possedit. De quo scripturanõ tacuit, culpãs eũ fuisse amatorẽ mulierum. Cuius tamẽ initia desiderio sapiẽtię flagrauerãt, quã cũ amore spiritali adeptus esset, amore carnali amisit.

ERGO quanquã omnia vel pene omnia quę in Veteris testamẽti libris gesta cõtinẽtur, nõ solum proprie, sed etiam figurate accipienda sint: tamẽ etiam illa quæ proprie lector acceperit, si laudati sunt illi, qui ea fecerũt, sed ea tamẽ abhorrẽt a cõsuetudie bonorũ, qui post aduẽtum Domini diuina pręcepta custodiunt, figurã ad intelligentiam referat, factum vero ipsum ad mores nõ transferat. Multa enim sunt quę illo tẽpore officiose facta sunt, quę modo nisi libidinose fieri non possunt.

SI qua vero peccata magnorum virorum legerit, tametsi aliquam in eis figuram rerum futurarum animaduertere atque indagare potuerit: rei tamẽ gestę proprietatẽ ad hunc vsum assumat, vt se nequaquam recte suis factis iactare audeat, & prę sua iustitia cęteros tanquam pecctaores contemnat, cum videat tantorum virorũ & cauendas tempestates, & flẽda naufragia. Ad hoc enim etiã peccata illorum hominũ scripta sunt, vt apostolica illa sentẽtia vbiꝯ tremẽda sit, qua ait, Quapropter qui videtur stare, videat ne cadat. Nulla enim fere pagina est sanctorũ librorum, in qua non sonet, quod Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Ante oĩa cõsiderãdũ genus locutionis. CAP. XXIIII.

MAXIME itaq; inuestigãdũ est, vtrũ propria sit, an figurata locutio quã intelligere conamur. Nã comperto qđ figurata sit, adhibitis regulis rerũ quas ĩ prio libro digessimus, facile ẽ eã ỹsare oĩbus modis, donec puenia mus ad sentẽtiã veritatis, ꝑsertim cũ vsus accesserit pietatis exercitatiõe roborat⁹, Inuenimus ãt vtrũ ꝓpria

sit an figurata locutio, illa ĩtuẽtes quę supra dicta sunt.

QVOD cũ apparuerit, verba quibus cõtinetur, aut a similibus rebus ducta inueniẽtur, aut ab aliqua vicinitate attingẽtibus. Sed quoniã multis modis res similes rebus apparent, nõ putemus esse præscriptum, vt quod in aliquo loco res aliqua per similitudinẽ significauerit hoc eã semper significare credamus. Nã & in vituperatione fermẽtum posuit Dominus cum diceret, Cauete a fermento Pharisæorum: & in laude cum diceret, Simile est regnum cœlorum mulieri quæ abscondit fermẽtũ in tribus mensuris farinæ donec fermentaretur totum. Huius igitur varietatis obseruatio duas habet formas. Sic enim aliud atque aliud res quęque significẽt, vt aut cõtraria aut tantũmodo diuersa significẽt. Contraria scilicet, cum alias in bono, alias in malo res eadem per similitudinẽ ponitur, sicut hoc est quod de fermẽto supra diximus. Tale est etiã quod leo significat Christũ, vbi dicitur, Vicit leo de tribu Iuda: significat & diabolũ, vbi scriptũ est, Aduersarius vester diabolus tanquã leo rugiẽs circumit, quęrẽs quẽ deuoret. Ita serpẽs ĩ bono est, Astuti vt serpẽtes: in malo autem, Serpẽs Euam seduxit astutia sua. In bono, panis, Ego sum panis viuus qui de cœlo descẽdi: in malo autẽ, panis, Panes occultos libenter edite. Sic & alia plurima. Et hęc quidẽ quę cõmemorauimus minime dubiam signficationem gerũt, quia exẽpli gratia commemorari non nisi manifestissima debuerũt. Sunt autẽ quæ incertũ sit in quam partẽ accipi debeãt, sicut, Calix in manu Domini vini meri plenus est mixto. Incertũ est enim vtrũ iram Dei significet non vsque ad nouissimam pœnam, id est vsque ad fecem: an potius gratiã scripturarũ a Iudęis ad Gentes transeuntẽ, quia inclinauit ex hoc in hoc, remanẽtibus apud Iudæos obseruationibus quas carnaliter sapiunt, quia fex eius nõ est exinanita. Cum vero res eadem non in contraria, sed tantum in diuersa significatione ponitur, illud est in exemplo, quod aqua & populum significat, sicut in Apocalypsi legimus, & Spiritum Sanctum, vnde est illud, Flumina aquę viuæ fluent de ventre eius: & si quid aliud atque aliud, pro locis in quibus ponitur, aqua significare intelligitur. Sic & aliæ res non singulæ, sed vnaquæque earum, non solum duo aliqua diuersa, sed etiam nonnunquam multa significat, pro loco sententiæ, sicut posita reperitur.

Idẽ ỹbũ nõ idẽ significat vbiꝯ. CAP. XXV.

Mat. 16.
Luc. 13.

2.Retra.ca.4.

Idẽ verbũ cõtraria ĩ scripturis significat

Apoc.5.

1.Pet.5.

Mat. 10.
2.Cor.11.
Ioan.6.
Prouerb.9.

Psal.74.

Apoc.1.
Ioan.7.

Obscura locis apertioribus explicanda. CAP. XXVI.

VBI autẽ apertius ponuntur, ibi discendum est quo modo in locis intelligantur obscuris. Neque enim meliꝰ potest intelligi quod dictum est Deo, Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi: quã ex illo loco vbi legitur, Domine vt scuto bonæ voluntaPsal.34.
Psal.5.

tis tuę coronasti nos. Nec tamen ita vt iam vbicunque scutum pro aliquo munimento legerimus positum, non accipiamus nisi bonam voluntatem Dei. Dictum est enim, Et scutum fidei in quo possitis, inquit, omnes sagittas maligni ignitas extinguere. Nec rursum ideo debemus in armis huiusce modi spiritalibus scuto tantummodo fidem tribuere, cum alio loco etiam lorica dicta sit fidei. Induti, inquit, loricam fidei & charitatis.

Ephe. 6.

2. Thes. 5.

Bundę locū varie intelligi nihil prohibet. CAP. XXVII.

QVANDO autem ex eisdem scripturę verbis, non unū aliquid, sed duo vel plura sentiuntur, etiam si latet quid senserit ille, qui scripserit, nihil periculi est si quodlibet eorum congruere veritati ex alijs locis sanctarum scripturarum doceri potest: id tamen eo conante qui diuina scrutatur eloquia, vt ad voluntatem perueniatur authoris, per quem scripturam illā Sanctus operatus est Spiritus: siue hoc assequatur, siue aliam sententiam de illis verbis quę fidei rectæ non refragatur exsculpat, testimonium habens a quocunque alio loco diuinorū eloquiorum. Ille quippe author in eisdē verbis quę intelligere volumus & ipsam sententiam forsitan vidit, & certę Dei Spiritus qui per eum hæc operatus est, etiam ipsam occursurā lectori vel auditori, sine dubitatione præuidit, imo vt occurreret, quia & ipsa est veritate subnixa, prouidit. Nam quid in diuinis eloquijs largius & vberius potuit diuinitus prouideri, quam vt eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus diuina contestantia faciant approbari?

Humanis rationibus nō fidēdum. CAP. XXVIII.

VBI autem talis sensus eruitur, cuius incertum certis sanctarū scripturarum testimonijs non possit aperiri, restat vt ratione reddita manifestus appareat: etiam si ille cuius verba intelligere quęrimus eum forte non senserit. Sed hæc consuetudo periculosa est. Per scripturas enim diuinas multo tutius ambulatur: quas verbis translatis occupatas cū scrutari uolumus, aut hoc inde exeat quē nō habeat controuersiā: aut si habet, ex eadē scriptura vbicūq; inuētis atq; adhibitis eius testibus terminetur.

Cognitio troporum necessaria. CAP. XXIX.

SCIANT autem literati modis omnibus locutionis, quos Gramatici Greco nomine tropos vocant, authores nostros vsos fuisse, & multiplicius atque copiosius quā possunt existimare vel credere qui nesciūt eos & in alijs ista didicerūt. Quos tamē tropos qui nouerūt agnoscūt in literis sanctis, eorumq; scientia ad eas intelligendas aliquantum adiuuantur. Sed hic eos ignaris tradere nō decet, ne artem grāmaticam docere videamur. Extra sane vt discantur admoneo, quanuis iā superius id admonuerim, id est in secundo libro, ubi de linguarum necessaria cognitione disserui. Nam literæ a quibus ipsa grāmatica nomē accepit, γραμματα enim Greci literas uocant,

Cap. 12, & 13.

cant, signa vtique sonorum sunt ad articulatam vocem, qua loquimur pertinentium. Istorum autem troporum, non solum exempla omnium, sed quorundam etiam nomina in diuinis libris leguntur, sicut allegoria, ęnigma, parabola. Quanuis pene omnes ij tropi qui liberali dicūtur arte cognosci, etiam in eorum reperiātur loquelis, qui nullos grammaticos audierūt, & eo quo vulgus vti tur sermone cōtenti sunt. Quis enim non dicit, sic floreas? Qui tropus metaphora vocatur. Quis non dicit, piscinam etiam quæ non habet pisces, nec facta est propter pisces, & tamen a piscibus nomē accepit? Qui tropus catachresis dicitur. Longum est isto modo cæteros persequi: nā vsque ad illos peruenit vulgi locutio, qui propterea mirabiliores sunt, quia contra quam dicitur significāt, sicuti est quę appellatur ironia vel antiphrasis. Sed ironia pronuntiatione indicat quid velit intelligi, vti cum dicimus homini mala facienti, res bonas facis. Antiphrasis vero, vt contraria significet, non uoce pronunciantis efficitur: sed aut verba habet sua quorum origo contraria est, sicut appellatur lucus, quod minime luceat: aut consuenit aliquid ita dici, quanuis dicatur etiam non e contrario: veluti cum quęrimus accipere quod ibi non est, & respondetur nobis, abundat: aut adiunctis verbis facimus vt a contrario intelligatur quod loquimur, veluti si dicamus, caue illum, quia bonus homo est. Et quis talia non dicit indoctus, nec omnino sciens qui sint, vel quid vocentur hi tropi? Quorū cognitio propterea scripturarum ambiguitatibus dissoluendis est necessaria, quia cum sensus ad proprietatem verborum si accipiatur, absurdus est, quærendū est utique ne forte illo vel illo tropo dictum sit, quod non intelligimus: & sic pleraque inuenta sunt quę latebant.

Sic floreas Metaphora Piscina. Ioan. 5. sed uide Diuum Aug. sup Euang. Ioā. Tract. 17. To. 9 Piscina. Catachresis.

Ironia quid.

Antiphrasis q̄d

Lucus

TICONIVS quidam, qui contra Donatistas inuectissime scripsit, cum fuerit Donatista, & illic inuenitur absurdissimi cordis, vbi eos nō omni ex parte relinquere voluit, fecit librum, quem Regularū vocauit, quia in eo quasdam septem regulas executus est, quibus quasi clauibus diuinarum scripturarum aperirentur occulta. Quarum primā ponit de Domino & eius corpore: secundam de Domini corpore bipartito: tertiam de promissis & lege: quartam de specie & genere: quintam de temporibus: sextam de recapitulatione: septimā de diabolo & eius corpore. Quę quidem considerata, sicut ab illo apperiuntur, non parum adiuuant ad penetranda quę tecta sunt diuinorum eloquiorum. Nec tamen omnia, quæ ita scripta sunt, vt non facile intelligantur, possunt his regulis inueniri, sed alijs modis pluribus, quos hoc numero septenario vsque adeo non est iste comple-

Septem Regulę Ticonij cuiusdā breuiter positę. CAP. XXX. Hic ticonius de eloquētia et vberi eloquio laudatur ab aug. contra parmeniani epist. lib. 1. cap. 1. in To. 7.

Universidad de Deusto Biblioteca

xus, vt idem ipse multa exponat obscura, in quibus harum regularum adhibet nullam, quoniam nec opus est. Neq; enim aliquid illic tale versatur aut quæritur: Sicut in Apocalypsi Ioannis quærit, quemadmodum intelligendi sint Angeli ecclesiarum septem quibus scribere iubetur, & ratiocinatur multipliciter, & ad hoc peruenit vt ipsos Angelos intelligamus ecclesias. In qua copiosissima disputatione, nihil istarum est regularum, & vtiq; res illic obscurissima quæritur, quod exempli gratia satis dictum sit. Nam colligere omnia nimis longũ & nimis operosum est, quæ ita obscura sunt in scripturis canonicis, vt nihil istorum septem ibi requirendum sit. Iste autẽ cum has velut regulas commendaret, tantum eis tribuit, qua si omnia quæ in lege, id est in diuinis libris obscure posita inuenerimus, his bene cognitis atq; adhibitis intelligere valeamus. Ita quippe exorsus est eundem librũ vt diceret, Necessarium duxi ante omnia quæ mihi videntur libellum regularum scribere, & secretorum legis velut claues & luminaria fabricare. Sunt enim quædam regulæ mysticæ quę vniuersę legis recessus obtinent, & veritatis thesauros aliqbus inuisibiles faciunt. Quarum si ratio regularum sine inuidia vt communicamus accepta fuerit, clausa quæque patefient, & obscura dilucidabuntur, vt quisq; prophetę immensam syluam perambulans, his regulis quodammodo quasi lucis tramitibus deductus ab errore defendatur. Hic si dixisset, Sunt enim quædam regulę mysticę, quę nonnullos legis recessus obtinent, aut certe quę legis magnos recessus obtinent, non autem qd̃ait, vniuersæ legis recessus: neq; dixisset, clausa quæque patefient: sed, clausa multa patefient: verum dixisset: nec tam elaborato atq; vtili operi suo plusquam res ipsa postulat dando in spem falsam lectorem eius cognitoremq; misisset. Quod ideo dicendum putaui, vt liber ipse & legatur a studiosis, quia plurimũ adiuuat ad scripturas intelligendas, & non de illo speretur tantum quantum nõ habet: caute sane legendus est, non solum propter quędã, in quibus vt homo errauit: sed maxime propter illa, quę sicut Donatista hęreticus loquitur. Quid autem doceant. Vel admoneant istæ septem regulæ breuiter ostendam.

Apoc.2.

Ticonius et si q̃d bñ dixerit, Attamen illius liber caute legẽ dus ẽ, & quare.

Regula prima Ticonij CAP. XXXI.

PRIMA de Domino, & eius corpore est, in qua sciẽtes aliquando capitis & corporis, id est Christi & ecclesię vnam personam nobis intimari: neque enim frustra dictum est fidelibus: Ergo Abrahæ semẽ estis, eũ sit unũ semen Abrahæ. quod est Christus: non hæsitemus quando a capite ad corpus, vel a corpore transitur ad caput, & tamen non receditur ab vna eademq; persona. Vna enim persona loquitur dicens, Sicut sponso imposuit mihi mitram & sicut sponsam ornauit me ornamẽto: & tamen quid horum duorũ capiti, quid corpori id est quid Christo, quid ecclesiæ conueniat, vtiq; intelligẽdũ est.

Gal.3. Christi & ecclesiæ vna persona, vt mat.25. patet, esurui Esa.61, et non dedistis mihi manducare, & act.9, saule saule cur, me persequeris, quibus locis. Non pro se capite loqui, sed pro corpore suo ecclesia ipsemet manifestat ut Augu. super Psal.2. & 30 in To.8. patefacit, & infra in de disciplina christ. cap.4. & super Euãg. Ioan. trac.21. in Tom.9.

SECVNDA est de Domini corpore bipartito, quod quidem non ita debuit appellari. Non enim reuera Domini corpus est, quod cum illo non erit in æternũ. Sed dicendum fuit, de Domini corpore vero atq; permixto aut vero atque simulato, vel quid aliud: quia nõ solum in æternum, verum etiam nunc hypocritæ non cum illo esse dicendi sunt, quanuis in eius esse videantur ecclesia. Vnde poterat ista regula & sic appellari, vt diceretur de permixta ecclesia. Quæ regula lectorem vigilantem requirit, quando scriptura cum ad alios iam loquatur, tãquã ad eosipsos ad quos loquebaꝫ videt̃ log: vel de ipsis cũ de alijs iã loquaꝫ tanquã vnũ sit vtrorunq; corpus, ꝓpter tꝑalẽ cõmixtionẽ et cõmunionẽ sacramẽtorum. Ad hoc pertinet in Canticis canticorum: Fusca sum & speciosa, vt tabernacula Cedar, speciosa sum vt pelles Salomonis. Non enim ait, Fusca fui vt tabernacula Cedar, & speciosa fui vt pelles Salomonis, sed vtrunq; se esse dixit propter temporalem vnitatem intra vna retia piscium bonorum & malorum. Taberna cula enim Cedar ad Hismaelem pertinent, qui non erit hæres cum filio liberæ. Itaque cum de bona parte Deus dicat: Ducam cæcos in viam quam non nouerunt, & semitas quas non nouerunt calcabunt, & faciam illis tenebras in lucem, & praua in directum: hæc verba faciam, & non derelinquam eos. Mox de alia parte quæ male permixta est, dicit: Ipsi autem conuersi sunt retrorsum, quanuis alij iam significentur his verbis. Sed quoniam nunc in vno sunt, tanquam de ipsis loquitur de quibus loquebatur: non tamen semper in vno erunt. Ipse est quippe ille seruus commemoratus in Euangelio, cuius Dominus cum venerit diuidet eum, & partem eius cũ hypocritis ponet.

Regula secũda Tironij. CAP. XXXII.

Hypocritę non solũ ī ęternũ, sꝫ nec nũc ad corpus Dñi ꝑtinẽt.

Cant.1.

Gen.21. Gal.4. Mat.13. Mar.4. Luc.5. Esa.42. Vide qñ reiſa bonos malosq; tenẽt ab Aug.i 2.libr. de doct. Christ.c.17. et i expositiõe Psal. 49. in Tom.8.

TERTIA regula est de promissis & lege, quæ alio modo dici potest de Spiritu & Litera sicut nos eam appellauimus, cum de hac re librum scriberemus. Potest etiam sic dici, de gratia & mandato. Hæc autem magis mihi videtur magna quæstio quam regula, quæ soluendis quæstionibus adhibenda est. Hæc est autem quam non intelligentes Pelagiani, vel condiderunt suam hæresim, vel auxerunt. Labora-

Regula tertia Ticonij. CAP. XXXIII.

Librũ de Spiritu, & litera ante librum istum scripsit.

uit in ea dissoluenda Ticonius bene, sed non plene. Disputans enim de fide & operibus, opera nobis dixit a Deo dari merito fidei: ipsam vero fidem sic esse a nobis, vt nobis non sit a Deo. Nec attendit Apostolum dicentem: Pax fratribus & charitas cum fide a Deo patre & Domino nostro Iesu Christo. Sed nō erat expertus hāc hæresim: quæ nostro tempore exorta multum nos, vt gratiam Dei quæ per Dominum nostrum Iesum Christum est aduersus eam defenderemus, exercuit: & secundum id quod ait Apostolus: Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant in vobis: multo vigilātiores diligentioresque reddidit: vt aduerteremus in scripturis sanctis, quod istum Ticonium minus attentum, minusque sine hoste solicitum fugit, etiam ipsam scilicet fidem donum illius esse qui eius mensuram vnicuique partitur. Ex qua sententia quibusdam dictum est, Vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, verum etiam vt pro eo patiamini. Vnde quis dubitet vtrunque esse Dei donum, qui fideliter atq; intelligenter audit vtrunque donatum? Plura sunt & alia testimonia quibus id ostenditur: sed hoc nunc non agimus, alibi autem atque alibi sæpissime ista egimus.

Fides. Opera ex deo Ephe. 6 fidē vero ex Hæresis nobis pelagia dicebat Ticonius tempore cuius Augustini. hic et ī 1. Cor. epist. 5. 11. episcoporū, Phili. 1: q̄ē. 95 in. 2. To. & ī de prædest sanc. c. 3. & 1. retrac. 23. destruit Augu. Quod initiū & augmentum fidei sit ex Deo una cum operibus, in de gratia & lib. arbi. ad Valē. c. 7. in To. 7, & in epist. 95. in To. 2. & contra duas pelagianorum epist. in To. 7. & inde prædestinatione sanctorum cap. 3. in Tom. 7. & in concil. mileuiteno, & Araus. can. 5. in. 1, Tom, consil.

Regula Ticonij quarta.

CAP. XXXIIII.

QVARTA vero Ticonij regula est de specie & genere: Sic enim eam vocat, volens intelligi speciem partem, genus autem totum, cuius ea pars est quam nuncupat speciem: sicut unaquæque ciuitas pars est vtiq; vniuersitatis gentium: hanc ille vocat speciem, genus autē omnes gentes. Neq; hic ea discernendi subtilitas adhibenda est quę a dialecticis traditur, qui inter partem & speciem quid intersit acutissime disputant. Eadem uero ratio est, si non de vnaquaq; ciuitate, sed de vnaquaque prouincia vel gente vel regno tale aliquid in diuinis reperiatur eloquijs. Non solum enim verbi gratia, de Hierusalem vel de aliqua gentium ciuitate, siue Tyro, siue Babylone, siue alia qualibet dicitur aliquid in scripturis sanctis quod modum eius excedat, & conueniat potius omnibus gentibus: verum etiam de Iudęa, de Aegypto, de Assyria, & quacunq; alia gente in qua sunt plurimę ciuitates, nō tamē totus orbis, sed pars eius est, dicit q̄d trāseat eius modū, et cōgruat potius vniuerso, cuius hęc pars ē, siue sicut iste appellat generi cuius hæc species ē. Vnde & in notitiā vulgi ỹ ba ista venerūt, vt ēt idiotæ intelligāt q̄d spāliter, q̄d generaliter in quocunq; p̄cepto imperiali sit cōstitutū. Fit hoc ēt de hoībus, sicut ea quę de Salomone dicūtur excedūt eius modū, & potius ad Christū vel ecclesiā, cuius ille pars est, relata clarescūt. Nec species semper excedit: sæpe enim talia dicuntur, quę vel ei quoq; vel ei fortasse tantūmodo apertissime cōgruāt. Sed cū a specie trāsitur ad genus, quasi ad huc de specie loquēte scriptura, ibi vigilare debet lectoris intētio, ne quęrat in specie q̄d in genere potest melius & certius inuenire. Facile q̄ppe est illud quod ait propheta Ezechiel, Domus Israel habitauit in terra, & polluerūt illā ī via sua, & in idolis suis & peccatis suis secūdū immūditiā mēstruatę facta est via eorū ante faciē meā: & effudi irā meā sup eos, & dispersi illos inter nationes, & vētilaui eos in regiones, secūdū vias eorū, & secūdū peccata eorū iudicaui eos. Facile est, inquā, hoc intelligere de illa domo Israel, de qua dicit Apostolus, Videte Israel secūdū carnē: q̄a hæc omnia carnalis populus Israel & fecit, & passus est. Alia ēt quę sequunt eidē intelligunt populo cōuenire. Sed cum cæperit dicere, Et sanctificabo nomē meū sanctū, illud magnum q̄d pollutū est inter nationes, q̄d polluistis in medio earū, & scient gētes, q̄a ego sum Dominus, iā intentus debet esse q̄ legit, quēadmodū species excedat & adiungat genus. Sequitur enim & dicit, Et dū sanctificabor in vobis ante oculos eorū: & accipiā vos de gētibus, & congregabo vos ex omnibus terris, & inducā vos in terrā vestrā, & aspergā vos aqua munda, & mundabimini ab omnibus simulacris vestris, & mūdabo vos: & dabo uobis cor nouū, & spiritū nouū dabo in vos: & auferā cor lapideum de carne uestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum dabo in vos: & faciam vt in iustitijs meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & faciatis: & habitabitis in terra, quā dedi patribus vestris, & eritis mihi in populū, & ero vobis in Deū, et mūdabo uos ex omnibus immūditiis vestris. Hoc de nouo testamento esse ꝓphetatū, ad q̄d pertinet nō solū gēs illa in reliquiis suis, de q̄bus alibi scriptū est, Si fuerit numerus filiorū Israel, sicut arena maris, reliq̄æ saluæ fiēt, verū ēt cæteræ gētes, quę ꝓmisę sunt patribus eorū q̄ ēt nostri sunt: nō ambigit quisquis intuetur, & lauacrū regenerationis hinc esse promissum, quod nunc videmus omnibus gentibus redditum. Et illud quod ait Apostolus, cū Noui testamenti gratiam commendaret, vt in comparatione Veteris emineret: Epistola nostra vos estis scripta, non atramēto, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: hinc esse respicit & perspicit dictum vbi iste Propheta dicit, Et dabo vobis cor nouū, & spiritum nouum dabo in vos, et auferam

psal. 71.

Ezech. 36.

1. Cor. 10.

Ezech. 36.

Esa. 10.

2. Cor. 3.

Ezec. 11. & 36.

Pro expositiōe

huius authoritatis vide diuũ Aug. in de gratia et libero arbitrio ad Val. cap. 14. & 15. & 6 in Tom. 7.

feram cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Cor quippe carneum, unde ait Apostolus, tabulis cordis carnalibus, a corde lapideo voluit vitam sentientem discerni, & per vitam sentientem significauit intelligentem. Sic fit Israel spiritalis, non vnius gentis, sed omnium quę promisse sunt patribus in eorũ semine quod est Christus. Hic ergo Israel spiritalis ab illo Israel carnali, qui est vnius gentis nouitate gratię, non nobilitate patrię & mente, non gente distinguitur. Sed altitudo prophetica dum de illo vel ad illum loquitur, latenter transit ad hunc: & cum iam de isto vel ad istum loquatur, adhuc de illo vel ad illum loqui uidetur. non intellectum scripturarũ nobis quasi hostiliter inuidens, sed exercẽs medicinaliter cor nostrũ: vnde & illud quę

Rom. 9. Israel spiritualis a carnali distinguitur, non nouitate patrie sed gratiæ, et nõ gente, sed mẽte, ut paulus ad rom. 9. patefacit, inquiens, nõ qui filij carnis. Terra uiuentium. filij dei, sed qui sunt filii promissionis æstimantur in semine.

ait, Et ĩducã vos in terrã vestrã: et paulopost, tãquã id ipsum repetens: Et habitabitis, inquit, i terra quã dedi patribus vestris: nõ carnaliter sicut carnalis Israel sed spiritaliter, sicut spiritalis Israel, debemus accipere. Ecclesia quippe sine macula et ruga ex omnibus gentibus cõgregata, atque in ęternum regnatura cum Christo, ipsa est terra beatorum, terra viuentium: ipsa est intelligenda patribus data, quando eis certa & immutabili Dei uoluntate promissa est: quoniam ipsa promissionis vel prædestinationis firmitate iam data est, quæ danda suo tempore a patribus credita est, sicut de ipsa gratia quæ sanctis datur, scribens ad Timotheũ Apostolus ait, Nõ secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quę data est nobis in Christo Iesu ante secula æterna, manifestata autẽ nunc per aduentum saluatoris nostri. Datam dixit gratiam, quando nec erant adhuc quibus daretur: quoniam in dispositione ac prędestinatione Dei iam factum erat, quod suo tempore futurum erat, quo esse dicit manifestatam. Quãuis hæc possit intelligi, & de terra futuri seculi, quando erit cœlum nouum & terra noua, in qua iniusti habitare non poterunt. Et ideo recte dicitur pijs, quod ipsa sit terra eorũ, quæ vlla ex parte non erit impiorum: quia & ipsa similiter data est quando danda firmata est.

1. ad Thi. 1.

In Dei prędestinatione iam factum erat, quod suo tempore, futurum erat.

Regula quinta Ticonij.

CAP. XXXV.

QVINTAM Ticonius regulã ponit, quã de tẽporibus appellat: qua regula plerunque inueniri vel conijci possit latens in scripturis sanctis quantitas temporum. Duobus autem modis videre dicit hãc regulam, aut tropo synecdoche, aut legitimis numeris. Tropus synecdoche, aut a parte totum, aut a toto partẽ facit intelligi: sicut vnus Euãgelista post dies octo factũ dicit, quod alius post dies sex, quãdo in monte discipulis tantũ tribus presentibus, facies Domini vt sol resplẽduit, & vestimẽta eius sicut nix. Vtrunque enim verum esse nõ posset,

Luc. 9. Mat. 17.

quod de numero dierũ dictum est, nisi ille qui dixit, post dies octo, intelligatur partẽ nouissimam diei, ex quo id Christus prędixit futurũ, et partẽ primã diei quo id ostẽdit impletũ. pro totis diebus duobus atque integris posuisse: is vero qui dixit, post dies sex, integros omnes & totos, sed solos medios cõputasse, hoc modo locutionis quo significatur a parte totum, etiã illa de resurrectione Christi soluitur quęstio. Pars enim nouissima diei, quo passus est, nisi p toto die accipiatur, id est adiuncta etiã nocte pręterita, et nox in cuius parte vltima resurrexit, nisi totus dies accipiatur, adiuncto scilicet die illucescente dominico, nõ possunt esse tres dies & tres noctes, quibus se in corde terrę predixit futurũ. Legitimos ãt numeros dicit, quos eminẽtius diuina scriptura cõmẽdat, sicut septenariũ vel denariũ uel duodenariũ, & quicũq; alij sint quos legendo studioſũ libenter agnoscũt. Plerũque enim huiusmodi numeri p vniuerso tẽpore ponũtur, sicut, Septies in die laudem dixi tibi: nihil est aliud, quã semper laus eius in ore meo. Tantũdẽ ualẽt, & cũ multiplicãtur siue per denariũ, sicut septuaginta & septingẽti, vnde possunt & septuaginta ãni Hieremię pro vniuerso tẽpore spiritaliter accipi quo est apud alienos ecclesia: siue per seipsos, sicut decẽ per decẽ, centũ sunt: & duodecim per duodecim, centũ quadraginta quatuor: quo numero significatur vniuersitas sanctorũ in Apocalypsi. Vnde apparet non solas temporũ quęstiones istis numeris esse soluendas: sed latius patere significationes eorũ et in multa proserpere. Neque enim numerus iste in Apocalypsi ad tempora pertinet, sed ad homines.

Numeri finiti p infinitis & omni tempore.

Mat. 12.

Psal. 118. Psal. 33.

Hier. 25.

Apoc. 7.

Regula sexta Ticonij.

CAP. XXXVI.

Ordo narrationis iuersus quã ratiõe explicẽt

SEXTAM regnlam Ticonius recapitulationẽ vocat, in obscuritate scripturarũ satis vigilanter inuentam. Sic enim dicuntur quædã quasi sequãtur in ordine temporis, vel rerũ continuatione narrẽtur, cum ad priora quę prętermissa fuerãt, latẽter narratio reuocetur. Quod nisi ex hac regula intelligaẽ, erratur. Sicut Genesi. Et plãtauit, inquit, Dominus Deus paradisum in Edẽ ad Orientẽ, & posuit ibi hominẽ quẽ formauit, & produxit Deus adhuc de terra omne lignum speciosum et bonum in escã. Ita videtur dictũ tanquã id factũ sit postea quam factũ posuit Deus hominẽ in paradisũ: cũ breuiter vtroque cõmemorato, id est quod plãtauit Deus paradisum, & posuit ibi hominẽ quẽ formauit, recapitulãdo redeat & dicat quod prętermiserat, quomodo scilicet paradisus fuerit plãtatus. quia p duxit Deus adhuc de terra omne lignũ speciosum & bonũ in escã. Denique secutus adiunxit: Et lignum vitæ in medio paradisi, & lignum scientiæ boni & mali. Deinde flumen, quo paradisus irrigaretur, diuisum in quatuor principia fluuiorũ quatuor

Gen. 1.

tuor explicatur, quod totum pertinet ad institutionem paradisi. Quod ubi terminauit, repetiuit illud quod iam dixerat, & reuera hoc sequebatur atque ait: Et sumpsit Dominus Deus hominem quem fecit, & posuit eum in paradiso, &c. Post ista enim facta ibi est positus homo sicut nunc ordo ipse demonstrat: non post hominem ibi positũ facta sunt ista, sicut prius dictum putari potest, nisi recapitulatio illic vigilãter intelligatur, qua reditum
Gen.1 o. est ad ea quę fuerant prętermissa. Itemq; in eodẽ libro, cum commemorarentur generationes filiorum Noe, dictum est: Hi filij Cham in tribubus suis, secundũ linguas suas in regionibus suis & in gentibus suis. Enumeratis quoque filijs Sem, in tribubus suis secundum linguas suas in regionibus suis & in gẽtibus suis. Et annectitur de omnibus, Hæ tribus filiorum Noe, secundum generationes eorum & secundum gentes eorũ. Ab his dispersę sunt insulę gentium super terram post diluuium. Et erat omnis terra labium vnum & vox vna omnibus.
Gen.11. Hoc itaque quod adiũctum est, Et erat omnis terra labium vnum & vox vna omnibus: id est, vna lingua omnium: ita dictum videtur tanquam eo iam tempore, quo dispersi fuerant super terram, etiam secundũ insulas gentium vna fuerit omnibus lingua communis: Quod proculdubio repugnat superioribus verbis vbi dictũ est: In tribubus suis secundũ linguas suas. Neq; enim dicerent habuisse iam linguas suas singulę tribus, quę gentes singulas fecerãt, quando erat omnibus vna cõmunis: ac p hoc recapitulando adiũctum est, Et erat omnis terra labium vnũ & vox vna omnibus: latenter narratione redeunte, vt diceretur quomodo factum sit vt ex vna omniũ lingua fuerint diuisi per multas. Et cõtinuo de illa turris ędificatione narratur, vbi hęc eis iudicio diuino ĩgesta est pœna superbię, per quod factũ dispersi sunt super terrã secũdũ linguas suas. Fit ista recapitulatio etiã obscurius, sicut in Euangelio dicit Dominus, Die quo
Luc.17. exijt Loth a Sodomis, pluit ignem de cœlo, & perdidit omnes: secũdũ hęc erit dies filij hominis quo reuelabit. Illa hora, qui erit in tecto & vasa eius in domo, non descendat tollere illa: Et qui in agro, similiter non reuer-
Gen.19. tat retro: meminerit vxoris Loth. Nũquid cum Dominus fuerit reuelatus, tunc sunt ista seruanda, ne quisque retro respiciat, id est vitã prętęritã, cui renũciauit inquirat: & nõ potius isto tẽpore, vt cũ Dominus fuerit reuelatus retributionẽ pro eis, quę quisque seruauit vel cõtempsit inueniat? Et tamẽ quia dictum est, In illa hora, tunc putantur ista seruanda, cum fuerit Dominus reuelatus: nisi ad intelligendam Recapitulationem sensus legentis inuigilet, adiuuante alia scriptura, quę ipsorum

apostolorum adhuc tempore clamauit, Filii nouissima
1.Ioan.2. hora est. Tempus ergo ipsum quo Euangelium prædicatur, quousque Dominus reueleť, hora est, in qua oportet ista seruari, quia & ipsa reuelatio Domini ad eãdem horam pertinet, quæ die iudicii terminabitur.

SEPTIMA Ticonii regula est, eademque postrema de diabolo & eius corpore. Est enim & ipse caput impiorum, qui sunt eius quodammodo corpus, ituri cum illo in supplicium æterni ignis: sicut Christus caput est
Eph.1. ecclesię, quæ est corpus eius futurum cum illo in regno & gloria sempiterna. Sicut ergo in prima regula, quam vocat de Domino, & eius corpore, vigilandum est vt intelligatur, cum de vna eademque persona scriptura loquitur, quid conueniat capiti, quid corpori: sic & in ista nouissima aliquando in diabolum dicitur, quod nõ in ipso, sed potius in eius corpore possit agnosci, quod habet non solum in eis qui manifestissime foris sunt, sed in eis etiam qui cum ad ipsum pertineant, tamen ad tempus miscentur ecclesiæ, donec vnusquisque de hac vita exeat, vel a frumento palea ventilabro vltimo separetur. Quod enim scriptum est apud Esaiam, Quomodo
Esa.14. cecidit de cœlo Lucifer mane oriens, & cætera quę sub figura regis Babylonię de eadem persona vel ad eandẽ personam dicta sunt in ipsa contextione sermonis, de diabolo vtique intelliguntur: & tamen quod ibi dictũ est, Contritus est in terra, qui mittit ad omnes gentes: non totum ipsi capiti congruit. Nam & si mittit ad omnes gentes diabolus angelos suos, tamen in terra corpus eius non ipse conteritur: nisi quia ipse est in corpore suo quod contritum sit vt puluis, quem proiicit vẽ-
Psal.1. tus a facie terræ. Hæ autem omnes regulę, excepta vna quæ vocatur de promissis & lege, aliud ex alio faciunt intelligi, quod est proprium tropicę locutionis, quæ latius patet quam vt possit, vt mihi videtur ab aliquo vniuersa comprehendi. Nam vbicunque velut aliud dicitur vt aliud intelligatur, & si nomen ipsius tropi in loquendi arte non inuenitur, tropica locutio est. Quæ cũ fit vbi fieri solet, sine labore sequitur intellectus: cum vero vbi non solet, laboratur vt intelligatur, ab aliis magis, ab aliis minus, sicut magis minusue dona Dei sunt in ingeniis hominum, vel adiutoria tribuuntur. Proinde sicut in verbis propriis, de quibus superius disputauimus, vbi res vt dicuntur intelligendæ sunt: sic in translatis quę faciunt tropicas locutiones, ubi aliud ex alio intelligendum est, de quibus hucusque quantum visum est satis egimus: non solum admonendi sunt studiosi venerabilium literarum, vt in scripturis sanctis genera locutionum sciant, & quomodo apud eas aliquid dici so-

Ticonii Regula septima. CAP. XXXVII.

Hę omnes regulę vna excepta, aliud ex alio faciunt intelligi.

leat, vigilanter aduertant memoriterque retineant: verum etiam, quod est præcipuum & maxime necessariũ, orent vt intelligant. In eis quippe literis quarum studio sunt legunt, quoniam Dominus dat sapientiã, & a facie eius scientia & intellectus, a quo & ipsum studium, si pietate præditum est, acceperunt. Sed hæc satis etiam de signis, quantum ad verba pertinent, dicta sint. Restat vt de proferendis eis quæ sentimus, sequenti volumine quę Dominus donauerit disseramus.

Prouerb. 2. Studium, scientia & sapientia a Domino.

D. AVRELII AVGVSTINI DE DOCTRINA CHRISTIANA LIBER QVARTVS.

Prologus. Idẽ supra in primo lib. cap. 1.

HOC opus nostrum, quod inscribit De doctrina Christiana, in duo quidam fueram prima distributione partitus. Nam post prooemium, quo respondi eis, qui hoc fuerant reprehẽsuri, duę sunt res, inquam, quibus nititur omnis tractatio scripturarum: modus inueniendi quę intelligenda sunt, & modus proferendi quę intellecta sunt. De inueniendo prius, de proferendo postea disseremus. Quia ergo de inueniendo multa iam diximus, & tria de hac vna parte volumina absoluimus, Domino adiuuante, de proferendo pauca dicemus, vt si fieri potuerit, vno libro cuncta claudamus, totumq; hoc opus quatuor voluminibus terminetur.

Quid lectori expectandum hoc libro. CAP. I.

PRIMO itaq; expectationem legẽtium qui forte me putant rhetorica daturum esse præcepta, quę in scholis secularibus & didici, & docui, ista prælocutione prohibeo, atq; vt a me non expectentur admoneo: non quod nihil habeant utilitatis, sed si quid habent, seorsum discendum est, si cui fortasis bono viro etiam hæc vacat discere, non autem a me vel in hoc opere, vel in aliquo alio requirendum.

Rhetorica tam falsa quã vera quam falsa persuadet. CAP. II.

NAM cum per artẽ rhetoricam & vera suadeantur et falsa, quis audeat dicere aduersus mendacium in defensoribus suis inermẽ debere cõsistere veritatẽ: vt videlicet illi qui res falsas persuadere conant, nouerint auditorẽ vel beneuolũ vel intentum vel docilẽ prooemio facere, isti autẽ nõ nouerint? Illi falsa breuiter, aperte, verisimiliter; & isti vera sic narrent, vt audire tędeat, intelligere nõ pateat, credere postremo nõ libeat? Illi fallacibus argumentis veritatẽ oppugnent, asserant falsitatem: isti nec vera defendere, nec falsa valeãt refutare. Illi animos audientium in errorẽ mouentes impellentesq; dicẽdo terreant, cõtristent, exhilarent, exhortentur ardenter, isti pro veritate lenti frigidiq; dormitent. Quis ita desipiat, vt hoc sapiat? Cum ergo sit in medio posita facultas eloquii, quę ad persuadenda seu praua seu recta valeat plurimum, cur nõ bonorum studio comparatur, vt militet veritati, si eam mali ad obtinendas peruersas vanasque causas in vsus iniquitatis & erroris vsurpant.

Augustinus rhetoricã reliquit in lib. 9. confessionum ca. 2. in Tom. 1.

Rhetoricam nĩ si quis cito nunquam discit. CAP. III.

SED quęcunq; sunt de hac re obseruationes atq; præcepta, quibus cũ accedit in verbis plurimis ornamentisq; verborum exercitatioris linguę solertissima cõsuetudo fit illa, quę facundia uel eloquentia nominat, extra istas literas nostras, sepositio ad hoc congruo tẽporis spatio, apta & cõuenienti ętate discenda sunt eis, qui hoc celeriter possunt. Nã & ipsos Romanę eloquentiæ principes nõ piguit dicere, quod hanc artẽ nisi quis cito possit, nũquã omnino possit pdiscere. Quod vtrum verũ sit, quid opus est quęrere? Nõ enim etiã si possint hęc a tardiori bus tandẽ aliquãdo pdisci, nos ea tãti pendimus, vt eis discendis iã maturas vel etiã graues hominũ ætates velimus impendi. Satis est vt adolescentulorũ ista sit cura nec ipsorũ omniũ, quos vtilitati ecclesiasticę cupimus erudiri, sed eorũ quos nondũ magis vrgens, & huic rei sine dubio præponenda necessitas occupauit. Quoniã si acutũ & feruens adsit ingeniũ, facilius adhęret eloquentia legentibus & audientibus eloquentes, quã eloquẽtię præcepta sectantibus. Nec desunt ecclesiasticę literę etiã præter canonẽ in authoritatis arce salubriter collocatũ, quas legendo homo capax, & si id nõ agat, sed tantummodo rebus quę ibi dicuntur intentus sit, etiã eloquio quo dicuntur, dũ in his versat, imbuitur, accedente vel maxime exercitatione siue scribendi siue dictãdi, postremo etiã dicendi, quæ secundũ pietatis ac fidei regulam sentit. Si autẽ tale desit ingeniũ, nec illa rhetorica præcepta capiũtur, nec si magno labore inculcata quãtulacunq; ex parte capiãtur, aliquid ꝓsunt: quãdoquidẽ etiam ipsi quia ea didicerunt, & copiose ornateq; dicunt, non omnes vt secundum ipsa dicant, possunt ea cogitare cũ dicunt, si nõ de his disputãt: imo vero vix vllos eorum esse existimo, qui vtrunq; possint, & dicere bene, & ad hoc faciendum præcepta illa dicendi cogitare cũ dicunt.

Ex Cicerone De oratore.

Cauendum ẽ ne fugiant ex animo quæ dicenda

Cauendnm est enim ne fugiant ex animo quæ dicenda sunt, dum attenditur vt arte dicantur. Et tamen in sermonibus atque dictionibus eloquentium, impleta reperiuntur

sunt, dū attēdit vt arte dicātur ob id Augustinus q̄ prius artem rhetoricam & victoriosam loquacitatē victus cupiditate, docuit (lib. 4. cōf. ca. 2.) Adolescētes Carthaginis (lib. 5. cōf. cap. 7.) deinde romæ (6. conf. cap. 12.) & postremo mediolani, tādē illam professionē deserit. 9. conf. ca. 2. in Tom. 1.

periuntur præcepta eloquentiæ, de quibus illi vt eloquerentur vel cum loquerentur non cogitauerunt, siue illa didicissent, siue ne attigissent quidem. Implent quippe illa quia eloquentes sunt, non adhibent vt sint eloquentes. Quapropter cum ex infantibus loquentes non fiāt, nisi locutiones discendo loquentium: cur eloquentes fieri non possint nulla eloquendi arte tradita, sed locutiones eloquentium legendo & audiendo, & quantum assequi conceditur imitando? Quid quod ita fieri ipsis quoque experimur exemplis? Nam sine præceptis rhetoricis nouimus plurimos eloquentiores plurimis qui illa didicerunt: sine lectis vero & auditis eloquentium disputationibus vel dictionibus neminem. Nam neque ipsa arte grammatica qua discitur locutionis integritas, indigerent pueri, si eis inter homines qui integre loquerentur, crescere daretur & viuere. Nescientes quippe vel la nomina vitiorum, quicquid uitiorum cuiusquam ore loquentis audirent, sana sua consuetudine reprehenderent & cauereut, sicut rusticos vrbani reprehendunt, etiam qui literas nesciunt.

1 Arte grāmatica nō indigerent pueri, si eis inter homines integre loquētes crescere daretur, & viuere vt exemplo probat de qua arte habes librum ab augustino in Tom. 1. & arguit errores illorum qui magis Grāmaticorum curant, quam dei seruare leges, & præcepta, & plus barbarismum quam vitia morum fugiunt lib. 1. confes. cap. 18. & 19. in To. 1.

Officium doctoris Christiani. CAP. IIII.

DEBET igitur diuinarum scripturarum tractator & doctor, defensor rectę fidei, ac debellator erroris, & bona docere, & mala dedocere: atque in hoc opere sermonis conciliare auersos, remissos erigere: nescientibus quid agatur, quid expectare debeant intimare. Vbi autem beneuolos, intentos, dociles, aut inuenerit, aut ipse fecerit, cætera peragenda sunt, sicut causa postulat. Si docendi sunt qui audiunt narratione faciendum est, si tamen indigeat vt res de qua agitur innotescat. Vt autem quæ dubia sunt certa fiant, documentis adhibitis ratiocinandum est. Si uero qui audiunt, monendi sunt potius quā docendi, vt in eo quod iam sciunt, agendo non torpeāt, & rebus assensum quas veras esse fatentur accommodent, maioribus dicendi viribus opus est. Ibi obsecrationes & increpationes, concitationes, & coercitiones, & quæcunque alia valent ad commouendos animos, sunt necessaria. Et hæc quidem cuncta quæ dixi, omnes fere homines in iis quæ loquendo agunt, facere non quiescunt.

De uariis dicēdi generibus. CAP. V.

SED cum alii faciant obtuse, deformiter, frigide, alii acute, ornate, vehementer, illum ad hoc opus unde agimus, iam oportet accedere, qui potest disputare vel docere

cere sapiēter, etiā si nō potest eloquēter, vt prosit audiētibus, etiam si minus prodesset, quā si & eloquēter posset dicere. Qui vero affluit insipiēti eloquētia, tanto magis cauendus est, quāto magis ab eo ijs quę audire inutile est, delectat auditor, & eū quoniā diserte dicere audit, etiam vere dicere existimat. Hęc autē sententia nec illos fugit, qui artem rhetoricā docendam putarūt: falsi sunt enim sapiētiam sine eloquētia parum prodesse ciuibus, eloquētiam vero sine sapiētia nimium obesse plerūque, prodesse nunquam. Si ergo hæc illi qui præcepta eloquētię tradiderunt, in eisdē libris in quibus id egerunt veritate instigante coacti sunt confiteri, verā, hoc est supernam quę a patre luminum descēdit, sapientiam nescientes: quanto magis nos nō aliud sentire debemus, qui huius sapiētię filij & ministri sumus? Sapiēter autem dicit homo tanto magis vel minus, quanto in scripturis sanctis magis minusue profecit. Non dico in eis multum legēdis memorięq; mandandis, sed bene intelligēdis, & diligēter earum sensibus indagandis. Sunt enim qui eas legunt, & negligunt: legūt vt teneant, negligunt vt intelligant. Quibus longe sine dubio præferēdi sunt, qui verba earum minus tenēt, & cor earū sui cordis oculis vidēt. Sed vtrisq; ille melior, qui & cum volet eas dicit, & sicut oportet intelligit. Huic ergo qui sapiēter debet dicere, et quod non potest eloquēter, verba scripturarū tenere maxime necessarium est. Quanto enim se pauperiorē cernit in suis, tanto eum oportet in istis esse ditiorē: vt quod dixerit suis verbis, probet ex illis, & qui propriis verbis minor erat, magnorū testimonio quodā modo crescat. Probādo enim delectat, qui minus potest delectare dicēdo. Porro qui non solū sapiēter, verū etiā eloquēter vult dicere, quoniā prefecto plus proderit, si vtrunq; potuerit ad legēdos vel audiēdos & exercitatione imitandos eloquētes eū mittо libēntius quam magistris artis rhetoricę vacare prępcipio: si tamē ij qui leguntur & audiuntur, non solū eloquēter, sed etiam sapiēter dixisse vel dicere, veraci prędicatione laudanē. Qui enim eloquēter dicunt, suauiter: qui sapienter, salubriter audiuntur. Propter quod non ait scriptura, Multitudo eloquentium, sed multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Sicut autem sæpe sumenda sunt & amara salubria, ita semper vitanda est pernicioſa dulcedo. Sed salubri suauitate, vel suaui salubritate, qd melius? Quāto enim magis illic apperit suauitas, tāto facilius salubritas prodest. Sūt ergo ecclesiastici viri qui diuina eloqa non solum sapiēter, sed eloquenter etiam tractauerunt. Quibus legendis magis nō sufficit tēpus, quā deesse ipsi studentibus & vacantibus possunt.

Sapiētia sine eloquetia parū prodest, eloquentia ỹo sine sapiētia nūquā prodest sed multotiens obest. Cic. lib. 1 de inuentione. Iacob. 1.

Probādo delectat, qui minus potest delectare dicendo.

Eloquentes discūt sua sapiēter, sapiētes vero salubriter audiuntur.

In sacris esse sanã eloquentiã. CAP. VI.

HIC aligs forsitã quẽrit, vtrũ authores nostri quorũ scripta diuinitus inspirata canonem nobis saluberrima authoritate fecerũt, sapiẽtes tãtummodo, an eloquẽtes etiã nũcupãdi sunt. Quę quidem quęstio apud me ipsum & apud eos qui mecum, quod dico, sentiũt, facillime soluitur. Nã vbi eos intelligo, non solum nihil eis sapientius, verũ etiam nihil eloquẽtius mihi videri potest. Et audeo dicere, omnes qui recte intelligunt quod illi loquũtur, simul intelligere non eos aliter loqui debuisse. Sicut est enim quędã eloquentia quæ magis ætatẽ iuuenilẽ decet, est quæ senilem, nec iam dicẽda est eloquẽtia, si personæ non congruat eloquentis: ita est quędam quę viros summa authoritate dignissimos planeque diuinos decet. Hac illi locuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa: ipsis enim congruit, alios autem quanto videtur humilior, tanto altius nõ ventositate sed soliditate transcendit. Vbi vero non eos intelligo, minus quidem mihi apparet eorũ eloqnẽtia, sed eam tamen nõ dubito esse talem qualis est vbi intelligo. Ipsa quoque obscuritas diuinorũ salubriumq; dictorum tali eloquentiæ misęcẽda fuerat, in qua proficere noster intellectus, non solum inuẽtione, verum etiam exercitatione deberet. Posse quidẽ si vacaret, omnes virtutes & ornamẽta eloquẽtię, de quibus inflantur isti qui linguã suam nostrorũ authorũ linguę non magnitudine, sed tumore prænũt, ostẽdere in istorũ literis sacris, quos nobis erudiendis, & ab hoc seculo prauo in beatũ seculũ trãsferẽdis, prouidẽtia diuina prouidit. Sed nõ ipsa me plus quam dici potest in illa eloquẽtia delectant, quę sunt his viris cũ oratoribus gentiliũ poetisue cõmunia. Illud magis admiror & stupeo, quod ista nostra eloquentia ita vbi sunt per alterã quandam eloquentiam suam, vt nec eis deesset, nec emineret in eis: quia eam nec improbari ab illis, nec ostentari oportebat: quorum alterum fieret si vitaretur, alterum putari posset si facile agnosceretur. Et in quibus forte locis agnoscitur a doctis, tales res dicuntur, vt verba quibus dicuntur non a dicente adhibita, sed ipsis rebus velut sponte subiuncta videantur: quasi sapientiam de domo sua, id est pectore sapientis procedere intelligas, & tanquam inseparabilem famulã etiam non vocatam sequi eloquentiam.

Eloquẽtia vt famula sacrã seqtur sapientiam

Pulchre docet, ad ductis exemplis, i sacris lrĩs inesse germanã eloquẽtiã, quæ sapiẽtię adhæret, velut inseparabilis comes.

Ro. 5.

CAP. VII.

QVIS enim nõ videat qd voluerit dicere, & quã sapiẽter dixerit Apostolus: Gloriamur i tribulationibus, sciẽtes qa tribulatio patiẽtiã operat, patiẽtia ãt probationẽ, probatio vero spẽ, spes aũt nõ cõfundit: qa charitas Dei diffusa est in cordibus nostris p Spiritũ Sanctũ q datus ẽ nobis. Hic si quis, vt ita dixerim, impetite peritus artis eloquẽtię præcepta Apostolũ secutũ fuisse, contendat

cõtendat, nõne a Christianis doctis idoctisq; ridebit? Et tamẽ agnoscit hic figura, quę κλῖμαξ Græce, Latine vero a quibusdã est appellata gradatio, quoniã scalã dicere noluerũt, cũ verba vel sensa cõnectunt alterũ ex altero: sicut hic, ex tribulatione patiẽtiã, ex patiẽtia probationẽ, ex probatione spẽ cõnexã videmus. Agnoscit & aliud decus, quoniã post aliqua pronũciationis voce singula finita, quæ nostri membra & cæsa, Græci autem κῶλα καὶ κόμματα vocãt sequit ambitus siue circuitus, quã περίοδος illi appellãt, cuius mẽbra suspẽdunt vo ce dicẽtis, donec vltima finiant. Nã eorũ quę prȩcedũt circuitũ, mẽbrũ illud est primũ, quoniã tribulatio patiẽtiã operat: secundũ, patiẽtia aũt probationẽ: tertiũ, probatio vero spẽ. Deinde subiungit ipse circuitus q tribus peragit mẽbris: quorũ primũ est, spes autẽ nõ cõfundit: secũdũ, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris: tertium, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Ad hæc atque huiusce modi in elocutionis arte traduntur. Sicut ergo Apostolũ præcepta eloquentiæ secutũ fuisse nõ dicimus, ita quod eius sapiẽtiam secuta sit eloquẽtia, non negamus. Scribẽs ad Corinthios in secunda epistola, redarguit quosdã qui erãt ex Iudęis pseudoapostoli, eique detrahebãt. Et quoniã seipsum prędicare cõpelli tur, hãc sibi velut insipiẽtiã tribuẽs, quam sapienter dicit, quamque eloquẽter? Sed comes sapiẽtię, dux eloquẽtię, illam sequens, istam præcedens & sequentem nõ respuens. Iterũ dico, inquit, ne quis me existimet insipientem esse, alioquin velut insipientẽ suscipite me, vt & ego modicũ quid glorier. Quod loquor, non loquor secundum Deũ, sed quasi in stultitia in hac substantia gloriæ: quoniam quidẽ multi gloriantur secundũ carnem, & ego gloriabor. Libenter enim sustinetis insipientes, cũ sitis ipsi sapiẽtes. Toleratis enim si quis vos in seruitutẽ redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit: secundũ ignobilitatẽ dico, quasi nos infirmati simus. In quo quis audet, in insipiẽtia dico, audeo & ego. Hebręi sunt? & ego. Israelitę sunt? & ego. Semẽ Abrahę sunt? & ego. Ministri Christi sunt? & ego. Vt insipiẽs dico, supẽr ego. In laboribus plurimũ, in carceribus abũdãtius, in plagis supra modũ, in mortibus frequẽter. A Iudęis quinquies quadraginta vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiũ feci: nocte & die in profundo maris fui. In itineribus sępe, periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gẽtibus, periculis i ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis i falsis fratribus, In labore & grumna, in vigiliis sępius, i fame & siti,

figura, κλῖμαξ. latiẽ gradatio.

Comes sapiẽtię & dux eloquẽtiæ

2. Co. 11.

pauIus q & Idoneus fuit Iuris diuini consultus. (In ꝟ ỹbis Dñi in Euãgeliũ secũ. Ioã ser. 63. ĩ To. 10) & ỹba illius tonitrua, ex nube dei ꝓcedẽtia (ĩ ꝟ ỹb. Supẽr ego Græce ὑπὲρ ἐγω, Apo: ser. 29 i To. 10.) eteni id ẽ, ego Christus ꝓ plius, siue magis ego: q̃ hoc lo

2.Co. 11. et. Aug. in lib. 50. ho mil. homilia. S. in Tom. 10. Artificium rhetorices ybam magis redidit q̃ sententiam.

& siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate, præter illa quę extrinsecus sunt incursus in me quotidianus, solicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Si gloriari oportet, in ijs quę infirmitatis meę sunt gloriabor. Quanta sapientia ista sint dicta vigilantes vident. Quãto vero eloquentię cucurrerint flumine, & qui stet tit aduertit. Porro autẽ qui nouit agnoscit, quod ea cęsa quæ commata Greci vocant, & membra & circuitus, de quibus paulo ante diserui, cũ decentissima varietate interponerentur, totam istam speciẽ dictionis, & quasi eius vultum, quo etiã indocti delectantur mouenturque, fecerunt. Nã vnde cœpimus hunc locum inserere, circuitus sunt, primus minimus hoc est bimembris, minus enim quam duo membra circuitus habere non possunt, plura vero possunt: ergo ille primus est, Iterum dico, ne quis me existimet insipientem esse. Sequitur alius trimembris, Alioquin, velut insipientem suscipite me, vt & ego modicum quid glorier. Tertius qui sequitur membra habet quatuor, Quod loquor, nõ loquor secundum deũ, sed quasi in stultitia, in hac substantia glorię. Quartus duo habet, Quandoquidem multi gloriantur secundum carnẽ, & ego gloriabor. Et quintus habet duo, Libẽter enim sustinetis insipientes, cũ sitis ipsi sapientes. Bream, sextus bimembris est, Toleratis enim, si quis vos in seruitutẽ redigit. Sequũtur tria cęsa, Si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur. Deinde tria membra, Si quis in faciẽ vos cędit, secundũ ignobilitatẽ dico, quasi nos infirmati simus. Additur trimẽbris circuitus, In quo autẽ quis audet, in insipiẽtia dico, audeo & ego. Hinc iã singulis q̃busque cęsis interrogãdo positis, singula itidẽ cęsa respõsione reddũtur, tria tribus: Hebręi sunt? & ego Israelitę sunt? & ego. Semẽ Abrahę sunt? & ego. Quarto autẽ cęso simili interrogatiõe posito, nõ alterius cęsi, sed mẽbri oppositione respõdet, Ministri Christi sunt? & ego. Vt insipiẽs dico, super ego. Iã cęsa quatuor sequẽtia remota decẽtissime interrogatione fundũtur: In laboribus plurimũ, in carceribus abundãtius, in plagis supra modũ, in mortibus frequẽter. Deinde interponitur breuis circuitus, quoniã suspẽsa pronũciatione distinguẽdũ est: A Iudęis quinquies, vt hoc sit vnum membrum, cui connectitur alterum, quadraginta una minus accepi. Inde reditur ad cęsa, & ponuntur tria. Ter virgis cęsus sum semel lapidatus sum, ter naufragium feci. Sequitur membrum. Nocte ac die in profundo maris fui: Deinde quatuordecim cæsa decentissimo impetu profluunt: In itineribus sępe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gẽtibus, periculis in

in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærunna, in vigilijs sępius, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Post hæc interponit trimembrem circuitum: Præter illa quæ extrinsecus sunt, incursus in me quotidianus, solicitudo omnium ecclesiarum. Et hinc duo membra percontatione subiungit. Quis infirmatur & ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur & ego nõ vror? Postremo totus iste quasi anhelãs locus, bimembri circuitu terminatur: Si gloriari oportet, in ijs quę infirmitatis meę sunt gloriabor. Quod vero post hunc impetum interposita narratiuncula quodammodo requieuit, & requiescere facit auditorem, quid decoris, quid delectationis habeat, satis dici non potest. Sequitur enim dicens: Deus & pater Domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior. Ac deinde quomodo periclitatus fuerit, & quomodo euaserit, breuissime narrat. Longum est cętera persequi, vel in alijs sanctarum scripturarum locis ista mõstrare. Quid si etiam figuras locutionis, quę illa arte traduntur, in ijs saltem quæ de Apostoli eloquio commemoraui, ostendere voluissem? Nonne facilius graues homines ne nimium, quam quisquam studiosorum sibi sufficientem putarent? Hæc omnia quando a magistris docẽtur pro magno habẽtur, magno precio emuntur, magna iactatione venduntur. Quã iactationem etiam ego redolere vereor, dum ista sic discero. Sed male doctis hominibus respondẽdum fuit, qui nostros authores contẽnẽdos putãt, nõ quia nõ habẽt, sed quia non ostentant quam nimis isti diligunt eloquẽtiam. Sed forte quis putat, tanquam eloquentię, nostrum elegisse me Apostolum Paulũ, Videtur enim, vbi ait, Et si imperitus sermone, sed nõ sciẽtia: quasi cõcedẽdo obtrectatoribus sic locutus, non tãquã id uerũ agnoscerem cõfitendũ: Si autẽ dixisset. Imperitus quidẽ sermone, & nõ addidisset sed nõ scientia, nullo modo aliud posset intelligi. Scientiã plane non cũctatus est profiteri, sine qua esse doctor gentiũ non valeret. Certe si quid eius proferimus ad exemplum eloquentię, ex illis epistolis utique proferimus, quas etiã ipsi obtrectatores eius, qui sermonem prędicantis contẽptibilẽ putari volebãt, graues & fortes esse cõfessi sunt. Dicendũ ergo mihi aliquid esse in deo & de eloquẽtia prophetarũ, vbi per tropologiã multa obtegũtur. Quę quãto magis trãslatis uerbis videtur operiri, tanto magis cum fuerint aperta dulcescũt. Sed hoc loco tale aliquid commemorare debeo, vbi quę dicta sunt, non cogar exponere, sed commendem tantum quomodo dicta sint. Et ex illius prophetæ libro potissimũ hoc faciã, qui se pastorẽ, vel armentariũ fuisse dicit,

Male docti nostros authores contẽnunt, Nõ quia non habẽt eloquentiã, sed quia eam non ostentant, ut illi faciunt. 2. Corin. 11.

Prophetę eloquentes, quorũ eloquia tripartita reperiũtur in sacris libris nam Amos. 7.

aliqua ad terre nã spectãt hierusalẽ, vt correptio Dauid cuius mala pphetauit Nathã. 2. regũ. 12. alia Vero ad æternã pti nẽr patriã, vt illud Ireme. 31. ego ero illis in deũ, & ipsi mihi erũt i plebẽ, nõnulla ad Vtranq; vt ver Salomonis. 3. reg. 7. et. 8. Aug. 1. 17. lib. de ciu. dei. ca. 3. i To. 5. & fuerũt prophetę veri philosophi, hoc est amatores sapiẽtię, ipsi sapiẽtes ipsi Theologi ipsi doctores pietatis atq; pbitatis. 18. de ciuita. dei. ca. 41.

Hieronymus vtriusq; linguę peritus.

Amos. 6

atq; inde diuinitus ablatum atq; missum, vt Dei populo prophetaret. Non autem secundum septuaginta interpretes, qui etiam ipsi diuino spiritu interpretati, ob hoc aliter videntur nonnulla dixisse, vt ad spiritalem sensum scrutandum magis admoneretur lectoris intentio, vnde etiam obscuriora nonnulla, quia magis tropica, sunt eorum: sed sicut ex Hebræo in Latinum eloquium presbitero Hieronymo vtriusque linguæ perito interpretante translata sunt. Cum igitur argueret impios, superbos, luxuriosos, & fraterne ideo negligentissimos charitatis, rusticus vel ex rustico iste propheta exclamauit dicens, Vę vobis qui opulenti estis in Sio, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel: transite in Calamne & videte, & ite inde in Emath magnam & descendite in Geth Palestinorum, & ad optima quęque regna horum, si latior terminus eorum termino uestro est. Qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniqtatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti: qui canitis ad vocem Psalterij. Sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici, bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph, Nunquid nam isti qui prophetas nostros tanquam ineruditos & elocutionis ignaros, veluti docti desertiq; contemnunt, si aliquid eis tale vel in tales dicendum fuisset, aliter se voluissent dicere, qui tamen eorum insanire noluissent? Quid enim est quod isto eloquio aures sobriæ plus desiderent? prima ipsa inuectio, quasi sopitis sensibus vt euigilarent, quo fremitu illisa est? Vę vobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in mõte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel. Deinde vt beneficijs Dei, qui eis ampla spatia regni dedit, ostendat ingratos, quoniam confidebant in monte Samariæ, vbi vtique idola colebantur: Transite, inquit, in Calamne, & videte, & ite inde in Emath magnam, & descendite in Geth Palæstinorum, & ad optima quæque regna horum, si latior terminus eorum termino vestro est. Simul etiam cum ista dicuntur, locorum nominibus tanquam luminibus ornatur eloquium, quę sunt Sion, Samaria, Calamne. Emath magna, & Geth Palestinorum. Deinde verba quæ his adiunguntur locis decentissime variantur. Opulenti estis, confiditis, transite, ite, descendite. Consequenter denunciatur futura sub vnico rege propinquare captiuitas, cum adiungitur, Qui separati estis in diem malũ, & appropinquatis solio iniquitatis. Tunc subijciuntur merita

merita luxurię, Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Ista sex membra tres bimembres circuitus reddiderunt. Non enim ait, Qui separati estis in diem malum, qui appropinquatis solio iniquitatis, qui dormitis in lectis eburneis, qui lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti: quod si ita diceretur, esset quidẽ & hoc pulchrũ, vt ab vno pronomine repetito omnia sex mẽbra decurrerent, & pronunciantis voce singula finirentur. Sed pulchrius factum est, vt eidem pronomini essent bina subnexa, quę tres sententias explicarent: vnã ad captiuitatis prænunciationem, Qui separati estis in diẽ malum, & appropinquatis solio iniquitatis: alteram ad libidinem, Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: ad voracitatem vero tertiam pertinentem, Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti: vt in potestate sit pronunciantis, vtrũ singula finiat & membra sint sex: an primum & tertium & quintum voce suspendat, & secundum primo, & quartum tertio, sextum quinto connectendo, tres bimẽbres circuitus decentissime faciat: vnum quo calamitas imminens, alterum quo lectus impurus, tertium quo prodiga mensa monstret. Deinde luxuriosam remordet aurium voluptatem: vbi cum dixisset, Qui canitis ad vocem psalterij, quoniam potest exerceri sapienter a sapiẽtibus musica, mirabili decore dicendi, inuectionis impetu relaxato, & non ad illos, sed de illis iam loquens, vt nos musicam sapientis a musica luxuriantis distinguere commoneret, non ait, Qui canitis ad vocẽ psalterij, & sicut Dauid putatis vos habere vasa cantici: sed cum illud ad illos dixisset, quod luxuriosi audire deberent, Qui canitis ad vocem psalterij: imperitiam quoque eorum alijs quodammodo indicauit, adiungens, Sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici, bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti. Tria hęc melius pronunciantur, si suspensis duobus prioribus membris circuitus tertio finiatur. Iã vero qđ his omnibus adiicitur. Et nihil patiebantur sup cõtritione Ioseph, siue continuatim dicatur, vt vnum sit membrum: siue decentius suspendatur, & nihil patiebantur, & post hanc distinctionẽ inferatur, super cõtritione Ioseph, atque sit bimembris circuitus: miro decore non dictum est, nihil patiebantur super contritione fratris, sed positus est pro fratre Ioseph, vt quicunque frater proprio significaretur eius nomine, cuius ex fratribus fama præclara est, vel in malis quę pendit, vel in bonis quæ rependit. Iste certe tropus vbi Ioseph quemcunque fratrem facit intelligi, nescio

Musica sapienter, a sapiẽti exerceri potest.

Musica sapientis a musica luxuriãtis distinguitur.

Gen. 37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gi, nescio vtrum illa, quam didicimus & docuimus arte tradatur. Quam sit tamen pulcher, & quẽ admodum affi ciat legentes atq; intelligẽtes, non opus est cuiquam di ci si ipse non sentit. Et plura quidem quæ pertinent ad præcepta eloquentiæ, in hoc ipso loco quem pro exem plo posuimus possunt reperiri. Sed bonum auditorẽ nõ tam si diligenter discutiatur instruit, quã si ardenter pro nuncietur accendit. Neq; enim hęc humana industria cõ posita, sed diuina mente sunt fusa, & sapienter & eloquẽ ter, non intẽta in eloquẽtiam sapiẽtia, sed a sapiẽtia non recedẽte eloquẽtia. Si enim, sicut quidã disertissimi atq; acutissimi viri videre, ac dicere potuerunt, ea quę velut oratoria arte dicuntur, non obseruarentur & notarent, & in hanc doctrinam redigerẽtur, nisi prius in oratorũ inuenirẽtur ingenijs: quid mirum si & in istis inuentun tur, quos ille misit qui facit ingenia? Quapropter & elo quentes quidem non solum sapiẽtes canonicos nostros authores doctoresq; fateamur tali eloquentia vsos, qua lis personis eiusmodi congruebat.

Qualis debeat eẽ sermo doctoris euangelici. CAP. VIII.

SED nos & si de literis eorũ, quę sine difficultate in telliguntur nonnulla sumimus elocutionis exempla, ne quaquã tamẽ putare debemus imitandos eos nobis eẽ, in ijs quæ ad exercẽdas, & elimandas quodãmodo mẽ tes legẽtium, & ad rumpẽda fastidia atq; acuẽda studia discere volẽtiũ, zelandos quoq; siue vt ad pietatẽ con uertant, siue vt a mysterijs secludant animos impiorũ, vtili ac salubri obscuritate dixerunt. Sic quippe illi locu ti sunt, vt posteriores qui eos recte intelligerẽt, & expo nerẽt, alteram gratiam, disparẽ quidẽ veruntamẽ subsẽ quẽtẽ in Dei ecclesia reperirent. Non ergo expositores eorum ita loqui debent, tanquam seipsi exponendos si mili authoritate proponãt: sed in omnibus sermonibus suis primitus ac maxime vt intelligant elaborẽt ea quã tũ possunt perspicuitate dicẽdi, vt aut multũ tardus sit q nõ intelligat: aut in rerũ quas explicare atq; ostẽdere volumus difficultate ac subtilitate, nõ in nostra locutio ne sit cã, quo minus tardiusue q dicimus possit intelligi.

Expositores nõ pponant seipsos exponendos sed elaborent vt intelligantur.

Perspicuitas orationis. CAP. IX.

SVNT enim quædam, quæ sua vi non intelliguntur, aut vix intelliguntur, quantolibet & quantũlibet, quã uis planissime dicẽtis versentur eloquio, quæ in popu li audiẽtiã, vel raro si aliquid vrget, vel nunquam omni no mittenda sunt. In libris aũt qui ita scribũtur, vt ipsi sibi quodammodo lectorẽ teneant, cum intelliguntur, molesti non sint volentibus legere, cũ aũt nõ intelligun tur, molesti nõ sint nolẽtibus legere. Et in aliquorũ col locutionibus non est hoc officiũ deserẽdũ, vt vera quã uis difficillima ad intelligendũ quę ipsi iã ꝓcepimus, cũ quantocunq; labore disputationis, ad aliorũ intelligẽtiã perducamus:

perducamus: si tenet auditorem vel collocutorem disci di cupiditas, nec mẽtis capacitas desit, quæ quoquo mo do intimata possit accipere, non curante illo, qui docet quanta eloquentia doceat, sed quanta euidentia.

Qua rõne ꝓspi cua fiat oratio. CAP. X.

CVIVS euidentię diligens appetitus aliquãdo negli git verba cultiora, nec curat quid bene sonet, sed quid bene indicet atq; intimet quod ostendere intendit. Vn de ait quidam cum de tali genere locutionis ageret, esse in ea quandam diligentem negligentiam: Hæc tamẽ sic derrahit ornatum, vt sordes non contrahat. Quanuis in bonis doctoribus tanta docendi cura sit, vel eẽ debeat, vt verbum quod nisi obscurum sit vel ambiguum, Lati num esse non potest, vulgi autem more sic dicit vt am biguitas obscuritasq; vitetur, nõ sic dicatur vt a doctis, sed potius vt ab indoctis dici solet. Si enim non piguit dicere interpretes nostros, Non congregabo conuenti cula eorum de sanguinibus: quoniã senserũt ad rem per tinere, vt eo loco pluraliter enunciaretur hoc nomen quod in Latina lingua tantummodo singulariter dicit: cur pietatis doctorem pigeat imperitis loquentẽ ossum potius quam os dicere, ne ista syllaba non ab eo quod sunt ossa, sed ab eo qđ sunt ora intelligat, vbi Aphrę au res de correptione vocalium vel productione non iudi cant. Quid enim prodest locutionis integritas, quam nõ sequitur intellectus audientis, cum loquẽdi omnino nul la sit causa, si quod loquimur non intelligunt, propter quos vt intelligant loquimur? Qui ergo docet, vitabit omnia verba quæ non docent. Et si pro eis alia integra quę intelligantur potest dicere, id magis eliget. Si autẽ non potest, siue quia non sunt, siue quia in præsentia nõ occurrunt, vtetur etiam verbis minus integris, dum ta men res ipsa doceatur atq; discatur integre. Et hoc qui dem non solum in collocutionibus, siue fiant cum ali quo vno, siue cum pluribus, verum etiam multo magis in populis, quando sermo promitur, vt intelligat instan dum est: quia & in collocutionibus est cuiq; interrogã di potestas. Vbi aũt oẽs tacent vt audiatur vnus, & in eum intenta ora conuertunt, ibi vt requirat quisq; qđ non intellexerit, nec moris est nec decoris, ac per hoc debet maxime tacenti subuenire cura dicentis. Solet au tem motu suo significare auida multitudo cognoscendi vtrum intellexerit. Quod donec significet, versandum est quod agitur multimoda varietate dicendi, quod in potestate non habent qui præparata & ad verbum me moriter retenta pronunciant. Mox autem vt intellectũ esse constiterit, aut sermo finiendus, aut in alia tran seundum est. Sicut enim gratus est qui cognoscenda enubilat, sic onerosus est qui cognita inculcat, eis

Psal. 15. Idem supra lib. 3. cap. 3.

Qui docet, ultra bit oĩa ỹba quę nõ docẽt fusius ab Au. in lib. 1. contra Cresco niũ grammati cum ca. 6. 7. & 8. in Tom. 7.

duntaxat

duntaxat quorum tota expectatio in dissoluenda eorum quę panduntur difficultate pendebat. Nam delectandi gratia etiam nota dicuntur, vbi non ipsa sed modus quo dicũtur attẽditur. Quod si & ipse iam notus est atque auditoribus placet, pene nihil interest vtrũ is dicit, dictor vel lector sit. Solent enim & ea quę commode scripta sunt, non solum ab ijs quibus primitus innotescunt iucunde legi, verũ ab ijs etiã quibus iam nota sunt, neque adhuc illa de memoria deleuit obliuio, non sine iucunditate relegi, vel ab vtrisque libenter audiri. Que autem quisq; iam oblitus est cum commonetur, docetur. Sed de modo delectandi nunc non ago, de modo autẽ quo docẽdi sunt qui dicere desiderãt loquor. Is autem est optimus, quo fit vt qui audit verũ audiat, & quod audit, intelligat. Ad quem finem cum ventum fuerit, nihil tunc amplius de ipsa re tanquã diutius docenda laborandũ est, sed forte de commẽdanda vt in corde figatur. Quod si faciendum videbitur, ita modeste faciendum est ne perueniatur ad tędium.

Nõ de mõ delectãdi, sed de mõ docẽdi loquit aug. vt salubriter audiatur dictor. idẽ supra in isto. 4. ca. 4.

PRORSVS hęc est in docẽdo eloquentia, qua fit dicendo non vt libeat quod horrebat, aut vt fiat quod pigebat, sed vt appareat quod latebat. Quod tamẽ si fiat insuauiter, a paucos quidẽ studiosissimos suus peruenit fructus, quęa quę discenda sunt, quanuis abiecte inculte quę dicantur, scire desiderãt. Quod cũ adepti fuerint, ipsa, delectabiliter veritate pascuntur: bonorumque ingeniorũ insignis est idoles, in verbis verũ amare nõ verba. Quid enim prodest clauis aurea, si aperire qđ uolumus nõ potest? Aut qđ obest lignea, si hoc potest, quãdo nihil quęrimus nisi patere quod clausum est? Sed quoniã inter se habẽt nõnullã simlitudinẽ vescẽtes atque dicentes propter fastidia plurimorum etiam ipsa sine quibus uiui non potest alimenta condienda sunt.

Quare conanti docere dicendum perspicue. CAP. XI.

In uerbis uerũ, & non uerba amare debemus, idẽ in sentẽtijs decerptis ex Aug. sen. 267 in 3 Tom.

DIXIT ergo quidã eloquẽs, & verum dixit, ita dicere debere eloquentem, vt doceat, ut delectet, vt flectat. Deinde addidit, docere necessitatis est, delectare suauitatis, flectere victorię. Horum triũ quod primo loco positum est, hoc est docendi necessitas, in rebus est constituta quas dicimus, reliqua duo in modo quo dicimus docendo. Quid ergo dicit cum docere vult, quandiu nõ intelligitur nondũ se existimet dixisse quod vult ei quẽ vult docere. Quia & si dixit quod ipse intelligit, nondum illi dixisse putandus est a quo intellectus non est. Si vero intellectus est, quocunque modo dixerit, dixit. Quod si etiã delectare vult eũ cui dicit, aut flectere, nõ quocunque modo dixerit faciet, sed interest quomodo dicat, vt faciat. Sicut est autem vt teneatur ad audiendum delectandus auditor: ita flectendus, vt moueatur ad

Oratoris est docere, delectare, flectere. CAP. XII. Fusius de officio Oratoris habes ab Aug. in lib. de principijs rhetorices, cap. 1. & 2. in Tom. 1.

ad agendum. Et sicut delectatur si suauiter loquaris: ita flectitur si amet quod polliceris, timeat quod minaris, oderit quod arguis, quod commendas amplectatur, quod dolendum exageras doleat, cum quid lætandum prædicas gaudeat, misereatur eorum quos miserandos ante oculos dicendo constitutis, fugiat eos quos cauendos terrendo proponis: & quicquid aliud grandi eloquentia fieri potest ad commouendos animos auditorum, non quid agendum sit vt sciant, sed vt agant quod agendum esse iam sciunt. Si autem adhuc nesciunt prius vtique docẽdi sunt quam monendi. Et fortasse rebus ipsis cognitis ita mouebuntur, vt eos non opus sit maioribus eloquentiæ viribus iam moneri. Quod tamen cum opus est, faciendum est. Tunc autem opus est, quando cum scierint quid agendum sit non agunt, ac per hoc docere necessatis est. Possunt enim homines & agere & non agere quod sciunt. Quis autem dixerit eos agere debere quod nesciunt? Et ideo flectere necessitatis non est, quia non semper opus est, si tantum docenti vel etiam delectanti consentit auditor. Ideo autem victoriæ est flectere, quia fieri potest vt doceatur & delectetur, & non assentiatur. Quid autem illa duo proderunt, si desit hoc tertium? Sed neque delectare necessitatis est: quandoquidem cum docendo uera monstrantur, quod ad officium docendi pertinet, non eloquio agitur, neque hoc attenditur, ut vel ipsa vel ipsum delectet eloquium, sed per seipsa quoniam vera sunt manifestata delectant, Vnde plerunq; delectant etiam falsa patefacta atque conuicta. Neq; enim delectant, quia falsa sunt, sed quia falsa esse verum est: delectat & dictio qua hoc verum esse monstratum est.

Docemus non ut sciant auditores, sed ut agant quod agendum iam sciunt.

PROPTER eos autem quibus fastidientibus non placet veritas, si alio quocunque modo, nisi eo modo dicatur vt placeat & sermo dicentis, datus est in eloquentia non paruus etiam delectationi locus. Quæ tamen addita non sufficit duris, quos nec intellexisse nec docentis elocutione delectatos esse profuerit. Quid enim hæc duo conferunt homini, qui & confitetur verum, & collaudat eloquium, nec inclinat assensum, propter quem solum cum aliquid suadetur rebus quæ dicuntur inuigilat dicentis intentio? Si enim talia dicantur quę credere uel nosse sufficiat, nihil est aliud eis consentire nisi confiteri vera esse. Cum vero id docetur quod agendum est, & ideo docetur ut agatur, frustra persuadetur uerum esse quod dicitur frustra placet modus ipse quo discitur, si non ita discitur vt agatur. Oportet igitur eloquentem ecclesiasticum quando suadet ali quid quod agendum est, non solum docere vt instruat, & dele

Dicendo flectẽdi animi. CAP. XIII.

& delectare vt teneat, Verum etiam flectere vt uincat. Ipse qppe iã remanet ad consentionẽ flectẽdus eloquentię grãditate, in quo id nõ egit vsq; ad eius cõfessionẽ demõstrata veritas, adiũcta etiam suauitate dictionis.

Dicendi genus graue.

CAP. XIIII.

De ĩsipientis eloquẽtia ĩsentẽtijs excerptis ex Au. sent. 266. in 3. Tomo. Hier. 5.

CVI suauitati tãtũ operę impẽsum est ab hominibus, vt nõ solũ non faciẽda, verum etiã fugiẽda ac detestãda tot & tanta mala atq; turpia, quę malis & turpibus dicendi modis persuasa sunt, non vt eis consentiatur, sed sola delectationis gratia lectitẽtur. Auertat autẽ Deus ab ecclesia sua quod de synagoga Iudęorũ Hieremias propheta cõmemorat dicẽs, Pauor & horrẽda facta sunt super terram, prophetę prophetabãt iniqua, & sacerdotes plausum dederũt manibus suis & plebs mea dilexit sic. Et qd facietis in futurũ? O eloquẽtia tanto terribilior, quãto purior, & quanto solidior, tanto vehemẽtior. O vere securis concidẽs petras. Huic enim rei simile esse uerbum suũ quod per sanctos prophetas fecit, & p hũc ipsum prophetã Deus ipse dixit, Absit itaq; absit a nobis vt sacerdotes plaudãt manibus iniqua dicẽtibus, & plebs Dei diligat sic. Absit a nobis, inquã, tãta demẽtia: nã quid faciemus in futurũ? Et certe minus intelligant, minus placeãt, minus moueãt quę dicunt, vera tamen dicant & iusta, nõ iniqua libẽter audiant. Quod vtiq; nõ fieret, nisi suauiter dicerent. In populo autẽ graui de quo dictũ est Deo, In populo graui laudabo te, nec illa suauitas delectabilis est, qua nõ quidẽ iniqua dicunt, sed exigua & fragilia bona ĩpumeo verborũ ambitu ornãtur, qualinec magna atq; stabilia decẽter & grauiter ornarent. Est tale aliquid i epistola beati Cypriani: quod ideo puto vel accidisse vel cõsulto factũ esse, vt sciret a posteris quã linguã doctrinæ Christianæ sanitas ab ista redũdãtia reuocauerit, & ad eloquẽtiam grauiorẽ, moderatiorẽque restrinxerit, qualis in eius cõsequẽtibus literis secure amat, religiose appetitur, sed difficilime impletur. Ait ergo quodam loco, Peramus hanc sedem: dant secessum vicina secreta: vbi dũ erratici palmitũ lapsus pẽdulis nexibus p arundines baiulas repũt, viteã porticũ frondea tecta fecerũt. Non dicuntur ista nisi mirabiliter affluentissima fœcunditate facundię, sed profusione nimia grauitati displicẽt. Qui vero hęc amãt, profecto eos qui non ita dicunt, sed castigatius eloquuntur, non posse ita eloqui existimant, nõ iudicio ista deuitare. Quapropter iste vir sanctus & posse se ostẽdit sic dicere, quia dixit alicubi, & nolle quoniã postmodũ nusquã.

Absit a nobis vt sacerdotes plaudant manibus iniq; dicẽtibus & plebs diligat sic. Nam hęc, pphetia Irmeia, cum Paulo. 1. ad Tim. 4. Pſ. 34. & 2. ad Tim. 4. cõcordat. sed ui de diuũ Aug. in exp. 6. ca. Cypriãus epist. ad gal. in To. 4. & i To. 2. hom. opuscul.

AGAT itaq; noster iste eloquẽs cũ & iusta & sancta & bona dicit: neque enim alia debet dicere: agat ergo quãtũ potest cum ista dicit, vt intelligenter, vt libẽter, vt obedienter audiat: & hæc se posse si potuerit, & inquantum

Orãdus Deus doctori ecclesiastico ante cõcionem.

CAP. XV.

quantum potuerit, pietate magis orationum quam oratorum facultate non dubitet, vt orando prosit ac pro illis quos est allocutus, sit orator antequam dictor. Ipsa hora iam vt dicat accedens, priusquam exerat proferentem linguam, ad Deum leuet animam sitientem, vt eructet quod biberit vel quod impleuerit fundat. Cum enim de vnaquaque re quæ secundum fidem delectationemque tractanda sunt, multa sint quę dicantur, & multi modi quibus dicantur ab eis qui hoc sciunt, quis nouit quid ad prẽsẽs tempus, vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, nisi qui corda omnium videt? Et quis facit vt quod oportet, & quemadmodum oportet dicatur a nobis, nisi in cuius manu sunt & nos & sermones nostri? Ac per hoc discat quidem omnia quę docenda sunt qui & nosse vult & docere, facultatemque docendi vt decet virum ecclesiasticum comparet. Ad horam vero ipsius dictionis illud potius bonæ menti cogitet conuenire quod Dominus ait, „Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: nõ enim vos estis q loquimini, sed Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Si ergo loqtur in eis Spiritus Sãctus qui psequentibus traduntur „p Christo, cur non & in eis qui tradunt discentibus Christum? tempore expediat, sed spiritus sanctus est qui nos orare & postulare facit, id qđ vere nobis expedit petere, & dicere. Aug. in Epist. 105. in To. 2. & in expositione quarundã „positionũ Epist. Pauli ad ro. in To. 4. & in de bono pseuerantiæ in To. 7. & sup Pſ. 53. & 57. in To. 8.

Nemo scit quid expediat, „p tẽpore dicere nisi Deus, et ipse facit vt dicatur a nobis in cuius mãus nos & sermones nostri ob id in- Mat. 10. qt paulus ad ro. 8. qđ autem oramus sicut oportet nescimus ignoramus. n. quid pro

QVISQVIS autem dicit non esse hominibus prędicandũ quid vel quemadmodũ doceant, si doctores Sanctus efficit Spiritus, põt dicere, nec orandũ nobis esse, quia Dominus ait, Scit pater vester quid vobis necessarium sit priusquã petatis ab eo. Aut apostolum Paulum Timotheo & Tito nõ debuisse põpere, qđ vel quẽadmodũ præciperẽt aliis. Quas res apostolicas epistolas ante oculos habere debet, cui est i ecclesia doctoris „sona imposita. Nõne in prima ad Timotheũ legitur, Annuncia hęc & doce? Quæ autẽ sint, supra dictũ est. Nõne ibi est, Seniorẽ ne increpaueris, sed obsecra, ut patrẽ? Nonne in secunda ei dicitur, Formã habe verborũ sanorũ quæ a me audisti? Nonne ibi ei dicit, Satis age teipsum „pbabilẽ operariũ exhibens Deo, nõ erubescentẽ verbũ veritatis recte tractantẽ? Ibi est & illud, Prędica verbũ, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni lõganimitate & doctrina. Itẽq; ad Titũ, nõne dicit episcopũ iuxta doctrinã fidelis verbi perseuerantẽ esse debere, vt potens sit in doctrina sana & contradicentes redarguere? Ibi etiã dicit, Tu vero loquere quæ decet sanã

Nõ tantum prẽces sed et studiũ necessarium.

CAP. XVI.

De hoc fusius ĩ præfatione primi huius.

1. Tim. 4.

1. Tim. 5.

2. Tim. 4.

Tit. 1.

nam doctrinam, senes sobrios esse, & quę sequuntur: ibi & illud, Hæc loquere & exhortare, & increpare cũ omni imperio: nemo te contemnat, admone illos principibus & potestatibus subditos esse, &c. Quid ergo putamus? Nunquid contra seipsum sentit Apostolus, qui cũ dicat doctores operatione fieri Spiritus Sancti, ipse illis præcipit quid & quem admodum doceant? An intelligendum est, & hominum officia ipso Sancto Spiritu largiente in docendis etiam ipsis doctoribus nõ debere cessare: & tamen neq; qui plantat esse aliquid, neque qui rigat, sed Deum qui incrementum dat? Vnde ipsis quoq; ministris sanctis hominibus vel etiam sanctis Angelis operantibus nemo recte discit quę pertinẽt ad viuendum cum Deo, nisi fiat a Deo docilis cui dicitur in Psalmo, Doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus. Vnde & ipsi Timotheo idem dicit Apostolus, loquens vtiq; ad discipulum doctor, Tu autem perseuera in iis quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens a quo didiceris. Sicut enim corporis medicamenta quæ hominibus ab hominibus adhibentur, non nisi eis prosunt, quibus Deus operatur salutem, qui & sine illis mederi potest, cum sine ipso illa non possint, & tamen adhibentur, & si hoc officiose fiat, inter opera misericordię vel beneficentię deputatur: ita, & adiumenta doctrinę tunc prosunt animæ adhibita per hominem, cum Deus operatur vt prosint, qui potuit Euangelium dare homini, etiam non ab hominibus neque per hominem.

1.Cor.3. Nemo recte discit ab hominibus vel Angelis nisi deus ităs docet, & hoc est qđ noster saluator mur murătibus Iudeis, quia se panem, & carnẽ ab his comesturam dixit, Respondit. Ego dixi vobis quod nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum a patre meo, hoc est spiritualiter non intelligit quę dico de carne, & sanguine meo, nisi datum sit illi a patre meo vt intelligat. Idem supra in prologo primi libri de doc. christ. Et super euang. Ioan trac. 1. & 4. & 27. in Tom. 9. & in de verbis domini ser. 28. & 33. in To. 10. & in fine huius 4. lib. ca. 30.

Psal. 142. Sititudo. Gal. 1.

Triplex dicẽdi genus.

CAP. XVII.

Q. VI ergo dicendo nititur persuadere quod bonum est, nihil horum trium spernens, vt scilicet doceat, vt delectet, vt flectat, oret atque agat: vt quemadmodum supra diximus, intelligenter, libenter, obedienterque audiatur. Quod cum apte & conuenienter facit, non immerito eloquens dici potest, & si non eum sequatur auditoris assensus. Ad hęc enim tria, id est vt doceat, vt delectet, vt flectat, etiam tria illa videtur pertinere Voluisse idem ipse Romani author eloquij cum itidẽ dixit. Is igitur erit eloquens, qui poterit parua submisse, modica temperate, magna granditer dicere: tanquam si adderet illa etiam tria & sic explicaret vnam eandemque sententiam dicens, Is erit igitur eloquens, qui vt doceat poterit parua submisse, vt delectet modica temperate, vt flectat magna granditer dicere.

In lib: cui titulus Orator quis erit eloquẽs, q̃ poterit pua submisse, modica tẽperate, et magna grãditer dicere,

HAEC

HAEC autem tria ille sicut ab eo dicta sunt, in causis forensibus posset ostendere. Non autem hoc est in ecclesiasticis quæstionibus in quibus huiusmodi quem volumus informare sermo versatur. In illis enim ea parua dicuntur, vbi de rebus pecuniarijs iudicandum est, ea magna vbi de salute ac de capite hominum. Ea vero vbi nihil horum iudicandum est, nihilque agitur vt agat, siue decernat, sed tantummodo vt delectetur auditor, inter vtrunque quasi media, & ob hoc modica, hoc est moderata dixerunt. Modicis enim modus nomen imposuit. Nam modica pro paruis abusiue, non proprie dicimus. In istis autem nostris quandoquidem omnia, maxime quę de loco superiore populis dicimus, ad hominum salutem, nec temporariam sed ęternã referre debemus, vbi etiam cauendus est æternus interitus, omnia magna sunt quæ dicimus: vsqueadeo vt nec de ipsis pecuniariis rebus, vel acquirendis vel amittendis parua videri debeant, quæ doctor ecclesiasticus dicit, siue sit illa magna, siue parua pecunia. Neque enim parua est iustitia, quam profecto & in parua pecunia custodire debemus, dicente Domino, Qui in minimo fidelis est, & in magno fidelis est. Quod ergo minimum est, minimum est: sed in minimo fidelem esse, magnum est. Nam sicut ratio rotunditatis est, vt a puncto medio omnes lineę pares in extrema ducantur, eadem est & in magno disco quæ in nummulo exiguo: ita vbi parua iuste geruntur, non minuitur iustitię magnitudo. De iudicijs denique secularibus, quibus vtique nisi pecuniarijs cum loqueretur Apostolus, Audet quisquam vestrum, inquit, aduersus alterum habens negocium iudicari ab iniquis, & non apud sanctos? An nescitis quia sancti mundum iudicabunt? Et si in vobis iudicatur mũdus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quia Angelos iudicabimus, nedum secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, eos qui contemptibiles sunt in ecclesia, hos constituite ad iudicandum. Ad reuerẽtiam vobis dico. Sic non est inter vos quisquam sapiens, qui possit inter fratrem suum iudicare: sed frater cum fratre iudicatur, & hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis vobiscum. Quare nõ magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Sed vos iniquitatem facitis & fraudatis, & hoc fratres. An nescitis quia iniusti regnum Dei non hæreditabunt? Quid est quod sic indignatur Apostolus, sic corripit, sic exprobrat, sic increpat, sic mittatur? Quid est quod sui animi affectum tam crebra & tam aspera vocis mutatione testatur? Quid est postremo quod de rebus minimis tam granditer dicit? Tantumne de illo negocia

Bad ecclesiastę necessaria quæ oratori.

CAP. XVIII.

Luc. 16. Fidelem esse in minimo magnũ est.

Similitudo. 1. Corin. 6.

negocia secularia metuerunt? Absit. Sed hoc facit ꝓpter iustitiam, charitatem, pietatem, quæ nulla sobria mente dubitãte, etiam in rebus quãlibet paruulis magna sunt. Sane si moneremus homines quemadmodum ipsa negocia secularia vel pro se vel pro suis apud ecclesiasticos iudices agere deberent, recte admoneremus vt agerent tanquam parua submisse. Cum vero de illius viri disseramus eloquio, quem volumus earum rerum esse doctorem, quibus liberamur ab æternis malis, atq; ad æterna peruenimus bona, vbicunque agantur hæc, siue ad populum, siue priuatim, siue ad vnum, siue ad plures, siue ad amicos, siue ad inimicos, siue in perpetua dictione, siue in collocutione, siue in tractatibus, siue in libris, siue in epistolis vel longissimis vel breuissimis, magna sunt: nisi forte quoniam calix aquæ frigidæ, res minima atq; vilissima est, ideo minimum aliquid atque vilissimum Dominus ait, quod eum qui dederit discipulo eius, non perdet mercedem suam. Aut uero quando iste doctor in ecclesia facit inde sermonem, paruum aliquid debet existimare se dicere, & ideo non temperate, non granditer, sed submisse sibi esse dicendum. Nonne quando accidit vt de hac re loqueremur ad populum, & Deus adfuit vt non incongrue diceremus, tanquam de illa aqua frigida quædam flamma surrexit, quæ etiam frigida hominum pectora, ad misericordiæ opera faciẽda, spe cœlestis mercedis accenderet?

Mat. 10.

Alias alio vtendum dicendi genere.

CAP. XIX.

ET tamẽ cum doctor iste debeat rerum dictor esse magnarum, non semper eas debet granditer dicere, sed submisse cum aliquid docetur, temperate cum aliquid vituperatur siue laudatur. Cum vero aliquid agendum est, et ad eos loquimur qui hoc agere debent, nec tamen volunt, tunc ea quę magna sunt, dicenda sunt granditer, & ad flectendos animos congruẽter. Et aliquando de vna eademque re magna, & submisse dicitur si docetur, & temperate si prędicatur, & granditer si auersus inde animus vt conuertatur impellitur. Quid enim Deo ipso maius est? Nunquid ideo non discitur? Aut qui docet vnitatem trinitatis, debet nisi submissa disputatione agere, vt res ad dignoscendum difficilis, quantum datur possit intelligi? Nunquid hic ornamenta & non documenta quærunturꝰ Nunquid vt aliquid agat, est flectendus auditor & non potius vt discat instruendus? Porro cum laudatur Deus siue de ipso, siue de operibus suis, quãta facies pulchrę ac splendidæ dictionis oboritur ei, qui potest quantum potest laudare, quem nemo conuenienter laudat, nemo quomodocunque non laudat. At si non colatur, aut cum illo vel etiam præ illo colantur idola, siue dæmonia, siue quæcunque creatura, quantum hoc magis

Grãditer dicendũ vt homines

lum sit, atque vt ab hoc malo auertãtur homines, debet vtique granditer dici.

ab idololatria auertamus.

SVBMISSAE dictionis exẽplum est apud apostolũ Paulum, vt planius aliquid commemorẽ, vbi ait, Dicite mihi sub lege volentes esse, legẽ non legistis? Scriptũ est enim, quod Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla & vnũ de libera. Sed ille qui de ancilla, secundum carnẽ natus est: qui autem de libera, per repromissionẽ: quę sunt in allegoria. Hęc enim sunt duo testamẽta: vnũ quidem in monte Sina in seruitutem generans, quę est Agar, Sina enim mons est in Arabia, quę coniũcta est huic quæ nũc est Hierusalem, & seruit cum filijs suis. Quæ autẽ sursum est Hierusalẽ libera est, quę est mater nostra, &c. Itẽque ibi ratiocinat & dicit, Fratres secundũ hominẽ dico, tamẽ hominis confirmatum testamẽtum nemo irritum facit, aut superordinat. Abrahę dictę sunt promissiones & semini eius. Nõ dicit, in semínibus, tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Hoc autẽ dico, testamẽtum confirmatum a Deo, quę post quadringẽtos & triginta annos facta est lex, non infirmat ad euacuandas promissiones. Si enim ex lege hæreditas, iã nõ ex promissione. Abrahę autẽ per repromissionẽ donauit Deus. Et quia occurrere poterat audiẽtis cogitationi, vt quid ergo lex data est, si ex illa non est hęreditas? ipse sibi hoc obiecit, atq; ait velut interrogans, Quid ergo lex? Deinde respõdit, Transgressionis gratia proposita est, donec veniret semen cui promissum est, dispositа per Angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est: Deus autẽ vnus est. Et hic occurrebat quod sibijpse ꝓposuit, Lex ergo aduersus promissa Dei? Et respondit, Absit. Reddidit quę rationem dicẽs, Si enim data esset lex quę posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt ꝓmissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus, &c. vel si quid eiusmodi est. Pertinet ergo ad docẽdi curam non solum aperire clausa, & nodos soluere quæstionum, sed etiam dum hoc agitur alijs quęstionibus quæ fortasis inciderint, ne id quod dicimus improbetur per illas aut refellat occurrere: si tamẽ & ipsa earũ solutio pariter occurrerit, ne moueamus quod auferre non possumus. Fit autẽ vt cum incidẽtes quæstioni aliæ quæstiones, & aliæ rursus inciden tibus incidẽtes pertractantur atque soluuntur, in eam longitudinem ratiocinantis extẽdatur intentio, vt nisi memoria plurimum valeat atque vigeat, ad caput vnde agebatur disputator redire non possit. Valde autẽ bonũ est, vt quicquid contradici potest, si occurrerit refutet, ne ibi occurrat vbi non erit qui respõdeat: aut præsen-

Exẽpla ex sacris literis.

CAP. XX.

Gal. 4.

De triplici gẽre dicendi exẽpla ex sacris lris, & prio de submisso modo dicendi.

Gal. 3.

 ti quidem

Alias * satiatus.

Temperatę dictionis exemplum.

1. Thi. 5. Rom. 12.

ti quidem sed tacenti occurrat, & minus * fanatus abscedat. In illis autē Apostolicis verbis dictio tēperata est, Seniorē ne increpaueris, sed obsecra vt patrē, iunio res vt fratres, anus vt matres, adolescētulas vt sorores. Et in illis, Obsecro autē vos fratres per misērationem Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, Deo placētem. Et totus fere ipsius exhortationis locus temperatum habet elocutionis genus: vbi illa pulchriora sunt in quibus propria proprijs tanquam debita reddita decenter excurrunt: sicuti est, Habentes dona diuersa secundum gratiam quæ data est vobis: siue prophetiam, secūdum regulam fidei: siue ministeriū, in ministrando: siue qui docet, in doctrina: siue qui exhortatur in exhortatione: qui tribuit in simplicitate: qui præest, in solicitudine: qui misereſ, in hilaritate. Dilectio sine simulatione: odio habētes malum, adhærentes bono: charitate fraternitatis inuicē diligentes, honore mutuo præuenientes, studio non pigri, spiritu feruētes, Domino seruiētes, spe gaudentes, in tribulatione patiētes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequētibus vos, benedicite & nolite maledicere. Gaudere cū gaudētibus, flere cum flētibus. Idipsum inuicem sentiētes. Et quam pulchre ista omnia sic effusa himēbri circuitu terminantur? Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Et aliquanto post: In hoc ipso, inquit,

Distributio.

* Alis, seruiētes Ro. 13.

* Alias cōnectunt.

* pseuerātes: reddite omnibus debita: cui tributū, tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorē: cui honorem, honorem. Quæ membratim fusa clauduntur etiam ipso circuitu, quem duo membra * contexunt. Nemī ni quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis. Et post paululum, Nox præcesſit, inquit, dies autē appropinquauit. Abijciamus itaq; opera tenebrarum, & induamus arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contētione & æmulatione, sed induite Dominum Iesum Christum, & carnis prouidētiam nefeceritis in concupiscētijs. Quod si quisquam ita diceret, Et carnis prouidētiam ne in concupiscētijs feceritis: sine dubio aures clausula numerosiore mulceret: sed grauior interpres etiam ordinē maluit tenere verborū. Quomodo autē hoc in Græco eloquio sonet, quo est locutus Apostolus, viderint eius eloquij vsq; ad ista doctiores. Mihi tamē quod nobis eodē verborum ordine interpretatum est, nec ibi videtur currere numerose. Sane hunc elocutionis ornatum, qui numerosis fit clausulis, deesse fatēdum est authoribus nostris: quod vtrum p interpretes factū sit, an (quod magis arbitror) consulto illi

Numerosum, figt, Cicero, putatur nō qđ toru cōstat ex numeris sed quod ad numeros proxime accedit.

hęc pla usibilia deuitauerint, affirmare nō audeo: quoniā me fateor ignorare. Illud tamē scio, quod si quis quam huius numerositatis peritus, illorum clausulas eorumdē numerorū lege componat: quod facillime fit mutatis quibusdā verbis, quæ tantundē significatione valēt, vel mutato eorum quæ inuenerit ordine: nihil illorum quę velut magna in scholis grammaticorum aut rhetorū didicit, illis diuinis viris defuisse cognoscet. Et multa reperiet locutionis genera tanti decoris quę qdē & in nostra, sed maxime in sua lingua decora sunt, quorū nullū in eis, quibus isti inflanē literis inuenit. Sed cauēdum est ne diuinis, grauibusq; sentētijs, dum addit numerus, pōdus detrahat. Nam illa musica disciplina, vbi numerus iste plenissime discit, vsq; adeo non defuit prophetis nostris, vt vir doctissimus Hieronymus quorūdā etiam metra cōmemoret, in Hebręa dūtaxat lingua: cuius in veritatē feruaret in verbis, hęc inde non trāstulit. Ego autē vt de sensu meo loquar, qui mihi quā alijs, & quā aliorū est vtiq; notior, sicut i meo eloquio quātum modeste fieri arbitror, non prætermitto istos numeros clausularum: ita in authoribus nostris hoc mihi plus placet quā ibi eos rarissime inuenio. Grande aut dicēdi genus hoc maxime distat ab isto tēperato genere, quod non tam verborum ornatibus acceptū est, quā violētis animi affectibus. Nā capit etiam illa ornamēta pene omnia, sed ea si nō habuerit, non requirit. Fertur quippe impetu suo, & elocutionis pulchritudinē si occurrerit, vi rerum rapit, non cura decoris assumit. Satis enim est ei propter quod agit, vt verba congruētia non oris eligantur industria, sed pectoris sequantur ardore. Nam si aurato gemmatoq; ferro vir fortis armetur, intētissimus pugnę, agit quidē illis armis quod agit, non quia * speciosa, sed quia arma sunt: idē ipse est tamen, & valet plurimum, etiam cum * rimanti telum ira facit. Agit Apostolus vt pro euangelico ministerio patiēter mala huius tēporis, cum solatio donorum Dei omnia tolerētur. Magna res est & granditer agitur, nec desunt ornamēta dicēdi: Ecce, inquit, nunc tēpus acceptabile, ecce nūc dies salutis: nullā in quoquā dātes offensionē, vt non reprehēdatur ministerium nostrum: sed in omnibus commēdātes nosmetipsos vt Dei ministros, in multa patiētia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in lōganimitate, in benignitate, in Spiritu Sancto, in charitate nō ficta, in verbo veritatis, i virtute Dei: p arma iustitię a dextris & a sinistris, p gloriā & ignobilitatē, per ifamiā & bonā famā: vt seductores & veraces, vt q ignoramur

In prologo super Iob.

Similitudo.

* Preciosa.
* Vibranti.

2. Corin. 6.

Grādilo quę dictionis exēplū.

ramur & cognoscimur, quasi morientes, & ecce viuimus
vt coerciti & non mortificati: vt tristes, semper autem
gaudentes: sicut egentes, multos autem ditantes: tanquã
nihil habentes, & omnia possidentes. Vide adhuc ardentem,
Os nostrum patet ad vos o Corinthij, cor nostrum
dilatatum est: & cætera quæ persequi longũ est. Item qp
ad Romanos agit, ut persecutiones huius mundi, charitate vincantur, spe certa in adiutorio Dei. Agit autem
& granditer & ornate: Scimus, inquit, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui
secundum propositum vocati sunt sancti: quoniam quos
ante præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primo genitus in multis fratribus.
Quos aũt prædestinauit, illos & vocauit: & quos vocauit, ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos &
glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus
pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat? Quis
est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, magis autẽ qui resurrexit, qui est in dextera Dei, qui & interpellat p nobis? Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an
nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est,
Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia
neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque præsentia, neque futura, neque virtus,
neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia
poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo
Iesu Domino nostro. Ad Galatas autem quamuis tota
ipsa epistola submisso dicendi genere scripta sit, nisi in
extremis partibus vbi est eloquium temperatum, tamẽ interponit quẽdam locũ eo motu animi, vt sine vllis
quidem talibus ornamẽtis qualia sunt in ijs quę modo
posuimus, non posset tamẽ nisi granditer dici. Dies, inquit, obseruatis & menses & annos & tempora: timeo
vos ne forte sine causa laborauerim in vobis. Estote sicut & ego, quoniã & ego sicut vos. Fratres precor vos,
nihil me læsistis. Scitis quia per infirmitatẽ carnis iampridem euãgelizaui vobis, & tentationes vestras in carne mea non spreuistis neque respuistis: sed sicut Angelũ
Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Quæ ergo fuit
beatitudo vestra? Testimonium vobis perhibeo quoniã
si fieri possent, oculos vestros eruissetis et dedissetis mihi. Ergo inimicus factus sum vobis verũ predicãs? Aemulantur

Roma.8.

Isai.53.
Ioan.3.

De ista percutatione, et interrogatione habes sup. in lib. 3. cap. 3.

Psal.43.

2.Cor.11.

Gal.4.

mulantur vos non bene, sed excludere vos volunt vt
eos æmulemini. Bonũ est aũt in bono æmulari semper, &
nõ solũ cũ præsens sum apud vos. Filioli mei quos iterũ
parturio donec formetur Christus in vobis. Vellẽ autẽ
nũc adesse apud vos, & mutare vocẽ meã, qa cõfundor
in vobis. Nunquid hic aut cõtraria cõtrarijs verba sunt
reddita, aut aliqua gradatione sibi subnexa sunt, aut cęsa & membra circuitusue sonuerũt? Et tamẽ nõ ideo tepuit grandis affectus quo eloquium feruere senti mus.

SED apostolica ista sic clara sunt, & profunda sint: atque ita conscripta memortę que mandata, vt nõ solum lectore vel auditore, verum etiã expositore opus habeat si quis in eis non superficie contẽtus altitudinẽ quęrat. Quapropter videamus ista genera dicẽdi in eis qui istorum lectione ad rerum diuinarũ atque salubriũ scientiam profecerunt, eademqꝫ ecclesię ministrarunt. Beatus Cyprianus submisso dicendi genere utitur in eo libro vbi de sacramento calicis disputat. Soluitur quippe ibi quæstio in qua quęritur, vtrum calix dominicus aquam solam, an eam vino mixtam debeat habere. Sed exempli gratia aliquid inde ponendum est. Post principium ergo epistolę iam soluere incipiens propositã quęstionẽ. Admonitos autem vos sciatis, inquit, vt in calice offerendo dominica traditio seruetur, neque aliud fiat a nobis quam pro nobis Dominus prior fecit, vt calix qui in commemorationem eius offeratur, vino mixtus offeratur. Nam cum dicat Christus. Ego sum vitis vera: sanguis Christi non aqua est utique sed vinum: nec potest videri sanguis eius quo redẽpti & viuificati sumus esse in calice, quando vinum desit calici quo Christi sanguis ostenditur, qui scripturarum omnium sacrameto ac testimonio predicatur. Inuenimus enim in Genesi circa sacramẽtum Noe hoc idem pręcurrisse, & figuram dominicę passionis illic extitisse, quod vinũ bibit, quod inebriatus est, quod in domo sua nudatus est, quod fuit recubãs nudis & patẽtibus femoribus, quod nuditas illa patris a medio filio denudata * est, a maiore vero & minore cõtecta: & cetera quę nec esse non est exequi, cum satis sit hoc solum cõplecti, quod Noe typum futurę veritatis ostẽdens, non aquã sed vinũ biberit: & sic imaginem dominicę passionis expexerit. Item in sacerdote Melchisedech dominici sacremẽti prefiguratũ videmus misteriũ, secũdũ quod scriptura diuina testatur & dicit, Et Melchisedech rex Salẽ, protulit panẽ & vinũ. Fuit autem sacerdos Dei summi. & benedixit Abrahã. Quod autẽ Melchisedech typum Christi portaret, declarat in psalmis Spiritus Sanctus ex psona Patris ad Filiũ dicẽs, Aante Luciferum genui te, Tu es sacerdos in ęternum

Exempla ex doctoribus de triplici genere dicendi.

CAP. XXI

Cypriãus in epist. de sacramento calicis.

Submissę dictionis exemplum.

Concor. de cons. dist. 2. cap. 1. & 2. & 4. seut. dist. 11. c. aqua.

Io. 15.

Io. 15.

Gen. 9.

In Noe figura passionis Christi, idem in lib. quæst. ex utroque mixtũ cap. 1. in Tom. 4.

* Denotata.

In Melchisedech figura dominici sacramẽti, idẽ in epistol. 115 in Gen. 14. 2. To.

Psal. 109

secũdũ ordinẽ Melchisedech. Hæc & alia quæ sequuntur huius epistolæ, submissæ dictionis modum seruant, quod facile est explorare legentibus. Sanctus quoque Ambrosius cum agat rem magnam de Spiritu Sancto, vt eum Patri & Filio demonstret æqualem: submisso tamen dicendi genere vtitur, quoniam res susceptа nõ ornamenta verborum, aut ad flectendos animos commotionis affectum, sed rerum documenta desiderat. Ergo inter cætera in principio huius operis ait, Commotus oraculo Gedeon, cum audisset quod deficientibus licet populorum millibus, in vno viro Dominus plebẽ suam ab hostibus liberaret, obtulit hædum caprarum: cuius carnes secundum præcepta Angeli, & azyma supra petram posuit, & ea iure perfudit: quę simul vt virgę cacumine quã gerebat Angelus Dei contigit, de petra ignis erupit, atq; ita sacrificium, quod offerebatur absumptũ est. Quod indicio declaratũ videtur, quod petra illa typum habuerit corporis Christi: quia scriptum est, Bibebant de consequenti petra, petra autem erat Christus. Quod vtiq; non ad diuinitatem eius, sed ad carnem relatum est, quę sitientium corda populorum perenni riuo sui sanguinis inundauit. Iam tunc igitur in mysterio declaratum est, quia Dominus Iesus in carne sua, totius mundi peccata crucifixus aboleret, nec solum delicta factorum, sed etiam cupiditates animarum. Caro enim hædi ad culpam facti refertur, ius ad illecebras cupiditatum, sicut scriptum est, Quia concupiuit populus cupiditarem pessimam, & dixerunt, Quis nos cibabit carne? Quod igitur extendit Angelus virgam, & tetigit petram, de qua ignis exijt, ostendit quod caro Domini spiritu repleta diuino, peccata omnia humanę conditionis exureret. Vnde & Dominus ait, Ignem veni mittere in terram: & cætera, in quibus rei docendi ac probandæ maxime incumbit. De genere temperato est apud Cyprianum virginitatis illa laudatio: Nunc nobis ad virgines sermo est, quarum quo sublimior gloria est, maior & cura. Flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritalis, læta indoles laudis & honoris, opus integrum atq; incorruptum Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per ipsas, atq; in illis largiter floret sanctæ matris ecclesię gloriosa * fœcunditas: quanto q; plus gloriosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris augescit. Et alio loco in fine epistolę: Quomodo, inquit, portauimus imaginem eius qui de limo est, sic portemus & imaginem eius qui de cœlo est. Hanc imaginem virginitas portat, portat integritas, sanctitas portat & veritas: portant disciplinæ Dei mo-

Sanctus Ambrosius ẽ vsus submisso modo dicendi.

Ambr. lib. 1. de Spiritu Sancto, in prologo.

Iud. 6.

Iudic. 6: In Gedeõ figura dominici sacramẽti, idem ī de mirabilibus sacrę scripturæ cap. 5. in To. 3.

1. Corin. 10.

Nume. 11.

Luc. 12.

Cyprianus in epistola de habitu virginum, quæ incipit, disciplina custos.

* Generosa

1. Corin. 15.

mores, iustitiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad sustinendas iniurias mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace vnanimes atque concordes. Quæ vos singula o bonæ virgines obseruare, diligere, implere debetis, quæ Deo & Christo vacantes, ad Dominum cui vos dicastis, maiore & meliore parte præceditis: puectę annis iunioribus facite magisterium: minores natu, præbete paribus incitamentum, hortamẽtis vos mutuis excitate, æmulis de virtute documentis ad gloriam prouocate, durate fortiter, spiritaliter pergite, peruenite fæliciter, tantum mementote tunc nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari. Ambrosius etiam genere dicendi temperato & ornato professis virginibus proponit tanquam sub exempli forma quod moribus imitentur, & dicit, Virgo erat, non solum corpore, sed etiã mente, quæ nullo doli ambitu syncerũ adulteraret affectum, corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarũ, sed in prece pauperis spem reponens intenta operi, verecunda sermoni, arbitrum mentis solita non hominem sed Deum quærere: nullum lædere, bene velle omnibus, assurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, rationem sequi, amare virtutem. Quando ista vel vultu læsit parentes? quando dissensit a propinquis? quando fastidiuit humilem? quando irrisit debilem? quando vitauit inopem? Eos solos solita cœtus virorum inuisere, quos misericordia non erubesceret, neq; præteriret verecundia. Nihil torum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum: non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior, vt ipsa corporis species simulachrum fuerit mentis, & figura probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosci, ac primo prętendat ingressu, nihil intus latere tenebrarum, tanquam lucernę lux intus posita, foris luceat. Quid ego exequar ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam: alterum vltra naturam superfuisse, alterum ipsi naturæ pene defuisse? Illic nulla intermissa tempora, hic congeminati ieiunio dies: & si quando reficiendi succesisset voluntas, cibus plerunq; obuius qui mortem arceret, non delicias minis straret, &c. Hæc autem propterea in exemplo huius tẽperati generis posui, quia non hic agit vt virginitatem voueant quæ nondum vouerunt, sed quales esse debeãt quę iam votę sunt. Nam vt aggrediatur animus tantum ac tale propositum grandi vtiq; dicendi genere debet excitari & accendi. Sed martyr Cyprianus de habitu virginum, non de suscipiendo virginitatis proposito

De virginibus lib. 2. in prin.

Quæ vere virginis condiciones, idẽ ī de sobrietate, & virginitate cap. 2. in Tom. 9.

Hæc dicta non virginitatẽ vouerũt, sed vt sciãt quales eẽ debeãt, q̃ iã vouerũt, e. q votũ ser-

seruare debeãt hẽs i expositione ps. 75. i T.S.

Grãdis generis exemplum.

In epistola de habitu uirginũ.

Idẽ ab Origene i diuersos homilia. 4. in. 3. To.

2. Corin. 5.

Mat. 5. Mulieres q̃ se depingunt Dñi vocem vincere optant.

Ambr. lib. 1. de virginibus.

Mulieres de adulterio vultus meditãtur adulterũ castitatis.

Tolerabiliora cria ꝓpemodũ

posito scripsit. Iste vero episcopus etiam ad hoc eas magno accendit eloquio. Verũ ex eo quod ambo egerũt, dictionis grandis exempla memorabo. Ambo quippe inuecti sunt in eas, quæ formam pigmentis colorãt, vel potius decolorant: quorum prior ille cum hoc ageret, ait inter cætera, Si quis pingendi artifex vultum alicuius & speciem & corporis qualitatem æmulo colore signasset, & signato iam consummatoq; simulachro, manus alius inferret, vt iam formata, iam picta quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iusta indignatio videretur. Tu te existimas impune laturam tam improbæ temeritatis audaciam, Dei artificis offensam? Vt enim impudica circa homines, & incesta fucis lenocinãtibus nõ sis, corruptis violatisq; quę Dei sunt peior adultera deteneris. Quod ornari te putas, qđ putas comi, impugnatio est ista diuini operis, præuaricatio est veritatis. Monentis Apostoli vox est, Expurgate uetus fermentum vt scitis noua cõspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; festa celebremus, non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis. Num syncerita perseuerat & veritas, quando quæ syncera sunt polluntur, & colorum adulterinis medicaminum fucis in mendacium vera mutantur? Dominus tuus dicit, Non potes facere capillũ vnũ album aut nigrum: & tu ad vincendam Domini tui vocem vis te esse potiorem audaci conatu, & sacrilego cõtemptu? Crines tuos inficis, malo præsagio futurorum capillos iam tibi flammeos auspicaris. Longum est inserere omnia quæ sequuntur. Ille vero posterior vt in tales diceret: Hinc illa, inquit, nascuntur in centina vitiorum, vt quæsitis coloribus ora depingant, dum uiris displicere formidant, & de adulterio vultus, meditantur adulterium castitatis. Quanta hæc amentia effigiem mutare naturæ, picturam quæreret? Et dum verent̃ maritale iudicium, perdiderunt suum. Prior enim de se pronunciat, quæ cupit mutare quod nata est: ita dum alij studet placere, prius ipsa sibi displicet. Quem iudicem mulier veriorem requirimus deformitatis tuæ, quam teipsam quę uideri times? Si pulchra es, cur absconderis? Si deformis, cur te formosam esse mentiris, nec tuę conscientię, nec alieni gratiam erroris habitura? Ille enim alterã diligit, tu alteri vis placere: & irasceris si amet alteram, qui adulterare in te docetur. Mala magistra es iniuriæ tuæ. Lenocinari enim refugit, etiam quæ passa est lenonem. Ac licet vilis mulier, non alteri tamen, sed sibi peccat. Tolerabiliora propemodum in adulterio crimina sunt: ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. Satis, vt existimo,

existimo, apparet fœminas ne suam fucis adulterẽt formam, & ad pudorem & ad timorem hac facundia vehementer impelli. Proinde neq; submissum neq; temperatum, sed grande omnino genus hoc elocutionis agnoscimus. Et in his autem quos duos ex omnibus proponere volui, & in alijs ecclesiasticis viris & bona & bene, id est sicut res postulat, acute, ornate, ardenterq; dicentibus, per multa eorum scripta vel dicta possunt hæc tria genera reperiri, & assidua lectione vel auditione admixta etiam exercitatione studentibus inolescere.

in adulterio, quã in adulteratiõe pigmẽti, qua natura & non virginitatem adulterant.

Dictio variãda est. CAP. XXII.

NEC quisquam præter disciplinã esse existimet, ista miscere, imo quantum congrue fieri potest omnibus generibus dictio varianda est. Nam quando prolixa est in vno genere, minus detinet auditorem. Cum vero fit in aliud ab alio transitus, etiã si longius eat, decentius procedit oratio: quanuis habeant & singula genera varietates suas in sermone eloquentium, quibus non sinuntur in eorum qui audiunt frigescere vel tepescere sensibus. Verum tamen facilius submissum solum quam solum grande diutius tolerari potest. Commotio quippe animi quanto magis excitanda est, vt nobis assentiat auditor tanto minus in ea diu teneri potest cum fuerit quantũ satis est excitata. Et ideo cauendum est, ne dum volumus altius erigere quod erectum t̃, etiam inde decidat, quo fuerat excitatione perductum. Interpositis vero quæ sunt dicenda submissius, bene reditur ad ea quæ opus est, granditer dici, vt dictionis impetus sicut maris æstus alternet. Ex quo fit vt grande dicendi genus, si diutius est dicendum, non debeat esse solum, sed aliorũ generum interpositione varietur: ei tamen generi dictio tota tribuatur, cuius copia præualuerit.

De miscendo dictionis genere. CAP. XXIII.

INTEREST enim quod genus cui generi interponatur vel adhibeatur certis & necessarijs locis: nam & in grandi genere semper aut pene sem per temperata debent esse principia. Et in potestate est eloquentis, vt dicantur nonnulla submisse et iam quæ possent granditer dici, vt ea quæ dicuntur granditer, ex illorum fiant cõparatione grandiora, & eorũ tanquã vmbris luminosiora reddant. In quocunq; aũt genere aliqua quæstionũ vincula soluenda sunt, acumine opus est, quod sibi submissum genus proprie vendicat. Ac per hoc eo genere vtẽdũ est & in alijs duobus generibus, quãdo, eis ista incidunt, sicut laudãdũ aliqd vel vituperandũ: vbi nec dãnatio, nec cuiusquã liberatio, nec ad actionẽ quã libet assensio requiritur: in quocunq; alio genere occurrit, genus adhibẽdũ & interponendũ est tẽperatũ. In grãdi ergo genere inueniunt locos suos duo cætera, & in submisso similiter. Temperatum autem genus non quidem

quidem semper, sed tamen aliquando submisso indiget, si (vt dixi) quæstio cuius nodus est soluẽdus, incurrat: vel quando nõnulla, quę ornari possent, ideo non ornãtur, sed submisso sermone dicũtur, vt quibusdã quasi choris ornamentorum prębeant eminentiorem locum. Grande autem genus temperata dictio non requirit: ad delectãdos quippe animos, non ad mouendos ipsa suscipitur.

Sublime dicẽdi genus quid effi ciat.

CAP. XXIIII.

NON sane si dicenti crebrius & uehementius acclametur, ideo granditer putandus est dicere: hoc enim & acumina submissi generis, & ornamenta faciunt tẽperati. Grãde autẽ genus plerunq; pondere suo voces premit, sed lachrymas exprimit. Denicq; cum apud Cæsaream Mauritanię populo dissuaderẽ pugnam ciuilem, vel potius plus quam ciuilem, quã cateruam vocabãt: neq; enim ciues tantũmodo, verum etiam propinqui, fratres, postremo parẽtes ac filij lapidibus inter se in duas partes diuisi, per aliquod dies cõtinuos, & certo tempore anni solemniter dimicabant, & quisque ut quemque poterat occidebat: egi quidem granditer quantũ valui, vt tam crudele atq; inueteratum malum de cordibus & moribus eorum auellerẽ, pelleremq; dicẽdo: non tamẽ egisse aliquid me putaui, cum eos audirẽ acclamãtes, sed cũ flentes viderẽ. Acclamationibus quippe se doceri & delectari, flecti autẽ lachrymis indicabãt. Quas vbi aspexi, immanem illam consuetudinem a patribus & auis, longeque a maioribus traditam, quæ pectora eorũ hostiliter obsidebat, vel potius possidebat, deuictam antequã re ipsa id ostenderent, credidi. Moxq; sermone finito, id agendas Deo gratias corda atque ora conuerti. Et ecce iã ferme octo vel amplius ãni sunt propitio Christo, ex quo illic nihil tale tentatũ est. Sunt & alia multa experimẽta, quibus didicimus homines quid in eis fecerit sapientis grãditas dictionis nõ clamore potius quã gemitu: aliquãdo etiã lachrymis, postremo vitę mutatione monstrasse. Submisso etiã dicendi genere sunt plerique mutati, sed ut quod nõ sciebãt, scirent: aut quod eis videbatur incredibile, crederẽt: nõ autẽ vt agerẽt quod agẽdum iã nouerãt, & agere nolebãt. Ad huiusmodi nanq; duritiam flectendã, debet grãditer dici. Nam & laudes & uituperationes quãdo eloquẽter dicuntur, cũ sint in genere temperato, sic afficiunt quosdam ut non solũ in laudibus & vituperationibus eloquẽtia delectẽtur, verum & ipsi laudabiliter appetant fugiantque uituperabiliter uiuere. Sed nunquid omnes qui delectantur, mutantẽ + sicut in grãdi genere omnes qui flectũtur, agũt, & in submisso genere omnes qui docentur sciunt aut credunt verum esse quod nesciunt?

Vt auditores agãt quę prius non agebãt opus est granditer dicere.

+ Alias imitantur. Dicẽdũ ut persuadeamus.

CAP. XXV.

VNDE colligitur illa duo genera quod efficere intendunt

tendunt, hoc eis esse maxime necessarium, qui sapienter & eloquẽter uolunt dicere. Illud uero quod agitur genere tẽperato, id est ut eloquẽtia ipsa delectet, nõ est propter seipsum usurpandũ, sed ut rebus quæ utiliter honesteque dicuntur, si nec docẽte indigẽt eloquio nec monente, quia & scientes & fauẽtes auditores habẽt, aliquãdo promptius ex ipsa delectatione elocutionis accedat uel tenacius adhęreat assensus. Nam cum eloquentię sit uniuersale officium in quocunque istorum trium generũ, dicere apte ad persuasionẽ, finis autem id quod intenderis persuadere dicendo: in quocunque istorum trium generũ dicit quidẽ eloquẽs apte ad persuasionem, sed nisi persuadeat ad finẽ non peruenit eloquentię. Persuadet autẽ in submisso genere vera esse quę dicit. Persuadet in grãdi, ut agãtur quę agenda iam esse sciuntur, nec tamẽ aguntur. Persuadet in genere tẽperato, pulchre ornate quę se dicere: quo fine nobis quid opus est? Appetãt eum qui lingua gloriãtur, & se in panegyricis talibusq; dictionibus iactãt, vbi nec docẽdus, nec ad aliquid agẽdum mouẽdus, sed tantũmodo est delectãdus auditor. Nos vero istũ finẽ referamus ad alterum finẽ, vt scilicet quod efficere volumus cum granditer dicimus, hoc etiam isto velimus: id est, vt bona morum diligantur, vel deuitentur mala: si ab hac actione non sic alieni sunt homines, vt ad eam grandi genere dictionis vrgendi videantur: aut si iam id agunt, ut agant studiosius, atque in eo firmiter perseuerent. Ita fit vt etiam temperati generis ornatu non iactanter sed prudenter vtamur: nõ eius fine contenti, quo tantummodo delectatur auditor, sed hoc potius agentes, ut etiam ipso ad bonum, quod persuadere volumus, adiuuetur.

Officium eloquentiæ est dicere apte ad persuasionem, finis vero persuadere quod intẽdis

ILLA itaque tria quę supra posuimus, eũ qui sapienter dicit, si etiã eloquẽter vult dicere, id agere debere vt intelligẽter, vt libẽter, vt obedienter audiatur, nõ sic accipienda sunt tãquã singula illis tribus dicẽdi generibus ita tribuãtur, vt ad submissum intelligẽter, ad temperatũ libẽter, ad grande pertineat obedienter audiri: sed sic potius vt hęc tria semper intẽdat, & quãtũ potest agat, etiã cũ in illorũ singulo quoque uersatur. Nolumus enim fastidiri etiã quod submisse dicimus. ac per hoc volumus nõ solũ intelligẽter, uerũ etiam libẽter audiri. Quid autẽ agimus diuinis testimonijs docẽdo quod dicimus nisi vt obedienter audiamur, id est credatur eis, opitulãte illo cui dictũ est, Testimonia tua credibilia facta sunt valde? Quid etiã cupit nisi credi, q̃ aliquid licet submisso eloquio dicẽtibus narrat? Et q̃s eũ uelit audire, nisi auditorẽ nõnulla etiã suauitate detineat? Nã si nõ intelligãt, q̃s nesciat nec libenter eũ posse, nec obedienter audiri? Plerunque

Vt cum audientium uoluptate dicamus.

CAP. XXVI.

Idem supra in isto lib. cap. 15. et 17.

Psal. 92.

que autẽ dictio ipsa submissa, dissoluit difficillimas quæstiones, & inopinata manifestatione demonstrat: dum sententias acutissimas de nescio quibus quasi cauernis, vnde non sperabatur, eruit & ostendit: dum aduersarij conuincit errorẽ, & docet falsum esse quod ab illo dici videbatur inuictum: maxime quando adest ei quoddam decus non appetttum, sed quoddammodo naturale: & quando non nulla non iactãticula, sed quasi necessaria, atq; (vt ita dicam) ipsis rebus extorta numerositas clausularum, tantas acclamationes excitat, vt vix intelligatur esse submissa. Non enim quia neque incedit ornata neque armata, sed tanquam nuda congreditur, ideo non aduersarium neruis lacertisque obllidit, & obsistentem subruit ac destruit membris formatissimis falsitatem: Vnde autem crebro & multum acclamatur ita dicentibus, nisi quia veritas sic demonstrata, sic defensa, sic inuicta delectat? Et in hoc igitur genere submisso iste noster doctor & dictor id agere debet, vt non solum intelligenter, Verum etiam libenter & obedienter audiatur. Illa quoque eloquentia generis temperati apud eloquẽtem ecclesiasticum, nec inornata relinquitur, nec indecenter ornatur: nec solum hoc appetit vt delectet, quod solum apud alios profitetur: verum etiam in ijs quæ laudat siue vituperat, istis appetendis vel firmius tenendis, illis autem vitandis vel respuendis, vult utique obedienter audiri. Si autem non auditur intelligenter, nec libenter potest. Proinde illa tria, vt intelligant qui audiunt, vt delectentur, vt obediant, etiam in hoc genere agendum est, vbi tenet delectatio principatum. Iam vero vbi mouere & flectere grandi genere opus est auditorem, quod tunc est opus, quando & veraciter dicit & suauiter confitetur, & tamẽ non vult facere quod dicit, dicẽdum est proculdubio granditer. Sed quis mouet, si nescit quod dicit? Aut quis tenetur vt audiat, si nõ delectat? Vnde & in isto genere, vbi ad obedientiã cor durũ dictionis grãditate flectẽdũ est, nisi & intelligẽter & libẽter qui dicit audiatur, nõ potest obedienter audiri.

Metaphora venusta

Obedientius audiri cuius vita oronis rñdet. CAP. XXVII. Mat. 23.

Phil. 1.

Phil. 2.

De hoc fusius

HABET aũt vt obedienter audiat quãtuncunq; grãditate dictionis maius põdus vita dicẽtis. Nã qui sapienter & eloquẽter dicit, viuit autẽ nequiter erudit quidẽ multos discẽdi studiosos, quãuis animæ suæ sit inutilis, sicut scriptũ ẽ, Scribę & Pharisęi in cathedra Moysi sederũt, quę dicũt facite, quę aũt faciũt, facere nolite, dicũt enim & nõ faciũt, unde ait & Apostolus, Siue occasiõe, siue veritate Christus annũcieť. Christus ãt veritas ẽ, & tamẽ ẽt nõ veritate annũciari veritas põt, id ẽ vt prauo & fallaci corde quę recta & vera sunt prędicent. Sic qppe annũciať Iesus Christus ab eis q̃ sua quęrũt, nõ q̃ Iesu Christi

Christi. Sed quoniã boni fideles nõ quẽlibet hominũ sed seipsum Deũ obedienter audiunt, qui ait, Quę dicũt facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt: ideo audiuntur vtiliter, qui etiam vtiliter non agunt. Sua enim quærere studeant, sed sua docere nõ audent: de loco scilicet superiore sedis ecclesiasticæ, quẽ sana doctrina constituit. Propter quod ipse Dominus, prius quam de talibus quod commemorauí diceret, prę misit, Cathedram Moysi sederunt. Illa ergo cathedra, non eorum sed Moysi, cogebat eos bona dicere, etiam non bona facientes. Agebant ergo sua in vita sua: doce re autem sua, cathedra illos non permittebat aliena. Multis itaque prosunt dicendo quę non faciunt: sed longe pluribus prodessent faciendo quę dicunt. Abundant enim qui malæ vitę suæ defensionem ex ipsis suis prępositis & doctoribus quærunt, respondentes corde suo, aut etiam si ad hoc erumpunt ore suo, atque dicentes, Quod mihi præcipis, cur ipse non facis? Ita fit vt eum non obedienter audiant, qui seipse non audit, et Dei Verbum quod eis prædicatur, simul cum ipso prædicatore contemnant. Denique Apostolus scribens ad Timotheum, cum dixisset, Nemo adolescentiam tuam contemnat: subiecit vnde non cõtemneretur, atque ait, Sed forma esto fidelium in sermone, in cõuersatione, in dilectione, in fide, in castitate.

Cathedra Moysi cogebat malos doctores bona dicere etiam non bona facientes.

Non obedienter auditur, qui se bona vita non audit.

1. Timo. 4.

TALIS doctor vt obedienter audiatur non impudẽter, non solum submisse ac temperate, verum etiam grãditer dicit, quia non contemptibiler viuit. Sic nanque elegit bonam vitam, vt etiam bonam non negligat famam, sed prouideat bona coram Deo, & hominibus, quantum potest illum timendo, his consulendo. In ipso etiam sermone malit rebus placere quam verbis: nec existimet dici melius, nisi quod dicitur verius: nec doctor verbis seruiat, sed verba doctori. Hoc ẽ enim quod Apostolus ait, Non in sapientia verbi, ne euacuetur crux Christi. Ad hoc enim valet etiam quod ait ad Timotheum, Noli verbis contendere: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Neque enim hoc ideo dictum est, vt aduersarijs oppugnantibus veritatem, nihil nos pro veritate dicamus. Et vbi erit quod cum ostenderet qualis esse episcopus debeat, ait inter cætera, Vt potens sit in doctrina sana, & contradicentes possit redarguere. Verbis enim contendere est, non curare quomodo error veritate vincatur, sed quomodo tua dictio dictioni pręferatur alterius. Porro qui non verbis contendit, siue submisse, siue temperate, siue granditer dicat, id agit verbis vt veritas pateat, veritas placeat, veritas moueat: quoniam nec ipsa quæ præcepti finis, & plenitudo

Sapiẽter dicere CAP. XXVIII.

Doctor Ecclesiasticus sic elegit bonam vitã, vt bonã nõ negligat famam.

Doctor nõ seruiat verbis, sed verba doctori.

1. Corin. 1.

2. Timo. 2.

Titum. 1.

Rom 13.

1. Thi. 1.

sup euãg. Ioan. trac. 123. i To. 9 Mat. 23.

Et de hoc fusius ī prīn. huius cap. 4. & in prę fatione psal. 31. in To. 3. Et in fine huius To. 1. opuscutorum.

nitudo legis est charitas, vllo modo recta esse potest, si ea quę dicuntur non vera sed falsa sunt. Sicut autem cuius pulchrum corpus & deformis est animus magis dolendus est, quam si deforme haberet & corpus: ita qui eloquenter ea quæ falsa sunt dicunt, magis miserandi sunt, quam si talia deformiter dicerent. Quid est ergo non solum eloquenter, verum etiam sapienter dicere, nisi verba in submisso genere sufficientia, in temperato splendentia, in grandi vehementia, veris tamen rebus quas audire oporteat adhibere? Sed qui vtrunque non potest, dicat sapienter quod non dicit eloquenter, potius quam dicat eloquenter, quod non dicit sapienter.

Diuersos esse ȳ bi p̄cones, secūdum linguæ, igenii, vitęq; diuersitatem.

CAP. XXIX.

SI autem ne hoc quidem potest, ita conuersetur vt non solum præmium sibi comparet, sed etiam prębeat aliis exemplum: & sit ei quasi copia dicendi forma viuendi. Sunt sane quidem qui bene pronunciare possunt, quid autem pronuncient, excogitare nō possunt. Quod si ab aliis sumant eloquenter sapienterque conscriptum memoriæque commendent, atque ad populum proferant, si eam personam gerunt, non improbe faciunt. Sic enim, quod profecto vtile est, multi prędicatores veritatis sunt, nec multi magistri, si vnius veri magistri idipsum dicant omnes, & non sint in eis schismata. Nec deterrendi sunt isti voce Hieremię prophetæ, per quem Deus arguit eos qui furantur verba eius, vnusquisque a proximo suo. Qui enim furantur, alienum auferunt: verbum autem Dei non est ab eis alienum, qui obtemperant ei: potiusque ille dicit aliena, qui cum dicat bene viuit male. Quæcunque enim bona dicit, eius excogitari videntur ingenio, sed ab eius moribus aliena sunt. Eos itaque dixit Deus furari verba sua, qui boni volunt videri, loquendo quæ Dei sunt, cum mali sint faciēdo quę sua sunt. Nec sane ipsi dicunt, bona quę dicunt * si diligenter attendas. Quomodo enim dicunt veris, quod negant factis? Non enim frustra de talibus ait Apostolus, Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Modo ergo quodam ipsi dicunt, & rursus alio modo ipsi non dicunt, quoniam vtrunque verum est quod ait veritas. De talibus enim loquens, Quæ dicunt, inquit, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: hoc est, quod ex ore illorum auditis, facite: quod in opere videtis, facere nolite: dicunt enim, inquit, & non faciunt. Ergo quanuis non faciant, dicunt tamen. Sed alio loco tales arguens, Hypocritę inquit, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ac per hoc & ea quę dicunt, quando bona dicunt, non ipsi dicunt, voluntate scilicet arcp opere negando quod dicunt. Vnde contingit, vt homo

Ille dicit aliena qui bona dicit & male viuit, sed de hoc fusius ab Aug. super euang. Ioā. tract. 123. in Tom. 9.

Mat. 23. 1. Corin. 1 Hier. 23.

* Quę dei sūt Male viuentis bona non possunt dicere, Nā quod verbis dicunt factis negant. Nam Ex abundātia cordis os loqtur. Mat. 7. Luc. 6. Et quomō potestis bona loqui

cendum

cendum ab alio non diserto sed bono ipse componat. Quod cum sit ipse a seipso tradit alienum, ille ab alieno accipit suum. Cum vero boni fideles bonis fidelibus hanc operam commodant, vtrique sua dicunt: quia & Deus ipsorum est, cuius sunt illa quæ dicunt: & ea sua faciunt, quæ non ipsi componere potuerunt, qui secundum illa composite viuunt.

cū sitis mali & id affirmat paulus. Titum. 1. ut in litera patet.

SIVE autem apud populum vel apud quoslibet iam iamq; dicturus aliquis, siue quod apud populum dicendum, vel ab eis qui voluerint aut potuerint legendum est dicaturus, oret vt Deus sermonem bonum det in os eius. Si enim regina orauit Hester, pro suę gentis temporaria salute locutura apud regem, vt in os eius Deus cōgruum sermonem daret: quanto magis orare debet, ut tale munus accipiat, qui pro æterna hominum salute in verbo, & doctrina laborat? Illi uero, qui ea dicturi sunt, quæ ab aliis acceperunt, & antequam accipiant orent pro eis a quibus accipiunt, vt eis detur quod per eos accipere volunt: & cum acceperint, orent vt bene, & ipsi proferant, & illi ad quos proferunt sumant: & de prospero exitu dictionis eidem gratias agant, a quo id se accepisse non dubitant, vt qui gloriatur, in illo glorietur, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri.

Orandus Deus vt adsit nobis dicentibus.

CAP. XXX.

Hester. 7.

Idē sup. ī isto. 4 lib. cap. 15. 1. Cor. 1. &, 2. Corin. 10. Sapien. 7.

LONGIOR euasit liber hic quam volebam quamq; putaueram. Sed legenti vel audienti, cui gratus est, longus non est: cui autem longus est, per partes eum legat, qui habere vult cognitum. Quemvero eius cognitionis piget, de longitudine non queratur. Ego tamen Deo nostro gratias ago quod in his quatuor libris non qualis ego essem, cui multa desunt: sed qualis esse debeat, qui in doctrina sana, id est Christiana, nō solum sibi, sed aliis etiam laborare studet, quantulacunque potui facultate disserui.

Excusat prolixitatem libri.

CAP. XXXI.

D. AVRELII

AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI LIBER DE DISCIPLINA CHRISTIANA, VEL de domo disciplinæ.

Quid sit bene viuere.
CAP. I.

Ecclc.5. Disciplina a discendo idem in lib. soliloquiorum cap.11.i.1. To.& in primo de lib.arbi.cap. 1.in To.1.et in. 14. de trinitate cap.1. in To .3. Quid sit benevi uere, & quę bonę vitæ merces, tertio q sint veri Christiāi, quarto qđ verus eorum magister Christus.

LOCVTVS est ad nos sermo Dei, & depromptus est ad exhortationem nostram: dicente scriptura, Accipite disciplinam in domo disciplinæ. Disciplina, a discendo dicta est: disciplinæ domus, est ecclesia Christi. Quid ergo hic discitur, vel quare discitur? Qui discunt, vel a quo discunt? Discitur bene viuere. Propter hoc discitur viuere, vt perueniatur ad semper viuere. Discunt Christiani, Docet Christus. Primo ergo quid sit bene viuere: deinde quæ sit merces bonæ vitæ: tertio qui sint veri Christiani: quarto quis sit verus magister, pauca loquentibus nobis sicut Dominus donat audire digneminī. Omnes in domo disciplinę sumus, sed multi nolunt habere disciplinam: & quod est peruersius, nec in domo disciplinæ volunt habere disciplinam. Cum propterea debeant in domo disciplinę accipere disciplinam, vt seruent illam in domibus suis: ipsi e contra indisciplinationem non solum in domibus suis habere volunt, sed ferre illā secum etiam ad domum disciplinę volunt. Ideo apud quos non vacat verbum Dei qui cor auro coniungunt, qui non sunt via vbi semen cum ceciderit ab auibus colligitur, qui non sunt petrosa loca, vbi semen altam radicem habere non potest, & ad horam exit & in ęstu arescit: qui non sunt ager spinosus, vbi semen cum germinauerit & in auras surgere cœperit, spinarum densitate suffocatur, sed qui sunt terra bona parata semen accipere, et fructum reddere vel centenum vel sexagenum vel tricenum: recordentur qui non sine causa intrarunt disciplinæ scholam has me similitudines ex Euāgelio commemorasse. Qui igitur tales sunt, accipiant quod per me Dominus dicere dignatur. Ego enim, quoniam ille seminat, quid sum? Vix cophinus seminantis. Ipse in me dignetur ponere, quod vobis spargat. Nolite ergo attendere ad vilitatem cophini, sed ad charitatem seminis & potestatem seminatoris

Mat.13. Mar.4. Luc.8.

Christus semina tor, et doctor cophinus seminātis, sed de hoc su

natoris. Quid est ergo bene viuere? Quid hic discitur? Præcepta multa sunt in lege, quibus ipsa bona vita continetur, imperatur & discitur. Multa omnino precepta sunt & innumerabilia. Præceptorū ipsorū paginas vix quisquā enumerat, quāto magis ipsa? Quæ voluit tamē Deus propter eos qui se possent excusare, vel quia eis non vacat, legere, vel quia norunt legere, vel quia non possunt facile intelligere, vt excusationem nemo habeat in die iudicij, uoluit, sicut scriptū est, consumare & breuiare verbum super terram, sicut de illo Propheta prędixerat: Verbum enim consumās & breuiās faciet Dominus super terram. Hoc ipsum verbum consumatū & breuiatum, nec obscurum Deus esse voluit. Ideo breue, ne non vacaret legere: ideo apertum, ne dicat, non mihi licuit intelligere. Thesaurus ergo est manus diuinarum scripturarum, habēs in se mirabilia præcepta & multa: tanquā multas gemmas, & prędiosa monilia, & vasa ingentia, & magni metalli. Sed quis potest scrutari thesaurum istum, & vti eo, & peruenire ad omnia quę ibi sunt? Quando hāc similitudinē Dominus dedit in Enangelio suo, & dixit, Simile est regnū cœlorum thesauro inuēto in agro: quis se minus idoneū diceret ad perscrutandum thesaurū, continuo dedit aliā similitudinē: Simile est, inquiēs, regnū cœlorum homini negociatori quęrenti bonas margaritas, qui inuenit vnam preciosam margaritā, & vendidit omnia. quæ habuit & emit illā: vt si piger eras ad perscrutādum thesaurum, non sis piger unam margaritā sub lingua ferre, & quo vis securus ambulare. Quid est ergo verbum consumās & breuiās? Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximū tuum tanquā teipsum. In his duobus preceptis tota lex pendet & prophetæ. Ecce quid discitur in domo disciplinę. Diligere Deum & proximum. Deum tanquam Deum, proximum sicut teipsum. Non enim inuenis parem Deo, ut possit tibi dici, Dilige Deū sicut diligis illum. De proximo inuenta est tibi regula, quia inuentus es proximo tuo par tuipse. Quęris quomodo diligas proximum? Attende teipsum: & quomodo te diligis, sic dilige proximum. Non est vbi erres. Volo, ergo iam & tibi committere proximum tuum, vt diligas eum tanquam teipsum. Volo, sed adhuc timeo. Volo tibi dicere, Dilige proximum tuum sicut teipsum, & timeo, adhuc enim discutere volo quomodo diligas teipsum. Noli ergo ægre ferre. Non es tu ipse facile dimittendus, cui est proximus commitendus, Non transitorie tecum agendum est. Tu unus homo es, proximi tui multi sunt. Nō enim primo sic debes intelligere proximū: vel fratrem,

sius super Euā. Ioan. tract. pri. in To.9.& in.4 de doct. christ. capi.15.i Tom. 3.& i lib.de Magistro cap.14.in Tom.1. ubi fusius habes, quod docet Christus, & monet hono de qbus fusius i annot.sup .p log. primi de doc.christ. diximus.

Esa.12.

Mat.13.

De ordie huius dilectionis ab August. super Euāg. Ioan.in tract.16.in To. 9.& in Deut.6 de gratia & Mat.22 lib. arbi. ad Val.cap. 17 & 18.in To.7.& in 1.de doc.chri.a 22.cap.usque ad finē libri.i To. 3.& a Magistro sent. in 3. a dist. 27.usque ad 32. inclusiue. ubi in quiūt qp dei dilectio est prior ordine prēcipiēdi, et proximi dilectio. est prior ordine faciens. Quo nos ipsos diligere debemus

Proximus ẽ oīs hō oī hoī. Nec vlla ẽ cogitāda lōginquitas gnis vbi ẽ nā oēs, sumus igit fratres vt hoies, q̄to magis vt xp̄iāi. sup ps.12.& sup ps.14.& sup ps.118(vbi cō cludit) qđ ꝓprie ꝓximus est q no bis cū facit misericordiam, inde maxime nobis ꝓximus Christus ꝓ Samaritāo q vulnerato medelam adhibuit significatus. Nā ipse sup se oēs nros tulit dolores, & portauit iniq̄tates Iesai.53.& āgeli nr̄i ꝓximi dicūtur, supra Ps.10. in.1.de doc.christ.cap. 30.& sup ps.30. & 31.& 36. & 125.& in 3.sen. dist.28.

Qui se ꝯp peccat diligit nō se amat, sz se odit. Idē sup Io.trac. 94.ī Tom.9.& sup.ī.1.de doc. chr.a.c.22.vsq; ad.28. iclusiue. Corrige dilectionē (qua male te diligis) aut respue societatē.

Beluinus hō q talia amat qualia amat qua, vel cognatum, vel affinē. Proximus ẽ omni hominī omnis homo. Proximi sic dicuntur pater & filius, socer & gener. Nihil tam proximum, quam homo & homo. Sed si putamus nō esse proximos, nisi q ui de ipsdē parētibus nascuntur: Adam & Euam attendamus, & omnes fratres sumus. Et quidē fratres secundum quod homines sumus, quanto magis secundum quod Christiani sumus? Ad id quod homo es, vnus pater fuit Adam, vna mater Eua: Ad id quod Christianus es, vnus pater est Deus, vna mater Ecclesia. Videte ergo quantos proximos habeat vnus homo. Omnes homines in quos incurrerit, quibus iungi potuerit, proximi eius sunt. Quomodo ergo discutiendus est vtrum diligat se, cui committendi sunt tot proximi, vt sic eos diligat tanquā se? Non ergo iracatur vnusquisque, si discutio quomodo se diligat. Certe ego discutio, ipse se inueniat. Vt quid enim discutio, quia ego inuenturus sum? Ideo discutio, ut ipse se interroget, ipse sibi appareat, ipse se non lateat, ipse se sibi non abscondat, ipse sibi se ante oculos suos, non post dorsum ponat. Me loquente faciat hoc, me nesciente faciat hoc. Quomodo te diligis? Quisquis me audis, imo quisquis Deum per me audis in hac domo discipling, attende te quomodo te diligis. Profecto enim si te interrogem vtrū diligas te, respondebis quia diligis. Quis enim se odit? Hoc dicturus es, Quis enim se odit? Ergo non diligis iniquitatem, si te diligis. Nam si diligis iniquitatē, non ego dico, psalmum audi, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Ergo si diligis iniquitatem, audi veritatem, veritatem non te palpantem, sed aperte tibi dicentem, Odis te. Quanto magis dicis, quia amas te: odis te. Qui enim diligit iniquitatē odit animam suam. Quid dicam de carne, quę pars est vilior hominis? Si animam odit, quomodo carnem diligit? Denique qui amant iniquitatem, & oderunt animam suam: omnem turpitudinē exercent de carne sua. Iam ergo qui diligis iniquitatē quomodo tibi volebas committi proximum, vt diligeres eum tanquam te? Homo, quid perdis te? Si enim tuipse sic te diligis: vt perdas te, sic profecto perditurus es & eum quem diligis sicut te. Nolo ergo quenquam diligas, vel solus peri. Aut corrige dilectionē, aut respue societatem. Dicturus es mihi, Diligo proximum tanquā meipsum. Audio plane, audio. In ebriari vis cū illo, quē diligis tanquam teipsum. Bene nobis faciamus hodie quantum possumus bibamus. Vide quia sic te diligis, & illū ad te trahis, & ad quod amas vocas. Necesse est vt quē diligis tanquam teipsum, illuc illum trahas ad quod & tu te amas. Humanus homo, imo beluinus, amādo talia qualia beluę. Beluas enim Deus prostratas in faciem fecit,

fecit, pastum quęrētes de terra: te in duos pedes erexit de terra. Tuā faciē sursum attrēdere voluit. Non discordet cor tuum a facie tua. Non habeas faciem sursum, & cor deorsum: imo verum audi & verum fac, sursum cor habe, ne mētiaris in domo disciplinę. Quando enim audis, respondes sed sit verum quod respondes. Sic te diliges, & diliges proximum tuū tanquā teipsum. Quid est enim sursum habere cor, nisi quod dictum est prius, Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua? Quia ergo duo prȩcepta sunt, si vnum dicerer, non sufficeret. Sufficit & vnū si intelligatur. Nam aliquando sic loquitur scriptura, sicut Paulus apostolus, Non adulterabis nō homicidium facies, non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis est charitas. Quid est charitas? Dilectio. Nihil videtur dixisse de dilectione Dei, sed solam proximi dilectionem dixit sufficere ad implēdam legem. Quicquid est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, in hoc sermone impletur. In quo? Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Ecce vnum est. Certe duo prȩcepta sunt in quibus tota lex pendet & prophetæ. Videre quomodo plus breuiatum est, & adhuc pigri sumus. Ecce quæ duo erant, vnum factum est. Prorsus proximum dilige, & sufficit. Sed dilige quomodo teipsum diligis, non quomodo teipsum odisti. Dilige proximum tuum tanquam teipsum: sed prius est vt diligas teipsum. Quærere habes quomodo diligas teipsum: & audire habes, Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua. Homo enim quomodo a se fieri non potuit, sic nec beatus a se fieri potest. Alia res fecit eum hominē, quod nō est ipse homo: alia res eū factura est beatū, quod non est ipse homo. Deniq; errans videt ipse, quia per se non potest beatus esse, & amat aliud vnde sit beatus. Vnde si fieri putat beatū, hoc amat. Quid putamus, amat, vnde putat se fieri beatū? Pecuniam, aurum, argētum, possessiones. Breuiter dico pecuniam. Totum enim quicquid homines possidēt in terra omnia quorum Domini sunt, pecunia vocatur. Seruus sit, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum est pecunia dicitur. Et vnde est primū vocata pecunia? Ideo pecunia, quia antiqui totū quod habebant, in pecoribus habebant. A pecore pecunia vocatur. Legimus antiquos patres fuisse diuites pasto res. Ergo pecuniam diligis, o homo: vnde putas te fieri beatum, pecunia est, multum eam diligis. Volebas diligere proximum tanquam teipsum, diuide cum illo

lia beluę. ꝯs deus ꝓstratas in faciē fecit, pastum quęrētes de terra: te in duos pedes erexit de terra. Tuā faciē sursum attrēdere voluit. Non discordet cor tuum a facie tua. Non habeas faciem sursum, & cor deorsum: imo verum audi & verum fac, sursum cor habe, ne mētiaris in domo disciplinę. Quando enim audis, respondes sed sit verum quod respondes. Sic te diliges, & diliges proximum tuū tanquā teipsum. Quid est enim sursum habere cor, nisi quod dictum est prius, Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua? Quia ergo duo prȩcepta sunt, si vnum dicerer, non sufficeret. Sufficit & vnū si intelligatur. Nam aliquando sic loquitur scriptura, sicut Paulus apostolus, Non adulterabis nō homicidium facies, non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis est charitas. Quid est charitas? Dilectio. Nihil videtur dixisse de dilectione Dei, sed solam proximi dilectionem dixit sufficere ad implēdam legem. Quicquid est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, in hoc sermone impletur. In quo? Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Ecce vnum est. Certe duo prȩcepta sunt in quibus tota lex pendet & prophetæ. Videre quomodo plus breuiatum est, & adhuc pigri sumus. Ecce quæ duo erant, vnum factum est. Prorsus proximum dilige, & sufficit. Sed dilige quomodo teipsum diligis, non quomodo teipsum odisti. Dilige proximum tuum tanquam teipsum: sed prius est vt diligas teipsum. Quærere habes quomodo diligas teipsum: & audire habes, Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua. Homo enim quomodo a se fieri non potuit, sic nec beatus a se fieri potest. Alia res fecit eum hominē, quod nō est ipse homo: alia res eū factura est beatū, quod non est ipse homo. Deniq; errans videt ipse, quia per se non potest beatus esse, & amat aliud vnde sit beatus. Vnde si fieri putat beatū, hoc amat. Quid putamus, amat, vnde putat se fieri beatū? Pecuniam, aurum, argētum, possessiones. Breuiter dico pecuniam. Totum enim quicquid homines possidēt in terra omnia quorum Domini sunt, pecunia vocatur. Seruus sit, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum est pecunia dicitur. Et vnde est primū vocata pecunia? Ideo pecunia, quia antiqui totū quod habebant, in pecoribus habebant. A pecore pecunia vocatur. Legimus antiquos patres fuisse diuites pasto res. Ergo pecuniam diligis, o homo: vnde putas te fieri beatum, pecunia est, multum eam diligis. Volebas diligere proximum tanquam teipsum, diuide cum illo

Deut.6 nes fal
Mat.22 sor deo
rū non
esse rōnis Humāę, qa curuāt
cæleste aīal ad
venerāda terre
Rōa.13 na, qđ
tamen
ex humo subleuauit parēs nr̄
deus, & illū ad
sui artificis cōtē
plationē erexit.
Hīcvtiq; ανθρωπον illum græci
appellauerunt,
qđ sursum ꝓpectet. Verūtñ homines, & nomi
nis sui
Deut.6 & rō
Mat.22 nis obli
ti, oculos suos
ab alto deijciūt
soloq; defigūt, atq; timēt opa
(manuū tuarū)
seu di
Hō vt gitorū
a se fieri, uorū
nō po- (Hoc ẽ
tuit, sic simula
nec hea cra) q̄si
tus a se q̄ęj eē
fieri po possit,
test. idē artifice
sup Io. suo ma
34. in ius.

aũt cuius nũquã ẏb. põt, sem p vrĩq; imago supuacua est, sed verent ne oĩs eorũ religio inanis sit & vacua, si nihil ĩ presenti videãt, quod adorẽt, & ideo simulachra constituũt, quę sĩa mortuorũ fũt imagines, similia mortuis fũt oĩ enĩ sensu, carent Dei ãt in ęternũ viuẽtis uiũ, & sensibi le ẽbet eẽ simulachrũ, qđ si a similitudine id nomen accepit quomõ

To. 9. Aliogn mẽ ybi faceret qđ dixũ sum est abesse ꝙ deus. id ẏb. põt, Apost. p vrĩq; fer. 10. imago in. To. supuacua est, 10.

Pecũia a peco re.

Inuidẽtia est diabolicũ uigines, tiũ, & similia supbiæ mortuis filia. & ẽ initiũ oĩs pdi tionis nostræ, & illa nihil miseriꝰ us. In lib. de salutari bus documentis. ca. 59. & 60. in To. 4. & sup ps. 18. i To, 8,

illo pecuniam tuam. Quid esses discutiebam. Inuentus es apparuisti tibi, vidisti te, considerasti te. Nõ es paratus diuidere pecuniam tuam cum proximo tuo. Sed quid mihi respondet benigna auaritia? Quid mihi respondet? Si diuisero cum illo, minus erit & mihi & illi: minuetur quod amo, nec totum habebit ille, nec totum habebo ego. Sed quia diligo eum tãquam meipsum, opto illi vt tantum habeat: vt nec meum minuatur, & ipsæ mihi coæquetur. Optas vnde nihil perdas, atque vtinam hoc verum dicas vel optes: Timeo enim ne inuideas. Quomodo enim socialis erit fœlicitas tua, quam torquet fœlicitas aliena? Nonne cum cœperit ditescere vicinus tuus, & incipere quasi surgere, & ire post te: times ne sequatur te, times ne transeat te? Certe diligis proximum tuum tãquam teipsum. Sed non loquor de inuidis. Auertat enim Deus hanc pestem ab animis omnium hominum, nedum Christianorum, vitium diabolicum, quo solus diabolus reus est, & inexpiabiliter reus. Non enim dicitur diabolo vt damnetur, adulterium commisisti, furtum fecisti, villam alienam rapuisti: sed homini stanti ipsius inuidisti. Inuidentia, diabolicum vitium est: sed habet matrem suam. Superbia vocatur mater inuidię. Superbia inuidos facit. Suffoca matrẽ, & non erit filia. Ideo humilitatẽ docuit Christus. Non ergo loquor inuidis, bene optantibus loquor. Illis loquor qui optant bene amicis, vt habeant tantum quantum habent & ipsi. Optant bene agẽtibus, Vt habeant quãtum & ipsi: sed nolunt illis dare ex eo quod habent. Inde te iactas homo Christiane, quia optas bene? Melior te est mẽdicus, qui plura tibi optat & nihil habet. Bene vis optare nihil a te accipiẽti: da aliquid bene optãti. Si bonũ est bene optare, redde mercedẽ. Optat tibi bene pauper, quid trepidas? Addo aliquid, In domo disciplinę es. Addo aliquid his quę dixi. Da bene optanti, Christus est. Ipse a te petit qui tibi dedit. Erubesce, Ille diues pauper esse voluit, vt haberes pauperes ꝙbus dares. Da aliquid fratri tuo, da aliquid proximo tuo, da aliquid comiti tuo. Tu dies es, ille pauper est. Vita ista via est, simul ambulatis. Sed forte dicis. Ego diues, ille pauper est. Simul ambulatis, an non? Quid est quod dicis, ego diues ille pauper, nisi ego oneratus, ille leuis? Ego diues, ille pauper. Sarcinam tuam commemoras, pondus tuum laudas. Et quod grauius est, constrinxisti ad te saracinã tuã: ideo non potes porrigere manum. Onerate, ligate: quid te iactas? qđ te laudas. Solue vincula tua, minue sarcinã tuã. Da comiti, & illũ adiuuas, & te releuas. Inter has voces tuas laudãtes sarcinã tuã, Adhuc Christus petit & nõ accipit & obtẽdis nomẽ pietatis crudelibus vocibus & dicis

cis, Et quid seruo filijs meis? Christũ illi oppono filios suos mihi respondit. Ita vero magna iustitia, vt habeat vnde luxurietˉ filius tuus, egeat Dominus tuus, Cũ enĩ vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Non legisti, nõ vni ex minimis meis fecistis, nec miserisˉ, Cũ vni ex minimis meis nõ fecistis, nec mihi fecistis? Nõ legisti, nõ timuisti. Ecce qs eget, & illos tuos numeras? Postremo numera filios tuos, adde vnũ illũ inter illos Dominũ tuũ. Vnũ habes, sit ille secũdus: duos habes, sit ille tertius: tres habes, sit ille quartus: nihil horũ vis. Ecce quomodo diligis proximũ tuũ, quẽ tibi facis sociũ ad istã ꝓditionẽ. Quid tibi dicturus sum, Diligis proximũ tuum? Quid illi in aures insusurrabis homo auare: nisi fili aut frater aut pater, bonũ est nobis, vt cum hic viuimus, bene sit nobis? Quãtum habebis, tãtus eris. Frange lunam, fac fortunam. Ista susurrabis proximo tuo, quę non didicisti in domo disciplinę, nec audisti hic. Nolo sic diligas proximum tuũ. O si possem facere, vt nulli iungereris: Corrũpũt enim mores bonos colloquia mala. Sed non possum facere vt nemini iũgaris, cui mala ista quę non vis dediscere insusurres: & nõ solum nolis dedoceri, sed affectes etiam docere. Nolo, imo volo, sed non possum te disiungere ab auribus alio rum. Alios admoneam, ad quorum aures ambis, quorũ aures penetrare moliris, ad quorum corda per aures intrare disponis. O qui accipis verbum sanum in domo disciplinę, sepi aures tuas spinis. Corrũpunt bonos mores colloquia mala. Sepi aures tuas spinis. Sepi, & spinis se pi: vt ille qui importune intrare ausus fuerit, non solum non repellat, sed etiam compungatur. Repelle illũ a te. Dic, Christianus es, Christianus sum, nõ hoc accepimus in domo disciplinæ, non hoc didicimus in illa schola, quam gratis intrauimus: non hoc didicimus sub illo magistro, cuius cathedra in cœlo est, Noli mihi ista dicere, aut noli ad me accedere. Hoc est enim, Sepi aures tuas spinis. Conuertam me ad illum. Auarus es, pecuniam amas. Beatus esse vis? Deum tuum ama. Pecunia te non facit beatum. Tu eam facis ornatam, non illa te beatum. Sed quia multum amas pecuniam, & video quia pergis quo iusserit cupiditas: piger perge quo iubet charitas. Respice & vide quam multum interˉsit inter pecuniam tuam & Deum tuum. Pulchrior est iste sol quam pecunia tua, & tamen iste sol non est Deus tuus. Porro si pulchrior est lux ista quam pecunia, quantum est pulchrior qui fecit hanc lucẽ? An forte cõparare vis pecuniam tuam luci? Ecce occidit sol: ostende mihi pecuniam tuam. Nitet & nocte, subtraho lucernam. Ecce diues es, Ostende mihi diuitias tuas. Iam si lumine priueris, iam si non habeas vnde quod habes videas, vbi sunt diuitię tuæ? Et sic tamen horrenda profunditas auaritiæ

possunt ista simulachra deo similia iudicarię Mat. 25. quę nihil sentiũt, nec mouẽtur? Diuiti qđ simulachrũ dicẽdũ est vt mittat Christũ vnũ ĩter filios suos aut æraria lucrãtia, aliaue materia fabricatur, sed ipse hõ qm sentit, & mouet, & multas, magnas q; actiones habet, nec intelligũt homines auariti am docere. si sentire simulachra, & moueri possent. vltro adoratura homines fuissent, a qbus fũt expoliata, q; ẽt aut iculus & hor Sap. 13. ridus & 14. Ie lapis, isai 44. aut mercuria ĩ Irmeia ter. 10. et formis, chab. 2 & ruĩna. Ecc. 28. dis nisi fuissẽt ab homine

formata, hõ igit illorã quasi pa trẽs putãdus ẽ, ꝙ cuius manus na ta sunt, per quẽ spẽz, figurã, pul chritudinẽ hre ceperũt & iõ me lior est (hõ) ꝙ fecit, ꝙ illa ꝙ fa cta sunt & tũ fa ctorem ipm nemo suscipit aut vereť, ꝙ fecit timet, tan ꝙ plus possit eẽ i ope ꝙ * qua in opifi re discace, recte tur. igit Sene

ritie non patet oculis, & scatet animis. Vidimus & ecꝯ cos auaros. Dicatur mihi, Vnde auari sunt cæci qui nõ vident? Quod habet non habet, & tamen auarus est cæcus. Quare? Quia credit se habere, auarus est: Fides ẽ facit diuitem. Credendo diues est, non videndo. Quanto melius fidem conuertit ad Deum? Non vides quod possides, & Deum tibi sic prædico. Nondum vides, ama & videbis. Amas pecuniam o cæce, quam nunquam videbis, Cæcus possides, cæcus moriturus es, quod possides hic relicturus es. Non tenebas & quando viuebas: quãto magis pdis, ꝙa nõ videbas ꝙ hẽbas? De Deo ꝙd tibi dicit? Ecce hoc tibi dicit ipsa sapiẽtia, Ama illã tãꝫ pecuniã. Indignũ ẽ, iniuriosum ẽ, vt sapiẽtia pecuniæ cõpareť: sed amor amori cõparať. Video enim hic vos sic amare pecuniã, vt iubẽte amore pecuniæ labores suscipiatis, ieiunia toleretis, mare trãseatis, vẽtis & fluctibus vos cõmittatis. Hẽo vnde eligã ꝙd ametis, sed non hẽo me amari dicit Dñs. Improbis loquor, auaris loquor. Pecuniã diligitis, tm me diligite. Certe melior sum incõparabiliter. Nolo a vobis ãpliorẽ amorẽ: Quãtũ diligitis pecuniã tm me amate. Erubescamus saltem, confitea mur & pectora tũdamus, nõ vt sup peccata nostra pauimẽtum solidemus. Nã ꝙ tundit pectus & nõ corrigit: solidat peccata, nõ tollit. Tũdamus pectus & cædamus nos, & corrigamur a nobis, ne ille postea nos cædat, qui magister est: diximus enim iam quid hic discatur.

Idem ī pſ. Pſ. 31. ī T. 8. & ī ſi ne hu ius .1. T. opu. Qui tũ dit pe ctus & nõ cor rigitur ſolidat pecca ta, & ñ tollit.

ca ī libris moralib. simulachra, īqt, deorũ venerant, illis supplicãt genu posito, illa adorãt, illis stipẽ faciũt, victimas cedũt, & cũ hæc tãtope spiciant, fabros, ꝙ illa fecere cõtẽnũt ꝙd iter se tã cõtrariũ ꝙ statuarũ de spicere factorẽ, statuã adorãt, ꝙ ptãrẽ hre pñt, cũ ipe, ꝙ fecit illa nõ hẽat. Adorãt ergo īsensibilia ꝙ sentiũt irrationalia, ꝙ sapiũt, ex aĩa ꝙ viuũt terrena ꝙ oriunt ex cælo, iuuat ergo, velut ī aliqua sublimi specula cõstitutũ vñ vniuersi exaudire possint, pclianũ illud, pclamare, o curę in terras aĩg & cęlestiũ īanes cęlũ potius ītuemini, ad cuius spectaculũ vos excitauit ille artifex verus deus ille nobis sublime vultũ dedit, vos ī terrã curuamini, vos altas mẽtes & ad prez suũ cũ corpib. suis erectas, ad inferiora deprimitis, tãꝫ vos pœnitear, nõ quadrupedes eẽ natos, fas nõ est cęlestẽ aĩal cũ terrenis ī terrãꝯ ỹgẽtib. ỹsari lact. firmianus lib. 2. de origine erroris cap. 1. & 2. quæ omnia ex sacris literis excerpta vt paret sap. 13. & 14. & Iesai. 44. & irmeiahu. 10. & chabacuh. 2.

Quæ merces bonæ vitæ, CAP. II.

QVARE iuisti in scholã, & vapulasti, & a parẽtibus ductus, & fugitãs ꝙ situs, & iuetus attractus es, & adductus extẽsus es? Quare vapulasti? Quare tãta mala ī puritia ptulisti? Vt discĕres? Quid discĕres? Lras. Quare? Vt hrẽ pecunia, aut vt cõpararet honor, & teneret sublimitas digniratis. Vide ꝙa periturus es ꝑ ꝑ periturã rẽ. Peritura rẽ cũ tãto labore didicisti ī tãtis pœnis et amabat te ꝙ te ad pœnas trahebat. Ipse ꝙ te amabat, ipse te ad pœnas trahebat vt vapulares, amãdo faciebat vt discĕres. Quid? Literas. bonæ sunt literæ? Bonæ. Noui, diturus es mihi, Quare & vos epi lras legistis? Quare nũc diutinas scripturas ī ipsa literatura tractatis? Ita ỹo: sed nõ ad hoc didicimus lras. Nõ. n. parẽtes nri, qũ nos in scholã mittebãt, hoc nobis dicebãt: discite lras, vt hẽatis vñ legere positis codices dñicos. Nec ipsi Christiani filijs suis hoc dñt. Sed qd? Discite lras. Quare? Vt sis hõ. Quid. n. Mõ pecus sum? Quod dico vt sis hõ, hoc ẽ, vt sis eminẽs inter hoies. Vñ & illud, puerbiũ, Quantũ hẽbis, tãtus eris. Vt hẽas ꝙtũ cæteri, aut ꝙtũ pauci, aut pluſ ꝙ cæteri, aut pluſ ꝙ pauci, hẽas ī de honorẽ, hẽas inde dignitatẽ. Et vbi erũt ista oĩa cũ mors venerit, Q_ũo stimulat, qũo metus iste iterpellat? Q_ũo nomẽ ipluꝫ a me cõmemoratũ oĩum corda pcussit? Q_ũo timorẽ vestrũ teste gemitu declarastis? Audiui, audiui gemuistis, mortẽ timetis. Si timetis, quare nõ cauetis? Mortem timetis. Quid timetis? Vẽtura ẽ. Timeã an nõ timeã, venire hz: sero an cito, vẽtura ẽ. Si timeas, nõ efficies vt nõ sit qd times. Illud potius time, qd si nolis, nõ erit. Quid? Peccare. Peccare time, ꝙa si amaueris peccata, ī aliã mortẽ irrues: quo posses nõ venire, si nõ amares peccata. Modo aũt ꝑuersus plus amas mortẽ ꝙ vitã. Absit, ings. Quis ẽ hoium ꝙ plus amet mortẽ ꝙ vitã? Forte conuinco te, ꝙa plus amas mortẽ ꝙ vitã. Ecce vñ te cõuinco. Amas tunicã tuã, bonã eã vis. Amas villã tuã, bonã eam uis. Amas filiũ tuũ, bonũ eũ vis. Amas amicũ tuũ, bonũ eũ vis. Amas domũ tuã, bonã eã vis. Quid est ꝙ ẽt bonam vis hre mortẽ? Quotidie. n. rogas, vt qm mors ventura est, bonã mortẽ tibi det Deus: & dicis, Deus auertat a me malam mortem. Plus ergo amas mortẽ tuã ꝙ uitam tuã. Mori male times, & male viuere nõ times. Corrige male viuere, time male mori. Sed noli timere: nõ potest male mori ꝙ bñ vixerit. Prorsus cõfirmo, audeo dicer, Credidi, ꝓpter qd locutus sum: nõ põt male mori, ꝙ bñ vixerit. Tã tu dicis tibi, Nũ multi iusti naufragio perierũt? Certe nõ põt male mori, qui bñ vixerit. Nũ multos iustos gladius peremit hostilis? Certe nõ põt male mori, qui bene vixerit. Nũ multos iustos latrones occiderũt? Nũ multos iustos bestiæ laniauerũt? Certe nõ põt male mori qui bene vixerit. Et ego rñdeo, hęc. n. tibi videtur mala mors, naufragio perire? gladio percuti, a bestijs laniari, mors mala tibi esse videt? Nonne has mortes martyres subierunt, quorum natalitia celebramus? Quod genus mortis non subierunt? Et tamen si Christiani sumus, si in domo discipline nos esse meminimus; vel cũ hic sumus, vel cum hic audimus si exeuntes hinc non obliuiscimur, si meminimus quod hic audimus, non ne

Aug. epiſc. erat quando hũc cõ poſuit librum.

Quãtum hẽbis tantus eris.

Quod plus amamus mortẽ ꝙ uitã, & oĩa nr avolumus eẽ bona sed nos bonos eẽ nolumus in de verb. dñi ser mo. 12. ī T. 10. Nõ pt male mori, ꝙ bñ vixeris & si videatur oculis carnalibus pati, ipe ỹo lætať ī ipsis tribulatiõibus, vt martires egerũt ide Pa. Pſ. 115. ad rom. 5. nõ tm gloriamur ī spe filiorũ dei, sꝫ & ī ipsis tribulatiõib. ꝙ nõ pñt a cultu & reuerẽtia dei amouer iustũ, sꝫ ab illo supant, & vicũ oĩa tormẽta, ide ad ro. 8. quis nos separabit a charitate (hoc est a di-

a dilectiõe)dei. Num afflictio? nũ angustia? nũ Psal.115 psecutio? nũ fames? nũ nuditas? nũ periculũ? nũ gladius? Luc.16 quãdmodũ scriptũ ẽ. Ps.43. pp te morti tradimur tota die, habiti sumus velut oues destinatę mactatiõi, ve rũ in his oĩbus superamus pp eũ qui dilexit nos superãt igit, & vincũt & si ali ille, pauper, ter exteriores iudicent oculi cõspicẽtes ĩteriores

martyres beatificamus? Quęre mortes martyrũ. Oculos carnis interroga: Male mortui sunt. Oculos fidei interroga: Preciosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius. Quicquid ergo est quod exhorres in morte, omnino non exhorreas, si eos imitaris. Id age vt bonam vitam habeas: & quęcunq; occasio fuerit vt exeas de hoc corpore, exis ad requiem, exis ad beatitudinem, quę nõ habet timorem nec finem. Nam quasi bona mors diuitis, in purpura & byssо: sed mala mors sitientis, & interrogat tormenta guttam aquę desiderantis. Quasi mala mors iacentis pauperis ante ianuam diuitis, inter linguas canum, in fame & siti micas de mensa desiderantis. Mala mors, auersanda mors. Finem respice: Christianus es, fidei oculum intende. Contigit mori inopem illum, & deferri ab Angelis in sinum Abrahę. Quid proderat diuitem sepulchrum marmoreum, sitienti apud inferos? Quid nocebat pauperi panni cum sanie vlcerum eius, requiescenti in sinu Abrahę? Longe vidit requiescentem, quę contempserat iacentem. Modo elige mortem. Dicmihi, Quis bene mortuus est, quis male? Puto quia melius fuerit ille, pauper, quam ille diues. An vis aromatibus sepeliri, & apud inferos sitire? Respondes: Absit a me. Puto quod hoc dices. Disces ergo bene mori, si didiceris bene uiuere: Merces enim bonæ vitę, æterna est.

vero & spirituales aliter cernũt, & illos vere felices putãt, quorũ mors, sentiant quicquid velint homines, in conspectu domini est præciosa Ps. 115. scientes quid noster promiserit saluator Christus Mat. 5. beati q̃ persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ, sed propter iustitiã addit quia multi propter sua scelera: & crudelia facinora, & Nephanda sacrilegia patiuntur, quorum nulla est gratia, sed si vt Christianus ne pudeãt, imo glorificet deum in parte hac. 1. per. 4. quamobrem habentes bonam causam isti persecutionem patiũtur illi vero ex mala causa afflĩguntur, ob id horum preciosa, & illorũ pessima mors, in conspecto domini super Ps. 29. & 34. in To. 8. & super Io. trac. 3. in Tom. 9. & in de verb. domini sermone. 59. in Tom. 10.

Discũt Christiani. CAP. III.

Mat. 13. Qui timet q̃d se me cadat ĩ terrã malã, nõ puenit ad terrã bonã.

Docet Christus CAP. IIII.

Q. VI discunt, Christiani sunt: qui audiunt & nõ discunt, quid ad seminantẽ? Seminantis manum nõ terret via, non terrent lapides, non spine: iactat ille quod suũ est. Qui timuerit ne cadat in terram malam, non peruenit ad terram bonam. Et nos dicimus, spargimus semina, iactamus semina. Sunt qui contẽnunt, sunt qui repredunt, sunt qui irrident. Istos si nos timuerimus, nihil habemus seminare, & in messe habemus esurire. Ergo veniat semen ad terram bonam. Scio quod qui audit & bene audit, deficit & proficit. Deficit iniquitati, proficit veritati. Deficit seculo, proficit Deo.

Q. VIS est enim magister q̃ docet? Non qualiscunq; homo,

homo, sed Apostolus. Plane Apostolus, & tamẽ nõ Apostolus. An vultis, inquit, experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus? Christus est qui docet: cathedram ĩ cœlo habet, vt paulo ante dixi. Schola ipsius in terra est, & schola ipsius corpus ipsius est. Caput docet mẽbra sua, lingua loquitur pedibus suis. Christus est qui docet: Audiamus, timeamus, faciamus, & ne cõtemnas & ipsum Christũ: qui propter te in carne natus est, pannis mortalitatis circundatus: propter te esuriuit & sitiuit, propter te lassatus ad puteum sedit, propter te fatigatus in naui dormiuit, propter te contumelias indignas audiuit, propter te a facie sua sputa hominum non abegit, propter te alapas in faciẽ accepit, propter te in ligno pepẽdit, propter te animam effudit, propter te in sepulchro positus est. Hęc omnia forte contẽnis in Christo? Vis nosse quis sit? Recole Euãgeliũ q̃d audisti, ego & pater vnũ sumus. Nos cõuersi ad Deũ prĕcepta eius custodiamus, vt ęterna p̃mia ab ipso pcipiamus: prestãte eodẽ Dño nostro Iesu Christo, Qui cũ Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat in secula seculorum Amen.

2. Corin. 13. Q. d Christus caput loq̃ pedibus, ĩ expositione Ps. 21. & 30. i To. 8. ide illa vox Mat. 25. exuriui, & dedisti mihi mãducare, & illa Act. 9. Saule Saule q̃d me p̃sequeris, nam tũc vocẽ pedis suscipit lingua quasi pe Io. 10. de calcato dicat, cur calcas me, sic Christus nobis exuriẽtibus se exurire dicit.

D. AVRELII AVGVSTINI ENCHIRIDION AD LAVRENTVM VRbis Romæ primicerium.



ICI nõ põt, dilectissime fili Laurẽti, quãrum tua eruditione delecter, quãtũcp̃ te cupiã esse sapiẽtẽ, nõ ex eorũ numero de qbus dicitur. Vbi sapiẽs, vbi scriba, vbi cõquisitor huius seculi? Nõ ne stultã fecit Deus sapiẽtiã huius mundi? Sed ex eorũ numero de qbus dictũ est, Multitudo sapiẽtũ sanitas est orbis terrarũ. Et quales vult Apostolus fieri, qbus dicit, volo aũt vos sapiẽtes q̃dẽ esse in bono, simplices autem in malo. Sicut autem nemo a seipso esse potest, ita etiam nemo a seipso sapiens esse potest, sed ab illo illustrante de quo scriptum est, Omnis sapientia a Deo est. Sapientia ex scripturis CAP. 1. Iesai. 33: 1. cor. 1. Sapien. 6. Roma. 16. Homo a se esse nõ põt, ita nec a seipso sapiens esse potest. idẽ sup. in de disciplina Christiana cap. 1. & super Io. trac. 34. in Tom. 9. & in de verb. domini sermone. 10. in Tom. 10.

HOMINIS aũt sapiẽtia pietas est. Habes hoc in libro sancti Iob: nã ibi legit, q̃d ipsa sapiẽtia dixerit hoĩ, Ecce Pietas est sapiẽtia. CAP.

Ecce pietas ē sapiētia. Si aūt queras quā dixerit eo loco pietatem, distinctius in Græco reperies θεοσεβειαν qui est. Dei cultus. Dicitur enim Græce pietas & aliter ideo ευσεβεια quo nomine significatur bonus cultus quāuis & hoc precipue referatur ad colendum Deum. Sed nihil est commodius illo nomine, quo euidēter Dei cultus expressus est, cum quid esset hominis sapientia dicere tur. Quæris ne aliquid dici breuius, quipetis a me vt breuiter magna dicantur? An hoc ipsum tibi fortasse desideras breuiter aperiri, atque in sermonem colligi breuem quonam modo sit collendus Deus?

Bonus cultus dei ipse est sapientia.

Cultus diuinus quibus constet. CAP. III.

HIC si respondero, fide, spe, charitate, collendū Deum, profecto dicturus es, breuius hoc dictum esse quam velis, ac deinde petiturus ea tibi breuiter explicari quæ ad singula tria ista pertineant, quid credendum scilicet, quid sperandum, quid amandum sit. Quod cum fecero, ibi erunt omnia illa quæ in epistola tua quærenda posuisti. Cuius exemplū si est penes te, facile est vt ea reuoluas & relegas: si aūt nō est, commemoráte me recolas.

De istis pulchra dicit aug. ī prēf. Ps. 31. in fine. 1. To. opuscullorum.

Oratio & fides CAP. IIII.

VIS enim tibi, ut scribis, librū a me fieri, quē Enchiridiō (ut dicunt) habeas, & de tuis manibus nō recedat: cōtinēs postulata, id est quid sequēdū maxime, q̄d propter diuersas principalit hereses sit fugiēdū: inquātū ratio ꝓ religione cōtēdat, vel q̄d in ratione cū fides sit sola, nō cōueniat: q̄d primū, quid vltimū teneat, quę totius definitionis summa sit: q̄d certū, ꝓpriū que fidei catholicæ fūdamētū. Hęc autē omnia, quę requiris ꝓculdubio scies, diligēter scīēdo quid credi, quid sperari debeat, quid amari: hęc enim maxime imo vero sola religione sequēda sunt. His qui cōtradicit, aut omnino a Christi nomine alienus est, aut hereticus. Hęc sunt defendēda ratione, quæ vel a sensibus corporis inchoata, vel ab intelligētia mētis inuēta. Quę autē nec corporeo sensu experti sumus, nec mēte assecq̄ ualuimus aut valemus, eis sine vlla dubitatione cre denda sunt testibus, a quibus ea quæ diuina uocari iam meruit scriptura cōsecta est: qui ea siue per corpus siue per animum diuinitus adiuti, uel videre, uel etiam prēuidere potuerunt.

Fides spes et charitas sola religione sequēda sunt et his contradicēs est alienus a nomine christi uel hereticus. idē ī prēf. Ps. 31 ī fine huius. 1. To. opuscullorum.

Fundamentum fidei. CAP. V.

QVVM autem initio fidei, quę ꝓ dilectionē operat, imbuta mēs fuerit, rēdit bene viuēdo etiā ad speciē puenire vbi est sanctis & pfectis cordibus nota & ineffabilis pulchritudo, cuius plena utilio est summa felicitas. Hoc est nimirū quod requiris quid primū, quid vltimum teneatur: inchoari fide, pfici specie. Hęc eiā totius definitionis est summa. Certū uero ,ꝓpriūque fidei catholicę fundamētū, Christus est. Fundamentū enim aliud, ait Apostolus, nemo potest ponere prēter id quod positū est qd' est Christus Iesus. Neque hoc ideo negādū est prium

Certū, ,ꝓpriūq̄ fidei catholicæ fundamentum, Christus est. 1. Cor. 3.

prium fundamētū esse fidei catholicę, quia putari potest aliquibus hęreticis hoc nobiscū esse cōmune. Si enim diligenter quę ad Christū pertinēt cogitent, noīetenus inueniē Christus apud quoslibet hereticos, q̄ se Christianos uocari volunt, re vero ipsa non est apud eos. Quod ostēdere nimis longū est, quoniā cōmemorāde sunt omnes hereses siue quę fuerūt siue quę sunt, siue quę potuerunt sub vocabulo Christiano, & etiā q̄ sit hoc uerū per singulas quasque mōstrādū. Quę dispuratio tam multorum est uoluminum, ut etiam infinita videatur.

Et de hoc fusius ab Aug. i expositione ps. 29 i fine huius prēmi Tom. opusculorum.

Noie, & nō re, Christus ē apud hereticos.

ΕΥΧΕΙΡΙΔΙΟΝ CAP. VII.

TV autē enchiridiō a nobis postulas, id est qd' manibus possit astringi, non quod armaria possit onerare. Vt igitur ad illa tria redeamus ꝓ quę diximus collēdū Deū, fidē, spē, charitatē, facile est vt dicatur q̄d credēdū, q̄d sperādū, quid amandū sit. Sed quēadmodū aduersus eorū q̄ diuersa sentiūt calumnias defendat, operosioris uberioris q̄ doctrinę est. Quę vt habeat nō breui enchiridio, manus debet ipleri, sed grādi studio pectus accēdi.

Symbolum & oratio dominica. CAP. VII.

NAMecce tibi est symbolū et dominica oratio: quid breuius audit aut legit, aut q̄d facilius memorię cōmēdatur? Quia enim de peccato grani & miseria prēmebātur genus humanū, & diuina indigebat misericordia, gratię Dei tēpus ,ꝓpheta prēuidēs ait. Et oīs q̄ inuocauerit nomē Domini saluus erit: ꝓp hoc dominica oratio: Sed Apostolus cū ad ipsam gratiā cōmēdand ā hoc propheticū cōmemorasset testimoniū, cōtinuo subiecit: Quomodo autē inuocabūt in quē nō credidērūt? ꝓp hoc tym bolum. In his duobus, tria illa intuere, Fides credit, spes & charitas orant. Sed sine fide esse non possunt, ac per hoc & fides orat. Propterea quippe dictum est, Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt?

Iohel. 2.

Roma. 10.

Fides, spes, et charitas orat. Idē ī prefatione psal. 31, in fine huius. 1. Tom. opuscullorum.

QVID autē sperari potest qd' nō credit? Porro etiā aliqd qd' nō spreat, credi potest. Quis nāq̄ fidelium pœnas nō credit impiorū, nec sperat tm? Et q̄squis eas imminere sibi credit ac fugaci motu aī exhorret, rectius timere dicit q̄ sperare. Quę duo Lucanus distinguēs ita cōplexus ait, Liceat sperare timēti. Nō āt ab illo poeta quis meliore ,ꝓprie dictū est, Hūc ego si potui tātū sperare dolorē. Denicq̄ nōnulli in arte grāmatica verbi huius vtuntur exēplo ad ostēdēdā in propriā dictionē, & aiunt, Sperare dixit, ꝓ timere. Est itaque fides & malarū rerū & bonarū: ga & bona credunt, & mala, & hoc fide bona, nō mala. Et st fides & prēteritarū rerū, et prēsentiū & futurarum, Credimus enim mortuū Christum, quod iam pretercrijt. Credimus sedere ad dexterā patris, quod nunc est. Credimus uenturū ad iudicandum, quod futurum est. Item fides & suarū rerum est & alienarū. Nam & se quisque credit aliquādo esse cœpisse, necfuisse utique

Fides, spes, charitas. CAP. VIII.

Lucanus. Vide Acta. 4.

Fides quę ī se bona est, bonarum, malarum q̄ est rerū prēteri. 2. sent. tang. dist. 26 prec. cap. & sen- sicut tium, et futurarum.

Spes tātū ē bonarum et futurarum rerum.

vtique sempiternū, & alia atque alia: nec solum de aliis hominibus multa quę ad religionem pertinent, verū etiam de Angelis credimus. Spes autem nō nisi bonarū rerum est, nec nisi futurarum, & ad eum pertinentiū qui earum spem gerere perhibetur. Quæ cū ita sint, propter has causas distinguenda erit fides a spe: sicut uocabulo ita & rationabili differētia. Nam quod attinet ad nō uidere, siue quę creduntur, siue quę sperātur, fidei speique cōmune est. In epistola quippe ad Hebrǫos, qua recte usi sunt illustres catholicę regulę defensores, fides esse dicta est conuictio rerum quæ non uidentur. Quanuis quādo se quisque nō uerbis, nō testibus, non denique ullis argumentis, sed præsentium rerū euidentiæ dicit credidisse, hoc est fidem accommodasse, non ita uidetur absurdū, ut rectè reprehendatur in uerbo, eique dicatur, Vidisti, ergo nō credidisti. Vnde putari potest non esse consequēs, ut nō uideatur res quæcunque creditur: sed melius hanc appellamus fidem quam diuina eloquia docuerunt, earum scilicet rerum quę non uidentur. De spe quoque ait Apostolus, Spes quę uidetur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autē quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Cū ergo bona nobis futura esse creduntur, nihil aliud quā spērātur. Iam de amore quid dicā, sine quo fides nihil prodest? Spes vero sine amore esse non potest. Denique ut ait apostolus Iacobus, Et dæmones credunt, & contremiscunt: nec tamen sperant uel amāt, sed potius quod speramus & amamus credēdo uenturū esse formidāt. Propter quod apostolus Paulus fidem quę per dilectionem operatur, approbat atque commendat, quę vtique sine spe esse non potest. Proinde nec amor sine spe est, nec sine amore spes, neque utrūq; sine fide.

Heb. 11.

3. sent. dist. 26. cap. & sicut.

Roma. 8.

Amor nō ē sine spe nec spes sine amore

Iac. 2

que utrumque sine fide. in prefatione psal. 31. i fine huius 2. To. opusculorum.

Gal. 5.

3. sent. distī. 13. cap. si uero.

Quid credendū Christiano, CAP. IX.

QVVM ergo quæritur, quid credendum sit quod ad religionem pertineat, non rerum natura ita rimanda est, quemadmodum ab eis quos physicos Græci uocāt: nec metuendum est, quemadmodum ab eisdem, ne aliquid de ui & numero elementorum, de motu atq; ordine & defectibus syderum, de figura cœli, de generibus & naturis animalium, fruticum, lapidum, fontium, fluminum, montium, de spacijs locorum & temporum, de signis imminentium tempestatum, & alia sexcenta de ijs rebus quas illi uel inuenerunt uel inuenisse se existimant, Christianus ignorat: quia nec ipsi omnia reperēre runt tanto excellentes ingenio, flagrantes studio, abundantes ocio, & quædam humana coniectura inuestigantes, quędam vero historica experientia perscrutantes, & eis quæ se inuenisse gloriantur, plura opinantes potius quam scientes. Satis est Christiano rerum creatarum

2. sent. dist. 1. in cap. Horū ergo

tarum causam, siue cœlestium, siue terrestrium, siue visibilium, siue inuisibilium, non nisi bonitatem credere creatoris, qui vnus & verus est Deus: nullāq; esse naturam quæ non aut ipse sit, aut ab ipso: eum que esse trinitatem, Patrem scilicet, & Filium a Patre genitum, & Spiritum Sanctum ab eodem Patre procedentem, sed vnum eundemque Spiritum & Patris & Filij.

Vniuersitas rerum. CAP. X. 1. sent. dist. 46. cap. est enim ali quid.

AB hac summe & æqualiter & immutabiliter bona Trinitate creata sunt omnia, & nec summe nec æqualiter nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula. Simul vero uniuersa ualde bona, quia ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo.

Mala quare sint CAP. XI.

IN qua etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum & loco suo positum, eminentius commendat bona vt magis placeant & laudabiliora sint dum comparantur malis. Neque enim Deus omnipotens, quod etiam infideles fatentur, rerum cui summa potestas, cum summe bonus sit, vllo modo sineret mali esse aliquid in operibus suis, nisi vsqueadeo esset omnipotens & bonus, vt benefaceret etiam de malo. Quid est autē aliud quod malum dicitur, nisi priuatio boni? Nam sicut corporibus animalium nihil est aliud morbis & vulneribus affici, quam sanitate priuari. Neque enim id agitur cum adhibetur curatio, vt mala illa quæ inerant, id est morbi ac vulnera recedant hinc & alibi sint, sed vtique vt nō sint. Non enim vlla substantia, sed carnalis substantiæ vitium est vulnus aut morbus: cum caro sit ipsa substantia, profecto aliquod bonum est cui, accidunt ista mala, id est priuationes eius boni, quod dicitur sanitas: ita etiam & animorum quæcunque sunt vitia, naturalium sunt priuationes bonorum. Quę cum sanantur, non aliquo transferuntur, sed etiam quæ ibi erant, nusquam erunt, quando in illa sanitate non erunt.

Deus benefacit de malo. Nā magis ad eius boni tatē pertinet de malis benefacere, quām mala esse non sinere in de correp. & gra. cap. 10. in To. 7 & 1. sent. dist. 46. cap. qd vero & 2. sent. dist. 34. cap. ostensa, & dist. 35. cap. quocirca. Idem & infra cap. 27.

Naturæ corruptio, CAP. XII.

NATVRAE igitur omnes, quoniam naturarum prorsus omnium summe conditor bonus est, bonę sunt. Sed quia non sicut earum conditor summe atque incōmutabiliter bonæ sunt, ideo in eis & minui bonum & augeri potest. Sed bonum minui malum est, quanuis quantumcumque minuatur, remaneat aliquid necesse est, si adhuc natura est vnde natura sit: neque enim si qualiscunque aut quantulacunque natura est, consumi bonum quod natura est, nisi & ipsa consumatur, potest. Merito quippe natura incorrupta laudatur. Porro si & incorruptibilis sit, quæ corrumpi omnino non possit, multo est proculdubio laudabilior. Cum vero corrumpitur, ideo malum est eius corruptio, quia eam qualicunque priuat bono: nam si nullo bono priuat, non nocet, nocet autem adimendo bonum. Quandiu itaque natura

tura corrumpitur ineſt ei bonum quo priuetur: ac per hoc ſi naturę aliquid remanebit quod iam corrumpi ne queat, profecto natura incorruptibilis erit, & ad hoc tã magnum bonum corruptio non perueniet. At ſi corrumpi non deſinet, nec bonum vtique habere deſinet, quo eam poſſit priuare corruptio. Quam ſi penitus totamq; conſumpſerit, ideo nullum bonum inerit, quia natura nulla erit. Quocirca bonum conſumere non poteſt corruptio, niſi conſumendo naturam. Omnis ergo natura bonum eſt, magnum ſi corrumpi non poteſt, paruum ſi poteſt: negari tamen bonum eſſe niſi ſtulte ac imperite prorſus non poteſt. Quæ ſi corruptione conſumitur, nec ipſa corruptio remanebit, vbi nulla eſſe poſſit ſubſiſtente natura.

Quomodo idẽ malum ſit & bonum. CAP. XIII.

AC per hoc nullũ eſt quod dicitur malum, ſi nullum ſit bonum: ſed bonum omni malo carens, integrum bonum eſt. Cui vero ineſt malum, vitiatum vel vitioſum bonum eſt nec malum vnquam poteſt eſſe vllum, vbi bonum eſt nullum. Vnde res mira conficitur, vt quia omnis natura, inquantum natura eſt, bonum eſt: nihil aliud dici videatur, cum vitioſa natura mala eſſe natura dicitur, niſi malum eſſe quod bonum eſt: nec malum eſſe niſi quod bonum eſt, quia omnis natura bonum eſt: nec res aliqua mala eſſet, ſi res ipſa quę mala eſt, natura non eſſet. Non igitur poteſt eſſe malum, niſi aliquod bonum.

Bonũ omni malo carens integrum bonum ẽ cui vero ineſt malum, eſt vitioſum bonum.

Quod cum dici videatur abſurde, connexio tamen ratiocinationis huius velut ineuitabiliter nos compellit hoc dicere. Et cauendum eſt ne incidamus in illam ſententiã propheticam, vbi legitur, Vę iis qui dicunt quod bonum eſt malum, & quod malũ eſt bonum: qui dicunt dulce amarũ, & amarũ dulce: qui dicunt tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras. Et tamen Dominus ait, Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Quid eſt autẽ malus homo, niſi mala natura: qa homo, natura eſt? Porro ſi homo aliquod bonũ eſt, quia natura ẽ, quid eſt malus homo, niſi malum bonum? Tamen cum duo iſta diſcernimus, inuenimus nec ideo malũ quia homo eſt, nec ideo bonũ quia iniquus eſt: ſed bonũ quia homo, malũ quia iniquus. Quiſquis igitur dicit malũ hominem eſſe, aut quod bonũ eſt iniquum eſſe, ipſe incidit in propheticam illam ſententiã, Vę iis qui dicunt quod bonũ eſt malum, et quod malum eſt bonũ. Opus enim Dei culpat quod eſt homo, & vitiũ hominis laudat quod eſt iniquitas. Omnis nanq; natura, etiam ſi vitioſa eſt, in quantũ natura eſt, bona eſt: inquantum vitioſa eſt: mala eſt.

Esa. 5. 2. ſent diſt. 4. cap. ad hoc.

Mat. 12. 2. ſent. diſt. 34. cap. ex quo.

Natura ut natura ẽ bona, vt vitioſa eſt, mala.

Q. VAPROPTER in iis contrariis, quæ mala et bona vocantur, illa dialecticorum regula deficit, qua dicunt, Nulli rei duo ſimul ineſſe contraria, Nullus enim aer

Contraria. CAP. XIIII.

aer ſimul eſt & tenebroſus & lucidus: nullus cibus aut potus ſimul dulcis eſt & amarus: nullum corpus ſimul vbi album, ibi & nigrum: nullum ſimul ubi deforme ibi & formoſum. Et hoc in multis ac pene in omnibus contrariis reperitur, vt in vna re ſimul eſſe non poſſint. Cũ autem bona & mala nullus ambigat eſſe contraria, non ſolum ſimul eſſe poſſunt, ſed etiam mala omnino ſine bonis, & niſi in bonis eſſe non poſſunt, quanuis bona ſine malis eſſe poſſunt. Poteſt enim homo vel Angelus non eſſe iniuſtus: iniuſtus autem nõ poteſt eſſe niſi homo vel Angelus: & bonum quod homo: bonum, quod Angelus: malum, quod iniuſtus. Et hæc duo contraria ita ſimul ſunt, vt ſi bonum non eſſet, in quo malum eſſet, prorſus nec malum eſſe potuiſſet: quia non modo vbi conſiſteret, ſed vnde oriretur corruptio non haberet, ni ſi eſſet quod corrumperetur: quod niſi bonum eſſet, nec corrumperetur: quoniam nihil eſt aliud corruptio, quã boni exterminatio. Ex bonis igitur mala orta ſunt, & niſi in aliquibus bonis non ſunt: nec erat alias vnde oriretur vlla mali natura: nam ſi eſſet, inquantum natura eſſet, profecto bona eſſet: & aut incorruptibilis natura magnum eſſet bonum, aut etiam natura corruptibilis nullo modo eſſet, niſi aliquod bonum, quod bonum corrumpendo poſſet ei nocere corruptio.

Mala non poſſunt eſſe ſine bonis, ſedbene bona ſine malis.

SED cum mala ex bonis orta eſſe dicimus, non putetur hoc dominicæ ſententiæ refragari, qua dicit, Nõ poteſt arbor bona fructus malos facere. Non poteſt enim, ſicut veritas dicit, colligi vua de ſpinis: quia non poteſt vua naſci de ſpinis. Sed ex bona terra & vites naſci poſſe videmus & ſpinas. Et eodem modo tanquam arbor mala fructus bonos, id eſt opera bona, non poteſt facere voluntas mala. Sed ex bona hominis natura oriri voluntas & bona poteſt & mala. Nec fuit prorſus vnde primitus oriretur voluntas mala, niſi ex Angeli & hominis natura bona. Quod et ipſe Dominus eodem loco vbi de arbore & fructibus loquebatur, apertiſſime oſtẽdit, Ait enim, Aut facite arborẽ bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam & fructum eius malum: ſatis admonens ex arbore quidẽ bona malos, aut ex mala bonos naſci fructus non poſſe: ex ipſa tamen terra, cui loquebatur, vtrãque arborem oriri poſſe.

Quomodo mala ex bonis. CAP. XV. Mat. 7.

Ex bona hominis natura, oriri volũtas poteſt bona & mala. Idem, 2. ſen. diſt. 34. cap. ideoq;.

Q. VAE cum ita ſint, quando nobis Maronis ille verſus placet.

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas:
non nobis videatur ad felicitatem conſequendam pertinere, ſi ſcia
mus cauſas magnarum in mundo corporalium motionum, quæ abditiſsimis naturæ ſinibus occuluntur.

Felicitas vera. CAP. XVI. Georg. 2.

Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumeſcant,

Obicibus

Obicibus ruptis, rursusque in seipsa residant, & cetera huiusmodi: sed bonarum & malarum rerum causas nosse debemus. Et id hactenus quatenus eas homini in hac vita erroribus ærumnisque plenissima, ad eosdem errores & grumnas euadandas nosse conceditur. Ad illam quippe fœlicitatem tenendum est, vbi nulla quatiamur ærumna, nullo errore fallamur, nam si causæ corporalium motionum noscendæ nobis essent, nullas magis nosse quam nostræ valetudinis deberemus. Cum vero eis ignoratis, medicos quærimus, quis non videat quod desecretis cœli & terræ nos latet, quanta sit patientia nesciendum.

Error quid sit. CAP. XVII.

QVANVIS enim error quanta possumus cura cauendus sit, non solum in maioribus, verum etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari: non est tamen consequens vt continuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire quod nescit: pro vero quippe approbat falsum, quod est erroris proprium. Verum tamen in qua re quisque erret, inter est plurimum: nam in vna eademque re & nescienti scienti, & erranti non errans, recta ratione præponitur. In diuersis autem rebus, id est cum iste sciat alia, ille alia: & iste vtiliora, ille minus vtilia vel etiam noxia: quis non in eis quę ille scit, ei præferat nescientem: sunt enim quędam nescire quam scire sit melius. Itemque nonnullis errare profuit aliquando, sed in via pedum, non in via morum. Nam nobisipsis accidit, vt in quodam biuio fallere mur, & non iremus per eum locum, vbi operiens transitum nostrum Donatistarum manus armata subfederat atque ita factum est, vt eo quo tendebamus, per deuium circuitum Veniremus: cognitisque insidiis illorum, nos gratularemur errasse, atque inde gratias ageremus Deo. Quis ergo vjatorem sic errantem sic non erranti latroni præponere dubitauerit? Et fortasse ideo apud illum summum Poetam loquens quidam miser amator: Vt vidi, inquit, vt perii vt me malus abstulit error quoniam est et error bonus qui non solum nihil obsit, uerum etiã prosit aliquid. Sed diligentius consideratа veritate, cum nihil sit aliud errare quam verum putare quod falsum est, falsumque quod verum est: vel certum habere pro incerto, incertumue pro certo: siue falsum, siue sit verum: idque tam sit in animo deforme atque indecens, quam pulchrum ac decorum esse sentimus, vel in loquendo, vel in assentiendo est est, non non: profecto et ob hoc ipsum est vita ista misera qua viuimus, quod ei nonnunquam vt non amittatur, error est necessarius. Absit vt talis sit illa vita, vbi est animæ nostræ ipsa veritas vita, vbi nemo fallit, fallitur nemo. Hic autem homines fallun

Nescire aliquã melius quã scire illa & aliquãdo nõ in uia morũ, sed pedũ bonum est errare.

Eclog. 8.

Errare quid.

Mat. 5.

lunt atq; falluntur, miseriores q; sunt, cum mentiẽdo fallunt, quam cum mẽtiẽtibus credẽdo falluntur. Vsque adeo tamẽ rationalis natura refugit falsitatẽ, & quantũ potest deuitat errorem, vt falli nolint etiam quicunq; amant fallere. Non enim sibi qui mẽtitur uidetur errare, sed alium in errorẽ mittere credẽtẽ sibi, & in ea quidẽ re nõ errat quã mẽdacio cõtegit, si nouit ipse q̃d verũ sit: sed in hoc fallit, quod putat sibi suũ nõ obesse mẽdaciũ, cũ magis faciẽti quam patienti obsit omne peccatũ.

Miseriores sumus mẽtiẽdo, q̃ cum mentienti bus credimus, & fallimur.

Omne peccatũ magis faciẽti q̃ patienti nocet.

VERVM difficillima & latebrosissima hinc gignitur quæstio, de qua iam grandẽ librum cum respondẽdi necessitas nos vrgeret, absoluimus. Vtrum ad officiũ hominis iusti pertineat aliquando mentiri. Nonnulli enim eo usq; progrediunt, vt & peierare, & de rebus ad Dei cultum ptinẽtibus, ac de ipsa Dei natura falsum aliquid dicere, nõnunquam bonum piumq; opus esse contẽdat. Mihi autẽ videtur peccatum esse quidem omne mẽdacium, sed multũ interesse quo animo, & quibus de rebus quisq; mẽtiatur. Non enim sic peccat ille qui consulẽdi, quomodo ille qui nocẽdi voluntate mẽtitur. Haud vero tantum nocet, qui uiatorem mentiẽdo in diuersum itermittit, quantum is qui viam vitæ, mendacio fallẽte deprauat. Nemo sane mentiẽs iudicandus est, qui dicit falsum quod putat verum: quoniã quantum in ipso est, nõ fallit ipse, sed fallitur. Non itaq; mẽdacij, sed aliquando temeritatis arguẽdus est, qui falsa incautius credita pro veris haber. Poriusque e contrario, quantum in ipso est, mentitur ille qui dicit verum, quod putat falsum. Quãtum enim ad animum eius attinet, quia non quod sentit hoc dicit, non verum dicit, quamuis verum inueniatur, esse quod dicit: nec vllo modo liber est a mẽdacio, qui ore nescies verum loquitur, sciẽs autẽ voluntate mẽtitur. Non consideratis itaq; rebus ipsis de quibus aliquid dicitur, sed sola intentione dicentis melior est qui nesciens falsum dicit, quoniam id verum putat, quã qui mẽtiendi animum sciẽs gerit, nesciens verum esse quod dicit. Ille nanq; aliud non habet in animo, aliud in verbo: huic vero qualecunq; per seipsum sit quod ab eo dicitur, aliud tamẽ clausum in pectore, aliud in lingua prõptum est: quod malum est proprium mẽtiẽtis. In ipsarum autẽ quę dicuntur consideratione rerum tantum interest, qua in re quisq; fallatur siue mentiatur, vt cum falli quam mentiri minus sit malum, quantum pertinet ad hominis voluntatem, tamen longe tolerabilius sit in ijs quę a religione sunt seiuncta, mentiri, quam in ijs sine quorum fide vel notitia Deus coli non potest, falli: vt in pluribus a perquirẽte lucidius inuestigabitur. Quod vt illustretur exemplis, intueamur quale sit, si quispiam

Mendacium. CAP. XVIII.

Quo semp malũ m datiũ ab Au. i expositiõe ps. 5. in To. 8. & in primo de doct. christ. cap. 36. in Tom. 3.

22. quæst. 2. cap. mihi. 3. sent. dist. 38. cap. mentiri. 22. quæst. 2. c a. is autem.

Qui dicit verũ, quod putat falsum, mentitur.

22. quæst. 2. cap. in ipsarum.

Minus malũ falli, quam mẽtiri, idem primo de doct. christ. ca: 36. in To. 3.

dum mentitur viuere nunciat aliquē mortuum: & alius dum fallitur, credat iterum Christum post quælibet longa tempora moriturum: nonne illo modo mentiri, quam isto modo falli incomparabiliter præstat: multoque minoris mali est in illum errorem aliquem inducere, quam in istum ab aliquo induci?

Fallendi modi varj. CAP. XIX.

IN quibusdam ergo rebus magno, in quibusdam paruo, in quibusdam nullo malo, in quibusdam etiam nonnullo bono fallimur. Nam magno malo fallitur homo, cum hoc non credit quod ad vitam ducit ęternam: vel hoc credit quod ad mortē ducit ęternam. Paruo autem malo fallitur, qui falsum pro vero approbando, incidit in aliquas molestias temporales quibus tamen adhibita fideli patientia, conuertit eas in vsum bonum. Veluti si quisquam bonum hominem putando qui malus est, aliquid ab eo patiatur mali. Qui vero malum hominem ita bonum credit, vt nihil ab eo patiatur mali, nullo modo fallitur: nec in eum cadit illa prophetica detestatio, Vę ijs qui dicunt quod malum est bonum. De ipsis enim rebus, quibus homines mali sunt, non de hominibus dictum intelligēdum est. Vnde qui adulterium dicit bonum, rectę arguitur illa voce prophetica. Qui vero ipsum hominē dicit bonum, quē putat castum, & nescit adulterium, non in doctrina rerum bonarum & malarū, sed in occultis humanorum fallitur morum: Vocans hominem bonum, in quo putat esse quod esse non dubitat bonum, & dicens malum adulterum & bonum castum: sed hunc bonum dicēs, nesciendo adulterum esse, illum malum nesciēdo castum. Porro si per errorē euadit quisq; perniciem, sicut superius dixi nobis in itinere contigisse, etiam aliquid boni homini errore confertur. Sed cum dico in quibusdam rebus nullo malo aliquem, vel nonnullo etiam bono falli, non ipsum errorē dico nullū malum vel nonnullum bonū: sed malum quo non venitur vel bonū quo venitur errando, id est ex ipso errore quid non eueniat, vel quid proueniat: nam ipse per seipsum error aut magnū in re magna, aut paruū i re parua, tamen semper, est malum. Quis enim nisi errans malum neget approbare falsa pro veris, aut improbare vera pro falsis, aut habere incerta pro certis, vel certa pro incertis. Sed aliud est, bonum hominem putare qui malus est, quod est erroris: & aliud est ex hoc malo aliud malum non pati, si nihil noceat homo malus qui est putatus bonus. Itemque aliud est ipsam viam putare quæ non est ipsa, & aliud est ex hoc erroris malo aliquid boni cōsequi, velut est ab insidijs malorū hominū liberari.

Esa. 5.

2. sent. dist. 38. cap. illud.

Cap. 17.

Quis error vituperandus. CAP. XX.

NESCIO sane vtrū etiam eiusmodi error sit, cū homo de malo homine bene sentit, qualis sit nesciens: an pro

pro eis quę per sensus corporis capimus, occurrunt similia, quę spiritu tanquam corpore, aut corpore tanquam spiritu sentiunt: Quale putabat esse apostolus Petrus, quādo existimabat se visum videre, repente de clausstris & vinculis per Angelum liberatus. Aut in ipsis rebus corporeis leue putatur esse quod asperum est, aut dulce quod amarum est, aut bene olere quod putridū est, aut tonare cum rheda transit, aut illū esse hominē cum alius sit, quādo duo sibi simillimi sunt, quod in geminis sæpe contingit: vnde ait ille, Gratusq; parētibus error: & cętera talia etiam peccata dicēda sint: Hęc quęstio nodosissima, quæ homines acutissimos Academicos torsit, nunc mihi enodanda fuscepta est, vtrum aliquid debeat sapiēs approbare, ne incidat in errorē, si pro veris approbauerit falsa, cū omnia (sicut affirmant) vel occulta sint vel incerta. Vnde tria confeci volumina in initio conuersionis meę, ne impedimēto nobis essent, quę tanquam in ostio contradicebāt. Et vtiq; fuerat remouēda inueniēdę desperatio veritatis, quę illorum videt argumētationibus roborari. Apud illos ergo error omnis putatur esse peccatum, quod vitari non posse contēdūt, si omnis suspēdatur assensio. Errare quippe dicūt eū quisquis assentitur incertis: nihilq; certū esse in hominū visu, propter indiscretam simlitudinē falsi, etiam si quod videtur, forte sit verum, acutissimis quidē, sed impudētissimis conflictationibus disputant. Apud nos autē, iustus ex fide viuit. Ac si tollatur assensio, & fides tollit: quia sine assensione nihil creditur. Et sunt vera, quāuis non videantur, quę nisi credātur, ad vitam beatam, quę non nisi ęterna est, non potest peruenīri. Cum istis vero vtrū loqui debeamus ignoro, qui nō solum victuros in ęternū, sed i pręsentia se viuere nesciūt: imo nescire se dicūt quod nescire nō possunt. Necq; enim quisquā sinitur nescire se viuere, quandoquidē si non viuit, non potest aliquid vel nescire: quoniam non solum scire, verum ēt nescire non nisi viuentis est. Sed videlicet non assentiēdo quod viuāt, cauere sibi vidētur errorem, cum etiam errādo conuincantur viuere: quoniam nō potest qui nō viuit errare. Sicut ergo nos viuere nō solū verū, sed ēt certū est: ita vera & certa sunt multa, q̄bus nō assentiri, absit vt sapiētia potius quā demētia nominānda sit.

Act. 12.

Aeneid. 10.

Abac. 2. Si tollat assēsio & fides tollit, qa sine assensione nihil creditur. imo i de spū, & lit. 31. i. 3. Tom. horū opuscul. i. q̄t qđ cōsentire ē credere, qđ di est donū idē in de gra & li. arb. 17. i. 2. To. horum opuscu.

Error inoxius. CAP. XXI.

IN quibusdam autem rebus nihil interest ad capessendum Dei regnum, vtrum credantur, an non: vel utrū vera siue sint siue putentur, an falsa: in his errare, id est aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum: aut si est, minimum esse atque leuissimum. Postremo qualecunque illud & quantumcunque sit, ad illam viam non pertinet, qua imus ad Deum: quæ via fides

22. quęst. 2. ca. in quibusdam.

Fides Xpi uia qua imus Act. 12. ad Deū, idem in pref. ps. 31. in fine huius primi To. opus. et ipse Xps uia (Ioā. 14.) qua Gē. 37. peruenimus ad ueritatem, et, uitam nēpe ad ipsā diuinitatem. Iup. Ioā trac. 34. in Tom. 9.

est Christi, quę per dilectionem operatur. Neque enim ab hac uia deuiabat in geminis filijs gratus ille parentibus error: aut ab hac uia deuiabat apostolus Petrus, quando se existimās uisum uidere aliud pro alio sic putabatur a corporū imaginibus, in quibus se esse arbitrabatur, uera in quibus erat corpora non dignosceret, nisi cū ab illo Angelus, per quem fuerat liberatus, abscessit, aut ab hac uia deuiabat Iacob patriarcha, quando viuentem filium a bestia credebat occisum. In his atque huiusmodi falsitatibus, salua fide, quę in Deo nobis est, fallimur: & uia non relicta, quę ad illum nos ducit, erramus. Qui errores etiam si peccata non sunt, tamen in malis huius uitæ deputandi sunt: quę ita subiecta est uanitati, ut appetatur hic falsa pro ueris, respuantur uera pro falsis, teneantur incerta pro certis. Quanuis enim hæc ab ea fide absint, per quam ad ueram certamque atque eternā beatitudinem tendimus: ab ea tamen miseria non absunt, in qua adhuc sumus. Nullo modo quippe falleremur in aliquo uel animi uel corporis sensu, si iam uera illa atque perfecta felicitate frueremur.

Omne mēdacium peccatum. CAP. XXII.

PORRO autem omne mendacium ideo dicendum est esse peccatū, quia homo non solum quando scit ipse qd uerum sit, sed etiam siquando erat & fallitur sicut homo, hoc debet loqui quod animo gerit: siue illud uerum sit, siue putetur & non sit. Omnis autem qui mētitur, cōtra id quod animo sentit loquitur, uoluntate fallendi. Et utique uerba propterea sunt instituta non per quę se inuicem homines fallāt, sed per quæ in alterius quisque notitiam cogitationes suas perferat. Verbis igitur uti ad fallaciam, non ad quod instituta sunt, peccatum est. Nec ideo ullum mendacium putandum est non esse peccatū, quia possumus aliquādo alicui prodesse mentiendo. Possumus enim & furando aliquando alicui prodesse, si pauper cui pallam datur, sensit commodum, & dives cui clā tollitur, non sentit incōmodum: nec ideo tale furtū quis quā dixerit non esse peccatū. Possumus & adulterando prodesse, si aliqua, nisi ad hoc ei consentiatur, apparet amando moritura, & si uxerit pœnitendo purganda: nec ideo peccatum tale negabitur adulterium. Si autem merito nobis placet castitas, quid quęso offendit veritas, ut propter alienam utilitatem illam non violetur adulterando, & violetur ista mentiendo? Non ideo mendacium poterit aliquando laudari, quia nōnunquā pro salute quorundam mentimur. Peccatum ergo est, sed ueniale, quod beneuolentia excusat, & ideo fallacia dānatur. Plurimum quippe ad bonū profecisse homines, qui non nisi pro salute hominis mentiuntur non est negandum; sed in eorū tali profectu merito laudatur, uel etiam

Omnis q mentitur contra id q animo sentit loquitur.

S militudo.

3. sentēt. dist. 38. cap. sciēdum, & cap. mentiri. Similitudo.

Mendaciū utile est peccatum, sed ueniale qđ beneuolētię excusat, et ideo fallaria dānatur, quia ut alterius salues corpus,

temporaliter remuneratur beneuolētia, nō fallacia, quæ ut agnoscat satis est, non ut etiā prædicet, maxime in heredibus testamēti noui, quibus dicitur. Sit in ore uestro est, nō non: quod enim amplius est, a malo est. Propter qđ malū, q̄a subrepere in hac mortalitate nō desinit, et ipsi cohæredes Christi dicūt, dimitte nobis debita nra.

tuā uis mētiēdo occide re ani mā sup. ps. 5. in. To. 8. Mat. 5. Mat. 6.

HIS itaque pro huius breuitatis necessitatis tractatis, quoniam causæ cognoscendæ sunt rerum bonarū & malarum, quantum uitæ satis est quæ nos perducat ad regnum, ubi erit uita sine morte, sine errore ueritas, sine perturbatione fœlicitas: nequaquam dubitare debemus rerū quę ad nos pertinēt bonarum causam non esse nisi bonitatem Dei: malarum uero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis uoluntatem, prius Angeli, hominis postea.

Cuasa bonorū & malorum. CAP. XXIII. 2. sentē. dist. 34. cap. mala.

HOC primum est creaturæ rationalis malū, id est, prima priuatio boni: deinde etiam iam nollentibus subintrauit ignorantia rerum agendarū, & concupiscentia noxiarū, quibus comites subinferūtur error & dolor: quę cuo mala quando imminentia sentiuntur, ea fugitantis animi motus uocat metus. Porro animus cū adipiscitur cōcupita, quāuis perniciosa uel inania, quoniāid errore nō sentit, uel delectatione morbida uincitur, una etiā lætitia uentilatur. Ex his morborū nō ubertatis sed indigē tię, tā quā fontibus oīs miseria naturę rationalis emanat.

Malorū origo. CAP. XXIIII.

Beatitudinis appetitus. CAP. XXV.

QUAE tamen natura in malis suis non potuit amittere beatitudinis appetitum, Verum hæc communia mala sunt & hominum & Angelorum, pro sua malitia Dei iustitia damnatorum. Sed homo habet & pœnam propriam, qua etiam corporis morte punitus est. Mortis quippe supplicium Dominus ei comminatus fuerat si peccaret: sic eum munerans libero arbitrio, ut tamen regeret imperio, terreret exitio, atque in paradisi fœlicitate tanquam in umbra uitæ, unde iustitia custodita in meliora consenderet, collocauit.

Morspœna peccati in de core & gratia cap. 12. in Tom. 7. et in primo lib. Hipognost. in To. illam deffectum

7. et in de uer. apost. ser. 8. in Tom. 10. pelagiani mortē naturæ dicebāt. ubi supra, quod dogma damnatum fuit ab ecclesia in concil. mileuit. con. 1. et in concil. aphricano can. 77. in. 1. To. concil.

HINC post peccatum exul effectus, stirpem quoque suā, quā peccando in se rāquā in radice uitiauerat, pœna mortis & damnationis obstrinxit: vt quicquid prolis ex illo & simul & dānata p quā peccauerat cōiuge, p carnalē cōcupiscētiā, in qua inobedientiæ pœna similis retributa est, nasceret, traheret originale peccatum, quo raberetur per errores doloresque diuersos ad illud ex

Peccatū Adam CAP XXVI.

Roma.5.

tremum cum desertoribus Angelis vitiatoribus & possessoribus & consortibus suis sine fine supplicium. Sic per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertrā sijt, in quo omnes peccauerunt. Mundum quippe appellauit eo loco Apostolus vniuersum genus humanum.

Pœna primi peccati. CAP. XXVII.

ITA ergo res se habebant: iacebat in malis, vel etiā voluebatur, & de malis in mala præcipitabatur totius humani generis massa damnata & adiuncta parti eorū qui peccauerant Angelorum, luebat impiæ desertionis dignissimas pœnas. Ad iram quippe Dei pertinet iustā, quicquid cæca & indomita concupiscentia faciunt libēter mali, & quicquid manifestis operisq; pœnis patiuntur inuiti: non sane creatoris desistente bonitate, & malis Angelis subministrare vitam, viuacemq; potentiam, quæ subministratio si auferatur, interibūt: & hominum quamuis de propagine vitiata, damnataque nascentium formare semina & animare, & ordinare membra per temporum ætates, per locorum spacia vegetare sensus, alimenta donare. Melius enim iudicauit de malis bene facere, quam, mala nulla esse permittere. Et si quidem in melius hominum reformationem nullam prorsus eē voluisset, sicut impiorum nulla est Angelorum, nonne merito fieret, vt natura quæ Deum deseruit, quæ præceptum sui creatoris quod custodire facillime posset, sua male vtens potestate calcauit atq; transgressa est, quæ sui in se creatoris imaginem ab eius lumine contumacister auersa violauit, quæ salubrem seruitutem ab eius legibus male libero abrupit arbitrio, vniuersa in æternū deseretur ab eo & pro suo merito pœnam penderet sempiternam? Plane ita faceret, si tantum iustus non etiam misericors esset, suamque indebitam misericordiam multo euidentius in indignorum potius liberatione monstraret.

1.sent. dist. 46. ca. quod vero. Melius iudicauit Deus de malis benefacere, quā mala nulla eē pmittere idē supra cap. xi.

Casus desertorū angelorum. CAP. XXVIII.

ANGELIS igitur aliquibus impia superbia deserentibus Deum, & in huius aeris imam caliginem de superna cœlesti habitatione deiectis, residuus numerus Angelorum in æterna cum Deo beatitudine & sanctitate permansit. Neq; enim ex vno Angelo lapso atque damnato cæteri propagati sunt, vt eos sicut homines originale malum obnoxiæ successionis vinculis obligaret, atq; vniuersos traheret ad debitas pœnas: sed eo q diabolus factus est, cum socijs impietatis elato, & ipsa cum eis elatione prostrato, cæteri pia obedientia Domino cohæserunt, accipientes etiam quod illi non habuerunt, certam scientiam, qua essent de sua sempiterna, & nunquam casura stabilitate securi.

Hoīes pij succedunt i locū angelorū eiectorū CAP. XXIX.

PLACVIT itq; vniuersitatis creatori atq; moderatori Deo, vt quoniam non tota multitudo Angelorum Deum deserendo perierat, ea quę perierat, in perpetua perditione remaneret, quę autem cum Deo illa deserente perstiterat, de sua certissime cognita semper futura fœlicitate secura gauderet: alia vero creatura rationalis, quę in hominibus erat, quoniam peccatis atque supplicijs, & originalibus & proprijs tota perierat, ex eius parte reparata quod angelicæ societati ruina illa diabolica minuerat suppleret. Hoc enim promissum est resurgentibus sanctis, quod erunt æquales Angelis Dei. Itaque superna illa Hierusalem mater nostra ciuitas Dei, nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur, sed vbe riore etiam copia fortasse regnabit. Neq; enim numerū aut sanctorum hominum, aut immundorum dæmonum nouimus, in quorum locum succedentes filij sanctę matris ecclesię, quę sterilis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ciciderunt, sine vllo temporis termino permanebunt. Sed illorum ciuium numerus, siue qui est, siue qui futurus est, in contemplatione est eius artificis, qui vocat ea quę non sunt, tanquam ea quę sunt, atque in mensura & numero & pondere cuncta disponit.

Luc.12. 2.sent. dist.9.c. a quibusdam Gal.4. 22.de ciuit.Dei cap.1.

Ro.4.

VERVM hęc pars generis humani, cui liberationem Deus regnumq; promisit æternum nūquid meritis operum suorum reparari potest? Absit. Quid enim boni operari potest perditus, nisi quantum fuerit a perditione liberatus? Nunquid libero voluntatis arbitrio? Et hoc absit: nam libero arbitrio male vtens homo, & se perdidit & ipsum. Sicut enim qui se occidit, vtiq; viuendo se occidit, sed se occidendo non viuit, nec seipsum potest resuscitare cum occiderit: ità cum libero peccaretur arbitrio, victore peccato amissum est & liberum arbitriū: a quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Petri certe apostoli est ista sententia. Quæ cum vera sit, qualis quęso potest serui addicti esse libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim seruit qui sui Domini voluntatem libenter facit. Ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est. Vnde ad iuste faciendum liber non erit nisi a peccato liberatus, esse iusticię cœperit seruus. Ipsa est vera libertas propter recti facti licentiā, simul & pia seruitus, ppter pręcepti obedientiam. Sed ista libertas ad benefaciendum vnde erit homini addicto & vendito, nisi redimat ille cuius illa vox est, si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis? Quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quisquam de libero arbitrio in bono gloriatur opere, qui nondum liber est ad operandum bene: nisi se vana superbia inflatus extollat, quam cohibet Apostolus dicens, Gratia salui facti estis per fidem?

Merita grā, liberū arbitriū. CAP. XXX. 2.sent. dist. 25. c.vīmanifestū. Male vtēs libero arbitrio hō & se pdidit, & ipsum idē in despiritu &lit.28. 2.pe.2. q.&.30 i.3.T. 2.sen.dis. horū 25.c. istā opu. libertatē. ſ3 clarius ab īnocē tio papa in re scripto ad pfes car- Fusius de hoc super euāg. Io. trac. 41.i To.9.& i de spiritu Io.8 et lra c.30.i T.3.& in cō ci. Eph.2

thaginē arausica-
sis cōci. no ptotū
q̄ē eius in To.1.
dē pōti concil.
phicis ō
epi.25.l.1.T.cōc.
ubi igt li.ar. olī il
le ppessus,dū suis ī
cōsultius vtīq hōis
cadēs,ī puaricatio
nis ,pfunda
demersus ē, Tūc
& nihil quē su-
admodū ex
īde surgere
posset iuēit,
suaq; ī eter
nū libertate
deceptus,
huic ruinæ for-
fuisset oppſſ ma-
sus nisi cum
postea xp̄o in
suā grām rele
uasset adnētus,

Bona voluntas a Deo.

CAP. XXXII.

Phil.2.
Rom.9.

2.sen: dis.26.ca voluntatem.

Prouerb.8.fcd3 interptationē . 70. q̄ exponēs diuus Au.in de gra,& lib.ar.b. ad Val.īqt,qđ deus sine nobis operaī ī nobis velle in To.2. horum opuscu.

Fides CAP. XXXI.

ET ne ipsam saltem fidem sic sibi homines arrogarent,vt non intelligerent diuinitus esse donatam, sicut idem Apostolus alio loco dicit , se vt fidelis esset, misericordiam consecutum : hic quoque adiunxit atque ait, Et hoc non ex nobis , sed Dei donum est , non ex operibus ne forte quis extollatur. Et ne putarentur fidelibus bona opera defutura, rursus adiecit , Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis , quæ præparauit Deus , vt illis ambulemus . Tunc ergo efficimur vere liberi,cum Deus nos fingit, id est format & creat , non vt homines quod iam fecit , sed vt boni homines simus quod nunc gratia sua facit ut simus in Christo Iesu noua creatura,secundum quod dictum est,Cor mundum crea in me Deus.Neq; enim cor eius quantum pertinet ad naturam cordis humani,non iam creauerat Deus,sed renouationem animę demorantis in corde,propheta postulat.

& creata quo fides & bona opera ī nobis,sed de hoc su de gratia, & lib.arbi.ad Val.a cap.8. vsq; in finem,lib. To.7.&in de prędest.sanctorum cap.3 & cap.9.in To.7. concil.miletitano per totum.

ITERVM ne quisquam & si non de operibus, de ipso glorietur libero arbitrio voluntatis,tanquam ab ipso incipiat meritum,cui tanquam debitū reddatur prēmiū bene operandi ipsa libertas, audiat eundem gratię prędicatorem dicentem,Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate.Et alio loco:Igitur non volentis neq; currentis,sed miserentis est Deus. Cum procul dubio si homo eius ętatis est vt ratione iā vtatur,nō possit credere,sperare,diligere,nisi velit,nec peruenire ad palmam supernę vocationis Dei nisi voluntate occurrerit.Quomodo ergo non volentis neq; currentis,sed miserētis est Dei nisi quia & ipsa voluntas,sicut scriptum est,a Deo prępараtur? Alioquin si propterea dictum est,non volentis neq; currentis , sed miserentis est Dei:quia ex vtroq; fit,id est ex voluntate hōis,& misericordia Dei:vt sic dictū accipiamus , non volētis, neq; currentis,sed miserentis est Dei:tanq̄ diceręt, non sufficit sola voluntas hominis,si non sit etiam misericordia Dei.Non ergo sufficit sola misericordia Dei,si nō sit etiam voluntas hominis:ac per hoc si recte dictū est, non volentis hōis,sed miserētis est Dei,quia id voluntas hōis sola non implet,cur nō & e contrario recte dicitur,nō miserētis est Dei,sed volētis est hōis , quia id miseri-

misericordia Dei sola nō implet? Porro si nullus Christianus dicere audebit,nō miserētis est Dei,sed volentis est hōis,ne Apostolo apertissime contradicat:restat vt propterea recte dictū intelligaī,nō volētis neq; currētis,sed miserentis est Dei,vt totū Deo deī,qui hominis voluntatē bonā & præparat adiuuādā,& ad iuuat prę parатā. Pręcedit.n.bona volūtas hōis multa Dei dona, sed nō omnia:quæ aūt nō pręcedit ipsa,in eis est et ipsa: Nam vtrunq; legitur in sanctis eloquiis,& misericordia eius prævenіet me,& misericordia eius subsequeī me. Nolētē pręvenit vt velit, volentem subsequitur ne frustra velit.Cur enim admonemur orare pro inimicis nostris vtique nolentibus pie viuere, nisi vt Deus in illis operetur vt velint? Item cur admonemur petere,vt accipiamus,nisi vt ab illo fiat quod volumus a quo factū est vt velimus? Oramus ergo pro inimicis nostris vt misericordia Dei pręveniat eos,sicut pręvenit & nos:oramus aūt pro nobis,vt misericordia eius subsequaī nos.

TENEBATVR itaq; iusta damnatione genus humanū,& oēs erant irę filij,de qua ira scriptū est, Quoniā oēs dies nostri defecerunt , & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur : de qua ira dicit etiam Iob,Homo enim natus ex muliere,breuis vitę et plenus irę:de qua ira dicit etiam Dominus Iesus , Qui credit in filium,habet vitā ęternā;qui aūt non credit in filiū,nō habet vitā ęternā,sed ira Dei manet super eū: nō aut,veniet,sed manet super eū.Cum hac qppe oīs hō nascīt:.pter q̄ dicit Apostolus,Fuimus.n.& nos natura filij irę sicut & ceteri.In hac ira cū essent hoīes p originale peccatū,& tāto grauius & pnicioſius,q̄to maiora vel plura insup addiderunt, necessarius erat mediator, hoc est recōciliator,q hāc irā sacrificij singularis,cuius erāt vmbrę oīa sacrificia legis &,pphetarū,oblatiōe placaret: vnde dicit Apostolus,Si enim cū inimici essemus recōciliati sumus Deo p mortē filij eius,multo magis reconciliati nūc ī sanguine eius salui erimus ab ira p ipm. Cū aūt Deus iratꝰ dicit,nō eius figūa ī perturbatio qualis est in animo iratę hōis:sed ex humanis motibus trāslato vocabulo,vindicta eius,quę nō nisi iusta ē,irę nom ē accepit.Quod ergo per mediatorē recōciliamur Deo,& accepimus Spiritū Sanctum,vt ex inimicis effi ciamur filij:quotquot.n.spū Dei aguntˇ,hi filij sunt Dei: hęc est grā Dei p Iesum Christū Dominum nostrum.

Christus mediator. CAP. XXXIIII.

DE quo mediatore longum est , vt quanta dignum est , tanta dicantur , quanuis ab homine dici digne non possint . Quis enim hoc solum congruentibus explicet verbis , quod verbum caro factum est , & habitauit

Deus ꝓparatvo lūtarē adiuuandā & adiuuat ꝓ paratā, idē ī de grā & lib.arbi. ad Val.c.5.et.6 &.16.& ī de ꝓ- 2.sent. de.sā.c. dis.26. 10.& in ca.ipsa debono tamē. pseuerā tię. c.3: Pſ.58. &.13.in Pſ.22. To.7. Mat.6 Mat.7

Oēs nascimur obnoxij irę Dei.CAP.XXXIII. Iob.14. Io.3. Mors xp̄i sacrificiū singulare, qavt ad Heb.9

Ep.2. igt pau. non per sanguinē hirco rū,ac vitulorū, s3 p.ꝓriū sanguinē īgressus ē tel ī sācta ęterna Ro.5. redēptiōe repta , & sic ab ira Dei, hoc ē a vīdicta q̄ nobis dēbat (cū natura filij Ro.8 irę esse- mus)nosli be aūt, & pri recōciliauit sup Pſ.21.ī T.8.fusius hēs de ira dei, & nra per xp̄z liberatiōe.

habitauit in nobis, vt crederemus in Dei Patris omnipotentis vnicum filium natum de Spiritu Santo & Maria virgine? Ita quippe verbum caro factum est, a diuinitate carne fuscepta, non in carnē diuinitate mutata. Carnem porro hic hominem debemus accipere, a parte totū significante locutione, sicut dictū est, Quoniā ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro, id est omnis homo. Nam nihil naturæ humanę in illa fuceptione fas est dicere defuisse sed naturę ab omni peccati nexu omnimodo liberę: non qualis de vtroque sexu nascitur per concupiscentiam carnis cum obligatione delicti, cuius reatus per regenerationem diluitur: sed qualem de virgine nasci oportebat, quem fides matris, non libido conceperat. Quod si uel per nascentem corrumperetur eius integritas, nō iam ille de virgine nasceretur: eumq; falso quod abest, de virgine Maria natum tota confiteretur ecclesia, quę imitans eius matrem, quotidie parit membra eius, & virgo est. Lege si placet, de virginitate sanctę Marię meas literas missas ad illustrem virum, quem cum honore ac dilectione nomino, Volusianum.

Vide Aug. super euang. Ioā. tract. 1. i To. 9.

Per Carnem in scriptu- Ro. 3. ris multotiens totum hominem intelligere debemus idem et fusius infra in isto primo Tom. opus scullorum super Ps. 29. ubi multa hēs de Christo mediatore.

PROINDE Christus. Iesus Dei filius est, & Deus & homo est. Deus ante omnia secula, homo in nostro seculo. Deus quia Dei uerbū Deus enim erat verbum: homo autem, quia in vnitatem personę accessit verbo anima rationalis & caro. Quocirca inquantum Deus est, ipse et Pater unū sunt: inquantum autē homo Pater maior est illo. Cum enim esset unicus Dei filius, nō gratia sed natura, ut esset etiam plenus gratia, factus est & hominis filius idemque ipse utrunque ex utroque unus Christus, quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, quod natura erat, id est esse æqualis Deo. Exinaniuit autem se, formam serui accipiens, non amittens uel minuens formam Dei. Ac per hoc & minor est factus, & mansit æqualis, utrūque unus sicut dictum est: sed est aliud propter uerbum, aliud propter hominem. Propter enim uerbum æqualis Patri, propter hominem minor. Vnus Dei filius, idemq; hominis filius: unus hominis filius, idēq; Dei filius: nō duo filij Dei, Deus & homo, sed unus Dei filius: Deus sine initio, homo a certo initio Dominus noster Iesus Christus

Christus & Deus & homo. CAP. XXXV.

Io. 10. Io. 14. Io. 1. Phil. 2. Et uide Aug. super euāg. Ioā tract. 18. i To. 9

HIC omnino granditer & euidēter Dei gratia commendatur. Qui enim natura humana in homine Christo meruit, ut in unitatem personæ unici filij Dei singulariter esset assumpta? Quæ bona uoluntas, cuius boni propositi studium, quæ bona opera præcessere, quibus meretur iste homo, ut vna fieret persona cum Deo? Nunquid antea fuit homo, & hoc ei singulare beneficiū præstitum est, ut singulariter promereretur

Christus deus et homo unus filius dei, et nō duo filij.

Gratię indiciū Christi humani tas. CAP. XXXVI.

Quod non ex meritis præcedentibus Christus fuit filius

Deum? Nempe ex quo homo esse cœpit, non aliud cœpit esse quam Dei filius & hoc unicus, & propter Deum uerbum, quod illo suscepto caro factum est, vtique Deus ut que madmodū est una persona quilibet homo, anima scilicet rationalis & caro, ita sit Christus una persona, verbū & homo. Vnde naturæ humanæ tanta gloria nullis precedentibus meritis sine dubitatione gratuita: nisi quia magna hic & sola Dei gratia fideliter & sobrie cō fiderantibus euidenter ostenditur. Vt intelligāt homines per eandem gratiam se iustificari a peccatis, per quā factum est, vt homo Christus nullum habere p osset peccatum? Sic & eius matrem Angelus salutauit, quando ei futurum annunciauit hunc partū: Aue (inquit) gratia plena, & paulo post, Inuenisti (ait) gratiam apud Deū. Et hęc quidem gratia plena, & inuenisse gratiā apud Deū dicitur, ut Domini sui, imo Domini omniū mater esset. De ipso autē Ioannes euangelista cū dixisset, Et uerbum caro factū est, & habitauit in nobis, & vidimus (inquit) gloriā quasi unigeniti a patre plenum gratię & ueritatis. Quod ait, Verbum caro factum est: hoc ē, plenū gratiæ. quod ait, Gloriam unigeniti a Patre: hoc est, plenum ueritatis. Veritas quippe ipsa unigenitus Dei filius, non gratia sed natura. Gratia suscepit hominem tanta unita te personæ, ut idem ipse etiam esset hominis filius.

Dei, Fusius ab Aug: in de prędest. sanct. cap. 15. in To. 7. & in de bono p̄seuerātię cap. ulti. in. 3. Tom. hor. opus. & super euāg. Ioan. tract. 110. i Tomo. 9.

Iustificamur ilLue. 1. la gratia a peccatis, qua Christus nullum habuit peccatum. Ioan. 1.

IDEM namq; Iesus Christus filius Dei unigenitus, id est unicus Dominus noster, natus est de Spiritu Santo & Maria virgine. Et utique Spiritus Sāctus Dei donū est, quod quidem et ipsum est æquale donanti. Et ideo Deus est etiā Spiritus Sanctus, patre Filio que non minor. Ex hoc ergo quod de Spiritu Sācto est secundū hominē natiuitas Christi, quid aliud quam ipsa gratia demonstratur? Cum enim uirgo quęsiuisset ab Angelo, quomodo id fieret quod ei nunciabat, quandoquidem illa virum non cognoscetet: respondit Angelus, Spiritus Sāctus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius Dei. Et Ioseph cum vellet eā dimittere, suspicatus adulteram quam sciebat non de se grauidam, tale respōsum ab Angelo accepit, Noli timere accipere Mariam coniugē tuā quod enim in ea natū est, de Spiritu Sācto est: id est, qđ tu esse de alio uiro suspicaris, de Spiritu Sancto est.

Natiuitas Christi. CAP. XXXVII.

Luc. 1.

Hic a grecis discordat aug. nā Atha. Mat. 1. et Chri. et theo. uolunt Ioseph, agnouīsse uirginem de spiritu sancto concepisse. ob id clam illam dimittere obtabat nō. n. audebat habere uxorem quæ tantam habebat gratiam id angelus illum consolatur, et certiorem facit et ne illam dimittat precipit.

NVNQID tamen ideo dicturi sumus Patrem hominis Christi esse Spiritum, Sanctum, ut Deus Pater uerbum genuerit, Spiritus Sanctus hominē, ex qua utraq; substantia

Christus qūo cō ceptus de Spiritu Sancto. CAP. XXXIII.

Universidad de Deusto Biblioteca

3. sentē. dist. 6. cap. & ne.

Ioan. 1.

Roma. 1.

3. sent. distin. 4. cap. 1.

Opa trini tatis indiuisa qđ exē plo probari pōt nā certū ē, quod hæc dictio ītel lectus a volūta te, memoria & itellecta efficit, atrū de solo ỹiñ caſ itellectu, sic tota Trinitas creaturā illā se cit, q̄ virgo cō cepit, & pepit q̄uis ad solā pſonā filij ptineat sic de colūba Spiritus Sācti, & de voce patris dicendum est. In de Verb. Dñi ser. 63, in Tom. 10.

substantia Christus vnus esset, & Dei Patris Filius secū dum verbum, & Spiritus Sancti Filius secundum homi nem: quod quasi eum Spiritus Sanctus tanquam pater eius de matre virgine genuisset? Quis hoc dicere audebit? Nec opus est ostendere disputando quanta alia se quantur absurda, cum hoc ipsum iam ita sit absurdum, vt nullæ fideles aures id valeant sustinere. Proinde sicut confitemur, Dominus noster Iesus Christus qui de Deo Deus, homo autem natus est de Spiritu Sancto & Maria virgine, vtraq; substantia diuina scilicet atq; humana, Filius est vnicus Dei Patris omnipotētis, de quo procedit Spiritus Sāctus. Quomodo ergo dicimus Christū natū de Spiritu Sācto, si non eū genuit Spiritus Sanctus? An quia fecit eū quoniā Dñs noster Iesus Christus inquantū Deus est, oia p ipsum facta sunt: inquantū aūt homo est, & ipse factus est, sicut Apostolus dicit, Factus est ex semine Dauid secūdū carnē. Sed cū illā creaturā quā virgo cōcepit & peperit, quāuis ad solā pſonā Filij ptinētē, tota trinitas fecerit, neq; enim separabilia sunt opera trinitatis, cur in ea faciēda solus Spiritus Sāctus nominatus ē? An & quādo vnus triū ī aliquo opere nominat, vniuersa operari trinitas intelligit? Ita vero est, & exēplis doceri potest. Sed nō est in hoc diutius immorandum. Illud enim mouet quomodo dictum sit, Natus de Spiritu Sācto, cū Filius nullo modo sit Spiritus Sācti. Neq; enim quia mūdū istū fecit Deus, dici eū fas est Dei filiū, aut eū natū de Deo, sed factū vel creatū vel conditū vel institutū ab illo, vel si quid huiusmodi recte possumus dicere. Hūc ergo cū cōfiteamur natū de Spiritu Sācto & Maria virgine, qūo nō sit Filius Spiritus Sācti, & sit filius virginis Marię, cū et de illo & de illa sit natus, explicare difficile ē. Procul dubio q̄ppe nō sic de illo vt de Patre: sic āt de illa vt de matre natus ē,

Vox nasci, varie accipitur. CAP. XXXIX.

NON igit cōcedēdū est q̄cquid de aliqua re nascit, cōtinuo eiusdē rei filiū nūcupādū. Vt enim omittā alia: alter de hoīe nasci filiū, aliter capillū, pediculū vel ūbricū, quorū nihil est filius. Vt ergo hęc omittā, quoniā tā tę rei deformiter cōparant, certe qui nascunt ex aqua & Spū Sācto nō aquę filios eos ritę dixerit quispiā, sed plane dicunt filij Dei Pris & mris eccleſię. Sic ergo de Spū Sācto natus ē Filius Dei Pris nō Spūs Sācti. Nā & illud quod de capillo & de cæteris diximus, ad hoc tantū valet vt admoneamur, nō omne quod de aliquo nascitur, etiam filium eius de quo nascitur posse dici. Sicut non omnes qui dicunt alicuius filij, cōsequēs est vt de illo

illo etiam nati esse dicātur sicut sunt qui adoptātur, Dicuntur etiam filii gehennę, non ex illa nati, sed in illam pręparati, sicut filii regni qui pręparantur in regnum.

Filii ḡnivel gehennę qui ad id præparantur.

QVVM itaq; de aliquo nascatur aliquid etiam non eo modo vt sit filius, nec rursus omnis qui dicitur filius, de illo sit natus cuius dicitur filius, profecto modus iste quo natus est Christus de Spiritu Sancto nō sicut filius, * de Maria virgine sicut filius, insinuat nobis gratiam Dei: qua homo nullis pręcedētibus meritis, in ipso exordio naturæ suæ quo esse cœpit, verbo Dei copularetur in tantam personæ vnitatē, vt idem ipse esset filius Dei qui filius hominis, et filius hominis qui filius Dei: ac sic in naturæ humanæ susceptione fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, quæ nullum peccatū posset admittere. Quæ gratia propterea per Spiritum Sanctum fuerat significanda, quia ipse proprie sic est Deus, vt dicatur etiam Dei donum. Vnde sufficienter loqui per longum esset: si tamen id fieri potest, valde prolixæ disputationis est.

Christū natū esse de Spiritu Sācto qđ significet. CAP. XL. * &

NVLLA igitur voluptate carnalis concupiscentiæ seminatus siue conceptus est, & ideo nullum peccatum originaliter trahens, Dei quoq; gratia verbo patris Vnigenito, non gratia filio sed natura, in vnitate personæ modo mirabili & ineffabili adiunctus & concretus, & ideo nullū peccatum et ipse cōmittentes, tamen propter similitudinē carnis peccati, in qua venerat, dictus est et ipse peccatū sacrificandus ad diluenda peccata. In vetere quippe lege peccata vocabantur sacrificia pro peccatis. Quod vere iste factus est cuius erāt vmbrę illa. Hinc Apostolus cum dixisset, Obsecramus pro Christo recōciliari Deo: continuo subiunxit atq; ait, Eum qui nō nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos simus iustitia Dei in ipso. Non ait, vt in quibusdam mendosis codicibus legitur, is qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, tanquā pro nobis Christus ipse peccauerit: sed ait, Eum qui nō nouerat peccatū, id est Christum, pro nobis peccatum fecit Deus, cui reconciliandi sumus: hoc est sacrificium pro peccatis, per quod reconciliari valeremus. Ipse ergo peccatum vt nos iustitia: nec nostra, sed Dei simus: nec in nobis, sed in ipso: sicut ipse peccatum non suum, sed nostrum: nec in se, sed in nobis constitutum, similitudine carnis peccati, in qua crucifixus est, demonstrauit: Vt quoniā peccatum erī nō inerat, ita quodammodo peccato moreretur dum moritur carne, in qua erat similitudo peccati: & cum secundum vetustatem peccati nunquā ipse vixisset, nostrum ex morte veteri, qua in peccato mortui fueramus, reuiuiscentē vitam noua sua resurrectione signaret.

Christus peccatum factus. CAP. XLI.

Quō Christus factus ī similitudine carnis peccati vt nostra ablueret peccata fusius & clarius habes ab Aug. ī expositione ps. 34. in Tom. 8. Ro. 9. Ose. 4 2. cor. 5

IPSVM

Baptisma.

CAP. XLII.

Roma.7.&.8.

IPSVM est quod in nobis celebratur, magnum baptismatis sacramentum, vt quicunque ad istam pertinent gratiam, moriantur peccato, sicut ipse peccato mortuus dicitur: quia mortuus est carni, hoc est peccati similitudini: & viuant de lauacro renascendo, sicut ipse de sepulchro resurgendo, quanlibet corporis ætatem gerant.

Baptismus infãtum & senum.

CAP. XLIII.

Quod paruuli ex solo originali & adulti ex his etiã quę addiderunt damnẽtur fusius ab Aug. in 2. epi. ad Val. de gratia & lib. arb. et est epist. 47. in To. 2. q̃ Aenei. 2. & habetur in secundo To. horũ opusculorum et infra in isto lib. cap. 52. 2. sen. dist. 33. ca. & quod, et cap. alioquin.

A PARVVLO enim recens nato vsque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibendus est a baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo: sed paruuli tantum originali, maiores autem etiam iis omnibus moriuntur peccatis, quęcunq; male viuendo addiderunt ad illud, quod nascendo traxerunt.

Figura ἔκφωσις qua numerus accipitur pro numero. CAP. XLIIII.

Mat. 2. Exod, 32.

SED ideo etiam ipsi peccato mori plerunque dicuntur, cum proculdubio non vni, sed multis peccatis omnibusque moriantur, quęcunque iam propria commiserunt, vel cogitatione, vel locutione, vel opere: quia etiã per singularem numerum pluralis numerus significari solet, sicut ait ille, Vterumque armato milite complent: quanuis hoc multis militibus fecerint. Et in nostris literis legitur, Ora ergo ad Dominum, vt auferat a nobis serpentem, non ait serpentes, quos patiebatur populus vt hoc diceret, & innumerabilia talia. Cum vero & illud originale vnum plurali numero significatur, quando dicimus in peccatorum remissionem baptizari paruulos, nec dicimus in remissionem peccati: illa est contraria locutio, qua per pluralem locutionem significatur numerus singularis. Sicut de Herode mortuo in Euangelio dictum est, Mortui sunt enim qui quærebant animam pueri. Non dictum est mortuus est. Et in Exodo: Fecerunt, inquit, sibi Deos aureos: cum vnum vitulum fecerint tantum, de quo dixerunt: Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Et hic ponentes plurale pro singulari.

Vnopeccato cõprehendi plura

CAP. XLV.

Rom. 5.

2. sen. dist. 33. ca. quod vero.

QVANVIS & in illo peccato vno, quod per unum hominem intrauit in mũdum, & in omnes homines pertransiit, propter quod etiam paruuli baptizantur, possint intelligi plura peccata, si vnum ipsum in sua quasi membra diuidatur singula. Nam & superbia est illic, quia homo in sua potius esse, quam in Dei potestate dilexit: & sacrilegium quia Deo non credidit: & homicidium, quia semetipsum præcipitauit in mortem: & fornicatio spiritalis, quia integritas mentis humanę serpentina suasione corrupta est: & furtum, quia cibus prohibitus vsurpatus est: & auaritia, quia plus quam illi sufficere

redebuit appetiuit: & si quid aliud in hoc uno admisso diligenti consideratione inueniri potest.

Peccatisparẽtũ obligari filios.

CAP. XLVI.

Exod, 20.

PARENTVM quoque peccatis paruulos obligari, non solum primorum hominum, sed etiam suorum, de quibus ipsi nati sunt, non improbabiliter dicitur. Illa quippe diuina sententia, Reddam peccata patrum in filios: tenet eos vtique antequam per regenerationem ad testamentum nouum incipiant pertinere. Quod testamentum prophetabatur cum diceretur per Ezechielẽ, non accepturos filios peccata patrum suorum, nec vlterius futuram in Israel parabolam illam, Patres manducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Ideo enim quisque renascitur, vt soluatur in eo quicquid peccatieſt cum quo nascitur. Nam peccata quę male agendo postea committuntur, possunt & pœnitendo sanari, sicut etiam post baptismum fieri videmus. Ac per hoc non ob aliud est instituta regeneratio, nisi quia vitiosa est generatio, vsque adeo vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat, in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea me in vtero aluit. Neque hic dixit, In iniquitate vel peccato, cum & hoc recte dici posset: sed iniquitates & peccata dicere maluit. Quia & in illo vno quod in omnes homines pertransiit, atque tam magnum est, vt in eo mutaretur & conuerteretur in necessitatem mortis humana natura, sicut supra diſſerui, reperiuntur plura peccata, & alia parentum, qui & si non ita possunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios, nisi gratuita gratia & misericordia diuina subueniat.

Ezech, 38.

Psal, 50.

Roma. 5.

Quousq; maiorum peccata p pagentur nõ temere definiẽdũ

CAP. XLVII.

Exod. 20.

SED de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adam vsque ad patrem suum, pro generatoribus suis quisque succedit non immerito disceptari potest: vtrum omnium malis actibus & multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur, vt tanto peius quanto posterius quisque nascatur: an propterea Deus in tertiam & quartam generationem de peccatis parentum eorum posteris comminetur, quia iram suam quantum ad progeneratorum suorum culpas non extendit vlterius moderatione miserationis suæ: ne illi quibus regenerationis gratia non confertur, nimia sarcina in ipsa sua ęterna damnatione pmerentur, si cogerentur ab initio generis humani omniũ prędecentium parentum suorũ originaliter peccata contrahere, & pœnas pro eis debitas pendere. An aliud aliquid de re tanta in scripturis sanctis diligentius perscrutatis atq; tractatis, valeat vel non valeat reperiri, temere non audeo affirmare.

Abolitio originalis peccati.

CAP. XLVIII.

ILLVD tamen vnum peccatum, quod tam magnum in loco & habitu tantæ fœlicitatis admissum est, vt in vno

3.sen.dist.33,ca. hic queri solet. 2.Tim.2.

vno homine originaliter, atque(vt ita dixerim)radicaliter totum genus humanum damnaretur, non solueretur ac diluitur nisi per vnum mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum, qui solus potuit ita nasci vt ei non opus esset renasci.

Christus baptizatus a Ioane. CAP. XLIX.

Quibaptismo Ioannis baptizabãt nõ rnascebãt, ob id baptizato Christo tale cessauit baptismũ. Et Xps tali baptismo baptizarivoluit, vt nos doceret, suũ non cõtẽnere

Esa.40. Mat.3. Mar.1. Luc.3. Ioan.1.

NON enim renascebantur, qui baptismate Ioannis baptizabantur, a quo & ipse baptizatus est, sed quodã præcursorio illius ministerio qui dicebat, Parate viam Domino: huic vni in quo solo renasci poterant parabantur. Huius enim baptismus est non in aqua tantum, sicut fuit Ioannis, verum etiam in Spiritu Sancto vt deilo Spiritu regeneretur quisquis in Christum credit, de quo Christus regeneratus regeneratione non eguit. Vnde vox illa patris quę super baptizatum facta est, Ego hodie genui te: non vnum illum temporis diem quo baptizatus est, sed immutabilis æternitatis ostendit, vt illum hominem ad vnigeniti personam pertinere mõstraret. Vbi enim dies nec hesterni fine ichoatur, nec initio crastini terminatur semper hodiernus est. In aqua ergo voluit baptizari a Ioanne, non vt eius iniquitas vilua diluereturꝫ sed vt magna commendaretur humilitas. Ita quippe nihil in eo baptismus quod ablueret, sicut mors nihil quod puniret, inuenit: vt diabolus ueritate iustitiæ non violentia potestatis oppressus & victus, quoniam ipsum sine vllo peccati merito iniquissime occideratꝫ per ipsum iustissime amitteret quos peccati merito detinebat. Vtrunque igitur ab illo, id est & baptismus & mors, certę dispensationis causa nõ miseranda necessitate, sed miserante potius voluntate susceptũ est: vt vnus peccatum tolleret mundi, sicut vnus peccatum misit in mundum, hoc est in vniuersum genus humanum.

Quõiustitia et non potentia diabolus est victus habes ab Aug.13.de tri.ca.14. in To.3. & 3.sent. dist.20.

baptismã, Nã si ipse baptismo seruí baptizatus est, non dedignemur nos baptizari baptismo domini. Et quia talis baptismus non erat necessarius. ob id qui illo baptizati fuerunt, postea baptismo Christi baptizati sunt, sed qui Christi baptismo sunt baptizati, hi non sunt rebaptizandi. Et huius baptismi potestatem nulli tradidit Christus sed ipse tm̃ potestatiue baptizauit & baptizat per ministerium vero homines baptizant. Et sic baptizauit & Iudas, & qui ab ipso baptizati fuerunt, non fuerunt rebaptizati. Et sic permanente potestate baptizandi in Christo, homines per ministerium baptizant. Et sic baptizabat, & non baptizabat dominus baptizabat quia ipse mundabat. Et non baptizabat quia ipse non tingebat. Et hoc post resurrectionem ita egit quod prius mundauit saulũ, & cornelium, et baptizati sunt Act.9.&.10.& super Ioan.trac.4.5.6.11.12.13.&14.& a Mag.sent.in 4.a dist.2.vsque ad distinctionem.6.inclusiue.

Gratia aboleri omnia peccata. CAP. L.

NISI quod ille vnus vnum peccatum misit in mundum, iste vero vnus non solum vnum illud, sed cuncta simul

simul abstulit quę addita inuenit: vnde dicit Apostolus, Nam sicut per vnum peccantem, ita est & donum: nam iudicium quidem ex vno in condemnationẽ, gratia autem ex multis delictis in iustificationem: quia vtique illud vnum quod originaliter trahitur, etiam si solum sit, obnoxios damnationi facit, gratia vero ex multis delictis iustificat hominem, qui præter illud vnum quod communiter cum omnibus originaliter traxit, sua quoque propria multa commisit. Roma.5.

VERVM tamen quod paulo post dicit, Sicut per vnius delictum in omnes homines ad condemnationẽ, ita & per vnius iustitiam in omnes homines ad iustificationem vitæ: satis indicat ex Adam neminem natum, nisi damnatione detineri, & neminem nisi in Christo renatum, a damnatione liberari. Renati in Christo liberamur. CAP. LI.

DE qua per vnum hominem pœna, & per vnum hominem gratia, cum locutus fuisset, quantum illi epistolæ suæ loco sufficere iudicauit, deinde sacri baptismatis in cruce Christi grande mysterium commẽdauit: eo modo, vt intelligamus nihil aliud esse in Christo baptismum nisi mortis Christi similitudinem: nihil autem aliud mortem Christi crucifixi, nisi remissionis peccati similitudinem: vt quemadmodum in illo vera mors facta est, sic in nobis vera remissio peccatorum: & quemadmodum in illo vera resurrectio, ita in nobis vera iustificatio. Ait enim, Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, vt gratia abunder? Dixerat enim superius, Vbi enim abundauit peccatum, ibi superabundauit gratia. Et ideo quæstionem sibijpsi proposuit, vtrum propter abundantiam gratiæ consequendam in peccato sit permanendũ. Sed respondit, Absit. Atque subiecit. Si mortui sumus peccato, quomodo viuemus in illo? Deinde vt ostẽderet nos mortuos esse peccato, Anignoratis, inquit, quoniã quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Si ergo hinc ostendimur mortui esse peccato, quia in morte Christi baptizati sumus, profecto & paruuli qui baptizant in Christo, peccato moriuntur, quia in morte ipsius baptizãtur. Nullo enĩ excepto dictũ est, Quicunq; enim babtizati sumus in Christo Iesu, i morte ipsius baptizati sumus. Et ideo dictũ ẽ, vt probaret mortuos nos esse peccato. Cui aũt peccato paruuli renascẽdo moriunt, nisi quod nascẽdo traxerũt? Ac per hoc etiã ad ipsos ptinet quod sequitur, dicẽs, Cõsepulti enim sumus illi per baptismum in mortẽ, vt quẽ admodum surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate Vitæ ambulemus. Si enim cõplantati facti sumus similitudini morti eius, simul & resurrectionis erimus, hoc scientes, quia vetus homo noster Romã.5. De cõse.dist.4. ca.ut ostẽderet. Baptizati peccato mortui sunt.

simul crucifixus est, vt euacuetur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato: Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum illo, scientes quia Christus resurgēs a mortuis, iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuere autem Deo in Christo Iesu. Hinc enim probare cœperat, non esse nobis permanendum in peccato, vt gratia abundaret, & dixerat, Si mortui sumus peccato, quomodo viuemus in eo? Atq; vt ostenderet mortuos nos esse peccato, subiecit, An ignoratis quoniā quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus? Sic itaq; totum locum istum concluſit, vt cœpit. Mortem quippe Christi sic insinuauit, vt etiam ipsum mortuum diceret esse peccatum. Cui peccato, nisi carnis, in qua erat, non peccatum sed similitudo peccati, & ideo nomine appellat peccati? Baptizatis itaque in morte Christi in qua non solum maiores, verum etiam paruuli baptizantur, ait, Sic & vos, id est quemadmodum Christus, sic & vos existimate vos mortuos esse peccato, viuere autem Deo in Christo Iesu.

Roma.8.

Idē supra.c.43.

Crux, sepultura resurrectio, & assensio, quo ad nos ptineant.
CAP. LIII.

QVICQVID igitur gestum est in cruce Christi, in sepultura, in resurrectione tertio die, in ascensione in cœlum, & in sede ad dexteram patris: ita gestum est, vt his rebus non mystice tantum dictis, sed etiam gestis configuraretur vita Christiana quæ hic geritur. Nam propter eius crucē dictum est, Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.

Gal.5.

Propter sepulturam, Consepulti enim sumus cum Christo per baptismum in mortem. Propter resurrectionem, Vt quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. Propter ascensionem vero in cœlum, sedemq; ad dexteram Patris: Si autem resurrexistis cum Christo, quę sursum sunt quærite, vbi Christus est ad dexterā Dei sedēs: quę sursum sunt sapite, nō quę super terrā: mortui enim estis & vita vestra abscōdita est cū Christo in Deo.

Roma.6.

Col.3.

Iudicium.
CAP. LIIII.

IAM vero quod de Christo confitemur futurum, quoniam de cœlo vēturus est viuos iudicaturus & mortuos, non ptinet ad vitā nostrā quę hic geritur, qa nec in rebus gestis eius ē, sed ī fine seculi gerēdis. Ad hoc ptinet qđ Apostolus secutus adiunxit, Cū Christus apparuerit vita vestra, tūc & vos apparebitis cū illo in gloria.

Col.3.

Iudicare viuos & mortuos.
CAP. LV.

DVOBVS autem modis accipi potest, quod viuos & mortuos iudicabit: siue vt viuos intelligamus, quos hic nondum mortuos, sed adhuc in ista carne viuentes inuenturus

uenturus est eius aduentus. Mortuos autem quīde corpore prius quam veniat exiere vel exituri sunt: siue viuos iustos, mortuos autem iniustos, quoniam iusti quoque iudicabuntur. Aliquando enim iudicium Dei ponitur in malo: vnde illud est, Qui autem male egerunt, in resurrectionem iudicij. Aliquando & in bono, secūdum quod dictum est, Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me. Per iudicium quippe Dei fit ip sa bonorum malorumque discretio, vt liberandi a malo, non perdēdi cum malis, boni ad dexteram segregentur: propter quod ille clamabat, Iudica me Deus. Et quid dixerat velut exponens: Et discerne, inquit, causam meam de gente non sancta.

Idem in de fide & symbolo.c.8 in To.3.

Ioan.5.

Psal.53.

Psal.42.

Spiritus Sāctus.
CAP. LVI.

QVVM autem de Iesu Christo filio Dei vnico Domino nostro, quod ad breuitatem confessionis pertinet dixerimus, adiungimus sic credere nos & in Spiritum Sanctum, vt illa trinitas compleatur quę Deus est: deinde sancta commemoratur ecclesia. Vnde datur intelligi rationalem creaturam ad Hierusalem liberam pertinentem, post commemorationem creatoris, id est summæ illius trinitatis fuisse subdendam. Quoniam quicquid de homine Christo dictum est, ad vnitatem personę vnigeniti pertinet. Rectus itaque confessionis ordo poscebat, vt trinitati subiungeretur ecclesia, tanquam habitatori domus sua, & Deo templum suum, & conditori ciuitas sua. Quæ tota hic accipiēda est, non solum ex parte qua peregrinatur in terris a solis ortu vsque ad occasum laudans nomen Domini, & post vetustatis captiuitatem cātans cāticum nouum: verum etiam ex illa quę in cœlis semper ex quo condita est cohęsit Deo, nec vllum sui casus malum experta est. Hęc in sanctis Angelis beata pfistit, & suę parti peregrinanti sicut oportet opitulatur quia vtraque vna erit consortio ęternitatis, & nūc vna est vinculo charitatis, quę tota instituta est ad colēdum vnum Deum. Vnde nec tota, nec vlla pars eius vult se coli pro Deo, nec cuiquam esse Deus pertinenti ad templum Dei, quod ędificatur ex dijs quos facit non factus Deus: Ac per hoc Spiritus Sanctus si creatura nō creator esset, profecto creatura rationalis esset. Ipse enim esset summa creatura, & ideo in regula fidei non poneret ante ecclesiam, quia & ipse ad ecclesiā pertineret in illa eius parte quę in cœlis est. Nec haberet tēplum, sed ēt ipse tēplum esset. Tēplum autē habet de quo dicit Apostolus, Nescitis quia corpora vestra tēplū sunt Spū Sancti qui in vobis est, quē habetis a Deo? De quibus alio loco dicit, Nescitis quia corpora vestra, mēbra Christi sunt? Quomodo ergo Deus nō est, qui tēplū habet? Aut minor Christo est, cuius mēbra templum habet? Neque

Ioan.4.

Ecclesia.
Quod ecclesia ē domus Dei habes ī li.de disciplia Christiana ca.1.in To.9.

Nec ecclesia tota nec vlla pars eius vult coli ꝓ deo ob id barnabas & paulus cū scissis vestibus ī turbā ī silierūt, & nō pmisserūt se adorari Act. 16. nec angelus pmisit, se adorari a 1.Co.6. Ioan. euā ge. apoc.22. sed illi dixit sed 2.Co.6. deū adora, nā et

Ego conseruus tuus sum 1.Cor.3. et fratrum tuorū sed impii id optāt, et oia q̄ possunt Ioā.2. agūt ut gloriā dei sibi rapiāt quāobrē nomen suum ho

Ego conseruus enim aliud templum eius, & aliud templum Dei est, cum idem dicat Apostolus, Nescitis quia templum Dei estis, Quod vt probaret, adiecit, Et Spiritus Dei habitat in vobis. Deus ergo habitat in templo suo, non solum Spiritus Sanctus sed etiam Pater & Filius, qui etiam de corpore suo, per quod factus est caput ecclesiæ, quæ in hominibus est, vt sit ipse in omnibus primatū tenens, ait, Soluite templum hoc & in triduo suscitabo illud. Templum ergo Dei, hoc est totius summę illius trinitatis, nomen suum ho

norabit antichristus & nomen dei contemnet. & contra ipsum loquetur. dam. 7. et adorabitur a regibus et principibus terrę, apoc. 13. id ē & fusius supra. 1. de doc. christ. cap. 23. et super euang. Ioan. trac. 13. in To. 9. et in de uerb. domini ser. 45. in Tom. 10.

Stabilitas angelorum. CAP. LVII. 2 Pet. 2.

SED de illa quę in cœlis est, affirmare quid possumus nisi quod nullus in ea malus est, nec quisquam deinceps de illa cecidit aut casurus est, ex quo Deus Angelis peccantibus non pepercit, sicut apostolus Petrus, sed carceribus caliginis inferni retrudens tradidit in iudicio puniendos reseruari.

Vocabula angelorum. CAP. LVIII. Heb. 1. Psal. 109.

QVOMODO autem se habeat beatissima illa & superna societas, quæ ibi sint differentię personarum, ut cum omnes tanquam generali nomine Angeli nuncupentur, sicut in epistola ad Hebræos legimus: Cui enim Angelorum Deus dixit aliquando, Sede a dextris meis? hoc quippe modo significauit omnes uniuersaliter Angelos dici: sint tamen & illic Archangeli: & utrū ipsi dē Archangeli nominentur Virtutes, atque ita dictum sit, Psal. 148. Laudate eum omnes Angeli eius, laudate eum omnes Virtutes eius: ac si diceretur, Laudate eū omnes Angeli eius, laudate eum omnes Archangeli & quid Col. 1. inter se distent quatuor illa Vocabula, quibus uniuersam cœlestem societatem uidetur Apostolus esse complexus dicendo, Siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: dicant qui possunt, si tamen possunt probare quod dicunt, ego me ista ignorare confiteor. Sed nec illud quidem certum habeo, utrum ad eandē societatem pertineant sol & luna & cuncta sydera, quanuis nonnullis lucida corpora esse, non cum sensu vel intelligentia uideantur,

Corpora angelorum. CAP. LIX.

ITEMQVE Angeli, quis explicet cum qualibus corporibus apparuerint hominibus, ut non solum cernerentur, uerum etiam tangerentur, & rursus non solida corpulentia, sed spiritali potentia quasdam uisiones, non oculis corporeis sed spiritalibus uel mentibus ingerant, uel dicant aliquid non ad aurem forinsecus, sed intus in animo

animo hominis, etiam ibidem ipsi constituti: sicut scriptū est in prophetarum libro, Et dixit mihi Angelus qui loquebatur in me: nō enim ait, qui loquebatur ad me, sed in me, Vel appareāt & in somnis, & colloquātur more somniorum. Habemus quippe in Euangelio, Ecce Angelus Dominī apparuit illi in somnis dicens. His enim modis uelut indicant se Angeli contrectabilia corpora non habere. Faciūt que difficillimā questionē, quomodo patres ei pedes lauerint, quomodo Iacob cū Angelo tā solida contrectatione luctatus sit. Cum ista quęruntur, & ea sicut potes quisque coniectat, nō inutiliter exercētur ingenia, si adhibeatur disceptatio moderata, & absit error opinātiū se scire quod nesciūt. Quid enim opus est ut hæc atq̄ huiusmodi affirmētur uel negentur uel defiantur cum discrimine, quando sine crimine nesciūtur?

Zach. 2. Mat. 1. Gene. 18. Gene. 32.

Artes satanę euitandæ. CAP. LX. 2. Cor. 2.

MAGIS opus est diiudicare atq̄ dinoscere cum se satanas transfigurat uelut Angelū lucis, ne fallendo ad aliqua pernitiosa seducat. Nam quando sensus corporis fallit, mentē uero non monet a uera rectaque sententia, qua quisque uitā fidelē gerit, nullū est in religione periculū. Vel cū se bonū fingēs, ea facit siue dicit, quę bonis Angelis cōgruūt, etiā si credatur bonus, nō ē error Christianæ fidei periculosus aut morbidus. Cū uero p hæc aliena ad sua incipit ducere, tūc eū dignoscere, nec ire post eū, magna & necessaria uigilantia est. Sed quomodo unusquisque hominū idoneus est omnes mortiferos eius dolos euadere, nisi regat atque tueatur Deus? Et ipsa huius rei difficultas ad hoc est utilis, ne sit spes sibi quisq̄ aut homo alter alteri, sed Deus suis oībus. Id enim nobis potius expedire prorsus piorū ambigit nemo.

Homo insidias diaboli cupiens euadere, non fidat sibi nec alteri homini, idē

in de gratia et lib. arb. ad ual. cap. 4. in Tom. 7. et in. 2. Tom hor. opus.

Ecclesia angelorū & nostra. CAP. LXI. Roma. 8.

HAEC ergo quę in sanctis Angelis & uirtutibus Dei est ecclesia, tunc nobis sicuti est innotescet, cum ei coniuncti fuerimus in finem, ad simul habendā beatitudinē sempiternā. Ista uero quę ab illa peregrinatur in terris, eo nobis notior est quod in illa sumus, & quia hominū est, quod & nos sumus. Hæc sanguine meditatoris nullum habentis peccatū, ab omni redempta est peccato, eiusque uox est, Si Deus pro nobis quis cōtra nos? Qui filio proprio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim pro Angelis mortuus est Christus. Sed ideo etiam pro Angelis sit quicquid hominū per eius mortem redimitur & liberatur a malo, quoniam cum eis quodāmodo redit in gratiam post inimicitias quas inter homines & sanctos Angelos peccata fecerunt, & ex ipsa hominum redemptione ruinæ illius angelicæ detrimenta reparantur.

Ex humana redēptione, ruinę angelice detrimēta reparant.

Christus instaurat omnia.

CAP. LXII.

Ephe.1.

ET vtiq; nouerunt sancti Angeli docti a Deo, cuius veritatis eterna contemplatione beati sunt, quanti sint quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. Propter quod ait Apostolus, instaurari omnia in Christo quæ in cœlis sunt & q̃ in terris. In ipso quippe instaurantur quæ in cœlis sunt, cum id quod inde in Angelis lapsum est ex hominibus redditur. Instaurantur autem quę in terris sunt, cum ipsi homines qui prędestinati sunt ad æternam vitã a corruptionis vetustate renouantur. Ac sic per illud singulare sacrificium, in quo mediator est immolatus, quod vnum multę in lege victimæ figurabant, pacificantur cœlestia cũ terrestribus, & terrestria cum cœlestibus. Quoniam sicut idem Apostolus dicit, in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in cœlis sunt, siue quę in terris.

Mors Christi singulare sacrificiũ idẽ sup. c. 33.

Col. 1.

Pax regni cęlestis. CAP. LXIII.

Phil. 4.

PAX ista prœcellit, sicut scriptum est, omnem intellectum, neq; sciri a nobis nisi cum ad eam venerimus potest. Quomodo enim pacificant cœlestia nisi in nobis, id est concordando nobiscum? Nam ibi semper est pax, & inter se vniuersis intellectualibus creaturis, & cum suo creatore. Quę pax prœcellit, vt dictum est, oẽm intellectũ, sed vtiq; nostrũ, nõ eorũ qui semper vident faciẽ patris. Nos aũt quantuscunq; sit in nobis intellectus humanus, ex parte scimus & videmus nũc per speculũ in ænigmate. Cũ vero æquales Angelis Dei fuerimus, tũc quẽadmodũ et ipsi videbimus facie ad faciẽ, tantamque pacẽ habebimus erga eos, quantã & ipsi erga nos quia tantũ eos dilecturi sumus, q̃tũ ab eis diligimur. Itaque pax eorũ nota nobis erit qa & nostra talis ac tãta erit, nec prœcellet tunc intellectũ nostrũ. Dei vero pax quę illic est erga eos, & nostrũ & illorũ intellectũ sine dubitatione prœcellet. De ipso q̃ppe beata est rationalis creatura q̃cunq; beata est, nõ ipse de illa: vnde secdum hoc melius accipit qd' scriptũ est, Pax Dei quę prœcellit omnẽ intellectũ: vt in eo quod dicit, oẽm, nec ipse intellectus sanctorum Angelorum esse possit exemptus, sed Dei solius. Neque enim & ipsius intellectũ pax eius excellit.

2. Corin. 13.

Quomodo per speculũ scripturas & p̃ ęnigma creaturas hęs ab Au. 15. de trinitate cap. 9. in 3. Tomo.

Pax Dei Phil. 4.

CONCORDANT aũt Angeli nobiscũ etiã nũc cũ remittuntur nostra peccata. Ideo post commemorationẽ sanctæ ecclesię in ordine confessionis ponitur, remissio peccatorũ. Per hanc enim stat ecclesia quæ in terris est, per hanc non perit quod perierat, & inuentum est. Excepto quippe baptismatis munere, quod contra originale peccatũ donatũ est, vt qd' generatione attractũ est, regeneratione detrahatur, & tamẽ actiua quoque peccata quæcunque corde, ore, opere commissa inuenerit, tollit: hac

Remissio peccatorum.

CAP. LXIIII.

hac ergo excepta magna indulgentia, vnde incipit hominis renouatio, in qua soluitur omnis reatus & ingeneratus & additus, ipsa etiam vita cętera iã ratione utẽtis gratis, quantalibet prœpolleat fœcunditate iustitiæ, sine remissione peccatorum non agitur. Quoniam filij Dei quandiu mortaliter viuunt, cum morte confligunt. Et quanuis de illis sit veraciter dictum, Quotquot spiritu Dei aguntur, hij filij sunt Dei: sic tamen spiritu Dei excitantur & tanquam filij Dei proficiunt ad Deum ut etiam spiritu suo, maxime aggrauante corruptibili corpore, tanquam filij hominum quibusdam moribus humanis deficiant ad seipsos & ideo peccent. Intereſt quidem quantum satis dicitur. Neque enim quia peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Itaq; sanctorum omnium vitam, quandiu in hac morte vluitur, inueniri posse dicimus sine crimine: peccatum aũt si dixerimus, qa nõ habemus, vt ait sanctus Apostolus: nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est.

Roma. 8.

Crimen. Peccatum.

De hoc fusius i cõcil. mileuitano c. 5. & 6. in 1. To. cõci. 1. Ioan. 1.

SED neque de ipsis criminibus quantlibet magnis remittendis in sancta ecclesia, Dei desperanda est misericordia agentibus pœnitentiam secundum modum sui cuiusque peccati. In actione autem pœnitentię, vbi tale crimen commissum est, vt is qui commisit a Christi etiam corpore separetur, non tam cõsideranda est mensura tẽporis quam doloris, Cor enim contritum & humiliatũ Deus non spernit. Verum quia plerunq; dolor alterius cordis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam p verba vel quęcunq; alia signa procedit, cum sit coram illo cui dicitur, Gemitus meus a te non est absconditus: recte constituuntur ab hijs qui ecclesię prœsunt tempora pœnitentię, vt fiat etiam satis ecclesię, in qua remittuntur ipsa peccata: Extra eam quippe non remittuntur. Ipsa nanque proprie Spiritum Sanctum pignus accepit, sine quo non remittuntur vlla peccata, ita vt quibus dimittuntur consequantur vitam æternam.

Pœnitentia. CAP. LXV.

In pœnitẽtia nõ tã cõsiderãda ẽ mensura tpis, q̃ doloris. Ps. 50.

In ecclesia dimittuntur peccata per spiritum sanctum idẽ in lib. 50. homiliarum homil. 23. in Tom. 9. Eph. 1.

Iudicium futurum peccatis pœnam præscribet.

CAP. LXVI.

MAGIS enim propter futurum iudicium fit remissio peccatorum. In hac autem vita vsqueadeo valet qd' scriptum est, Graue iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturę in matrem omnium: vt etiam paruulos videamus post lauacrum regenerationis diuersorum malorum afflictione cruciari: vt intelligamus, totum quod salutaribus agitur sacramentis, magis ad spem futurorum bonorum, quam ad retentionem vel adeptionem prœsentium pertinere. Multa etiam mala hic videntur ignosci & nullis supplicijs vindicari, sed eorum pœnę reseruãtur in posterum.

Eccli. 40.

sterum. Neq; enim frustra ille proprie dicitur dies iudicij, quando venturus est iudex viuorum atq; mortuorum. Sicut econtrario vindicantur hic aliqua, & tamen si remittuntur, profecto in futuro seculo non nocebunt. Propterea de quibusdam temporalibus pœnis quæ in hac vita peccantibus irrogantur, eis quorum peccata delentur ne reseruentur in finem, ait Apostolus, Si enim nosmetipsos iudicaremus, Domino iudicaremur. Cum iudicamur autem a Domino, corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.

1.Corin.11.

Titulus fidei an sit, pfuturus.

CAP. LXVII.

CREDVNTVR autem a quibusdam etiam ij qui nomen Christi non relinquunt, & eius lauacro in ecclesia baptizantur, nec ab ea vllo schismate vel hæresi præciduntur, in quantislibet sceleribus viuant, quæ nec diluant pœnitendo, nec eleemosynis redimant, sed in eis vsque ad huius vitæ vltimum diem pertinacissime perseuerent, salui futuri per ignem: licet pro magnitudine facinorum flagitiorumq; diuturno, non tamen æterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, & tamē catholici sunt humana quadam beneuolentia mihi falli uidentur. Nā scriptura diuina aliud consulta respondet. Librum autem de hac quæstione scripsi, cuius titulus est de fide & operibus. Vbi secundum scripturas sanctas, quantum Deo adiuuante potui, demonstraui eam fidem saluos facere, quam satis euidenter expressit Paulus Apostolus dicens, in Christo enim Iesu neque circumcisio quicquā valet, neq; præputium, sed fides quæ bene per dilectionem operatur. Si autem male & non bene operatur, procul dubio secundum Apostolum Iacobum, mortua est in semetipsa. Qui rursus ait, Si fidem dicat se quisquam habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Porro autem si homo sceleratus propter fidem solam per ignem saluabitur, & sic est accipiendum quod ait beatus Paulus Apostolus, Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: poterit ergo saluare sine operibus, fides, & falsum erit quod dixit eius coapostolus Iacobus. Falsum erit & illud quod idē ipse Paulus dixit, Nolite, inquit, errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; maledici, neq; ebriosi, neq; rapaces regnū Dei possidebūt. Si.n.et in istis perseuerantes criminibus, tamen propter fidem Christi salui erunt, qūo in regno Dei non erunt.

Ca.14.15.& 16

Gal.5.

Q. ūo opa laudāda ex fūdamē. Iac.2. to fidei, & fides sine opib. mortua, hēs ab Au. in p̄ia. P.31. in To.8. & in fine huius.1. T. opu.

1.Corin.6.

Purgatorium.

Per ignē sanari.

CAP. LXVIII.

SED quia hæc apostolica manifestissima & apertissima testimonia falsa esse non possunt, illud quod obscure dictum est de ijs qui superædificant supra fundamentum quod est Christus, non aurum, non argentum, non lapides pretiosos, sed ligna, fœnum, stipulam; de his enim dictum

dictum est quod per ignem salui erunt, quoniam fundamenti merito non peribunt: sic intelligendum est, vt ijs manifestis non inueniatur esse contrarium. Ligna quippe & fœnum & stipula non absurde accipi possunt rerū secularium quanuis licite concessarum, tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore non possint. Cum autē iste dolor vrit, si Christus in corde fundamenti locum habet, id est Vt ei nihil anteponatur, & malit homo qui tali dolore vritur, rebus quas ita diligit magis carere q̄ Christo per ignem fit saluus. Si autem res huiusmodi temporales ac seculares tempore tentationis maluerit tenere quam Christum, eum in fundamento non habuit: qa hæc priore loco habuit cum in ædificio prius non sit aliquid fundamento. Ignis enim de quo locutus est eo loco Apostolus Paulus, talis debet intelligi, vt ambo per eum transeant, id est & qui ædificat supra hoc fundamētum aurum, argentum, lapides pretiosos: & qui ędificat ligna, fœnum, stipulam. Cùm enim hoc dixisset, adiunxit: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus autem exustum fuerit, damnum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignē. Non ergo vnius eorum, sed vtriusque opus ignis probabit. Est quidem ignis tentatio tribulationis, de quo aperte alto loco scriptum est. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit quod Apostolus dixit, si accidat duobus fidelibus: vni scilicet cogitanti quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo, hoc est ædificanti super Christum fundamentum, aurum, argentum, lapides pretiosos: alteri autem cogitanti ea quę mundi sunt, quomodo placeat vxori, id est ædificanti super idem fundamentum, ligna, fœnum, stipulam. Illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit quorum amissione crucietur. Exuritur autem opus, huius, quoniam sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra cōditione proposita, eis potius carere malit quam Christo, nec timore amittendi talia deserit Christum, quanuis doleat dum amittit, saluus est quidem, sic tamen quasi per ignem. Quia vrit eum rerum dolor quas dilexerat amissarum, sed non subuertit neque consumit fundamenti stabilitate atque incorruptione munitum.

4.sent:dist.21.c. hic obiici.

Q. ūo pñtes tribulatiões ignis nūcupant q̄ hic vti i fornace aurū, pbamus, fusius hēs ab Au. i expositiõe ps. 29.in Tom.8.

Eccl.27.

1.Cor.7.

Sine dolore nō pereunt, q̄ cum amore possessa sunt.

Purgatorius ignis.

CAP. LXIX.

TALE aliquid etiam post hanc vitam fieri, incredibile non est, & Vtrum ita sit quæri potest. Et aut inueniri aut latere nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusue bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque saluari: non tamen tales de quibus dictum est, quod regnum Dei non possidebunt, nisi

Idē ab Aug. in expositione ps. primi &, 6. in To.8.

nisi conuenienter pœnitentibus eadē crimina remittantur. Conuenienter autem dixi, ut steriles in eleemosynis non sint, quibus tantum tribuit scriptura diuina, ut earum tantummodo fructum se imputaturum prænuncier Dominus dextris, & earum tātūmodo sterilitatē sinistris, quādo his dicturus est, Venite benedicti patris mei, percipite regnū Dei. Illis aūt, Ite maledicti in ignē eternū.

Mat.25.

Infanda crimina penitus reijcienda. CAP. LXX.

SANĒ cauendum est ne quisquam existimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetrāda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius quippe est uita mutanda, & per eleemosynas de peccatis preteritis est propitiandus Deus, non ad hoc emēdus quodāmodo, vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, quanuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur.

2.Cor.6.

Oratione dominica expiari leuiora peccata. CAP. LXXI.

DE quotidianis autē breuibus leuibusque peccatis, sine quibus hęc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorū est enim dicere, Pater noster qui es in cęlis, qui iam Patri tali regenerati sunt ex aqua et Spiritu Sācto. Delet omnino hęc oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa a quibus vita fidelium scelerate etiam gesta, sed pœnitendo in melius mutata discedit: si quemadmodū ueraciter dicitur, Dimitte nobis debita nostra quoniam non desunt quæ dimittantur, ita veraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: id est, si fiat quod dicitur: quia & ipsa eleemosyna est ueniam petenti homini ignoscere.

Mat.6.

Eleemosynarū genera. CAP. LXXII. Luc.11.

AC per hoc ad omnia quę utili misericordia fiunt, ualet, quod Dominus ait, Date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt uobis. Non solum autem qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo vestimentū, peregrinanti hospitiū, fugienti latibulū, ægro uel incluso uisitationē, captiuo redemptionē, debili subuectionē, cæco deductionem, tristi consolationem, non sano medelam, erranti uiam, deliberanti consiliū, & quod cuique necessariū est indigenti: uerum etiam & qui dat uenią peccāti eleemosynam dat: & qui emendat verbere in quē potestas datur, uel coercet aliqua disciplina, & tamen peccatū eius quo ab illo læsus est aut offensus, dimittit ex corde, uel orat ut ei dimittatur, non solum in eo quod dimittit atque orat, uerum etiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat, quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur inuitis, quāndo eorum consulitur utilitati non uoluntati: quia ipsi sibi inueniuntur esse inimici, amici uero eorum potius illi quos inimicos putant, & redunt errando mala pro bonis, cum reddere mala Christianus non debeat pro

Dist.45, cap. & qui emendat.

4.sent. dist.15. ca.his responderi.

Multa bona dāntur inuitis, qñ

malis. Multa itaq; sunt genera eleemosynarum, quæ cū facimus, adiuuamur ut dimittant nobis nr̄a peccata.

SED ea nihil est maius, qua ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccauit. Minus enim magnum est erga eum esse beneuolum, siue etiam beneficum qui tibi mali nihil fecerit. Illud multo grandius & magnificentissimæ bonitatis est, vt tuum quoque inimicum diligas, & ei qui tibi malum uult, & si potest facit, tu bonum semper velis, faciasque cum possis, illius memor exempli qui in cruce pendens pro suis exorat persecutoribus, suosque admonuit dicens, Diligite inimicos uestros * benefacite eis q̄ vos oderūt, & orate pro eis qui vos persequūtur. Sed quoniam perfectorum sunt ista filiorum Dei, quo quidem se debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc affectum orando Deum secumque agendo luctandoque perducere: tamen quia hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non est, quantam credimus exaudiri cum in oratione dominica dicitur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, procul dubio verba sponsionis huius implentur, si homo qui nondum ita profecit ut iam diligat inimicum, tamen quando rogatur ab homine qui peccauit in eum, ut ei dimittat, dimittit ex corde: quia etiam sibi roganti uult utique dimitti, cum orat & dicit, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: id est, sic dimitte nobis debita nostra rogantibus nobis, sicut & nos dimittimus rogantibus debitoribus nostris.

corum consulit utilitati & non uoluntati Diligere inimicum. CAP. LXXIII. 3.sent. dist.30. capi.hic solet.

Mat.5. * Bene uouemini, ceuouentibus uos.

Mat.6. Dimitere ex corde debemus debita roganti ut quod supplicamus obtinere ualeamus. nam apud homines beneficio rescripti carebit, hoc est, nihil ei proest, quod falsa supplicatione impetrauit. si dignoscitur quod in sua supplicatione mentitus sit sed apud deum qui corda scrutatur, intus. impetramus, si uere inimicis non dimittimus. sup. euang. Ioan. trac. 7. in. To. 9.

IAM vero qui cum in quem peccauit hominem rogat, si peccato suo mouetur ut roget, non est adhuc deputandus inimicus, ut eum diligere sit difficile, sicut difficile erat quando inimicitias exercebat. Quilquis autem roganti & peccati sui pœnitenti non ex corde dimittit, nullo modo existimet a Domino sua peccata dimitti, quoniam mentiri ueritas non potest. Quem uero lateat Euangelij auditorem siue lectorem, quis dixerit? Ego sum veritas? Qui cum docuisset orationem, hanc in ea positam sententiam uehementer commendauit dicens, Si enim dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet & uobis Pater uester cœlestis delicta uestra, si autē nō dimiseritis hominibus, nec Pater uester dimittet uobis peccata uestra. Ad tam magnū tonitruū qui non expergiscitur, non dormit, sed mortuus est; & tamen potens est ille etiam mortuos suscitare.

Peccata non dimittentes CAP. LXXIIII.

Ioan.4.

Mat.6.

SANE

Eleemosynę sce lerate viuẽtiũ. CAP. LXXV.

Luc.11.

SANE qui sceleratissime viuunt, nec curant talem vi tam moresq; corrigere, & inter ipsa facinora & flagitia sua eleemosynas frequẽtare non cessant, frustra sibi ideo blandiũtur, quoniam Dominus ait, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Hoc enim quam late pateat, non intelligunt. Sed vt intelligant, attẽdant quibus dixerit. Nempe in Euangelio sic scriptum est: Cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisęus vt pranderet apud se, & ingressus recubuit. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium? Et ait Dominus ad illũ. Nunc vos Pharisęi quod de foris est calicis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nonne qui fecit id quod foris est, etiã id quod intus est fecit? Videte vt etiam id quod intus est mundũ fiat. Veruntamen quod supereſt, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Ita ne hoc intellecturi sumus, vt Pharisæis non habentibus fidem Christi, etiam si non in eum crediderint, nec renati fuerint ex aqua & Spiritu Sancto, munda sint omnia tantum si eleemosynas dederint, sicut isti eas dandas putant: cũ sint immundi omnes, quos non mundat fides Christi, de qua scriptum est, Mundans fide corda eorum, & dicat Apostolus, Immundis autem & infidelibus nihil est mundum, sed pollutasunt eorum & mens & conscientia. Quomodo ergo Pharisæis omnia munda essent si eleemosynas darent, & fideles non essent? Aut quomodo fideles essent si in Christum credere atque in eius renasci gratia noluissent? Et tamen verũ est quod audierant, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

Baptizatus eẽt pro lauisset.

4.sen.dist.15. c. his responderi.

Immũdi oẽs q̃s, nõ mũ dat fi- Act.15
des chri Tit. 1.
sti, & illorũ opa imũda. Idẽ in de spiritu & litera ca.28.in To.3. & in.3.To.horum opusc. Luc.11.

QVI autẽ vult eleemosynam ordinate dare, a seipso debet incipere, & eam sibi primum dare. Est enim eleemosyna opus misericordiæ, verissimeq; dictum est, Miserere animę tuę placens Deo. Propter hoc renascimur, vt Deo placeamus, cui merito displice quod nascendo contraximus. Hæc est prima eleemosyna quam nobis dedimus, quoniam nosipsos miseros per miserantis Dei misericordiam requisiuimus iustum iudicium eius confitentes, quo miseri effecti sumus, de quo dicit Apostolus, Iudicium quidem ex vno in condemnationem. Et magnæ charitati eius gratias agentes de qua idem ipse dicit gratiæ prædicator, Commendat autem suam dilectionem Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus. Christus pro nobis mortuus est: vt & nos veraciter de nostra miseria iudicantes, & Dei charitatem quam donauit ipse diligentes, pie rectęque viuamus. Quod iudicium & charitatem Dei cum Pharisæi præterirent, decimabant tamen propter eleemo-

Ordo charitatis & misericordię. CAP. LXXVI.

displicet.

Roma.5.

eleemosynas quas faciebant etiam quęque minutissima fructuum suorum: & ideo non dabant eleemosynas a se ipsis incipientes, secumque prius misericordiam facientes, sicut isti eas dandas putant. Propter quem dilectionis ordinem dictum est, Diliges proximum tuum sicut Deut.6.
teipsum. Cum ergo increpasset eos quod foris ecus se Mat.22.
lauabant, intus autem rapina & iniquitate pleni essent, Rom.13.
admonens quandam eleemosynam quam sibi homo primitus debet dare, et interiora mundare: Veruntamen, inquit, quod supereſt, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Deinde vt ostẽderet quid admonuisset, & quid ipsi facere non curarent, ne illum putarent eleemosynas eorum ignorare, sed væ vobis, inquit, Pharisæis: tanquam diceret, Ego quidem commonui vos ad eleemosynam dandam per quam vobis omnia Mat.23.
munda sint, sed vę vobis qui decimatis mentham, & Luc.11.
rutam & omne olus: has enim noui eleemosynas vestras, ne de illis me vos nunc admonuisse arbitremini: & pręteritis iudicium & charitatem Dei, qua eleemosyna possetis ab omni inquinamento interiori mundari vt vobis munda essent & corpora quę lauatis: hoc est enim omnia, & interiora scilicet & exteriora. Sicut ali- Mat.23.
bi legitur, Mundate quæ intus sunt, & quæ foris sunt Luc.11.
munda erunt. Sed ne istas eleemosynas quæ fiunt de fructibus terræ, respuisse videretur: Hæc, inquit, oportuit 4.sen.dist.15.c.
facere, id est iudiciũ & charitatem Dei: & illa non omit his responderi.
tere, id est eleemosynas fructuum terrenorum.

Non indulgẽdũ vitiis freto eleemosynis. CAP. LXXVII.

NON ergo se fallant, qui per eleemosynas quaslibet largissimas fructuum suorum vel cuiusque pecuniæ impunitatem se emere existimant in facinorum suorum immanitate ac flagitiorum nequitia permanendo: non solum enim hęc faciunt, sed ita diligunt. vt in eis semper optent tantum si possint impune versari. Qui autem di- Psal.10.
ligit iniquitatem, odit animam suam: & qui odit animã Qui odit animã
suam, non est misericors sed crudelis. Diligendo eam suã, crudelis ẽ.
quippe secundum seculum, odit eam secundum Deum. Si ergo vellet ei dare eleemosynam, per quam munda illi essent omnia, odisset eam secundum seculum & diligeret eam secundum Deum. Nemo autem dat eleemosynã quamliber, nisi vnde det ab illo accipiat qui non eget: et ideo dictum est, Misericordia eius præueniet me. Psal.58.

Peccata leuia. CAP. LXXVIII.

QVAE sint autem leuia & quæ grauia peccata, non humano, sed diuino sunt pensanda iudicio. Videmus enim quædam ab ipsis quoque Apostolis ignoscendo fuisse concessa: quale illud est quod venerabilis Paulus coniugibus ait, Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus vt vacetis orationi: & iterum ad ipsum reuertimini, ne vos tentet satanas propter incontinentiã I.Corin.7.
vestram

Vestram: quod putari posset non esse peccatum, miscet scilicet coniugi non filiorum procreandorum causam, quod bonum est nuptiale, sed carnalis etiam voluptatis: vt fornicationis, siue a dulterii, siue cuiusquam alterius immunditię mortiferum malum, quod turpe est etiã dicere, quo potest tentante satana libido pertrahere, incontinentium deuitet infirmitas. Posset ergo (vt dixi) hoc putari non esse peccatum, nisi addidisset: Hoc autẽ dico secundum veniam, non secundum imperium. Quis autem iam esse peccatum neget, cum dari veniam faciens tibus apostolica authoritas fateatur? Tale quiddam est, vbi dicit, Audet quisquam vestrum aduersus alterum negocium habens iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Et paulo post, Secularia igitur iudicia si habueritis, inquit, eos qui contemptibiles sunt in ecclesia, hos collocate ad iudicandum. Ad reuerentiam vobis dico. Sic non est inter vos quisquam sapiens qui possit inter fratrem & fratrem iudicare: sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Nam & hic posset putari iudicium habere aduersus alterum non esse peccatum, sed tantummodo id extra ecclesiam velle iudicari, nisi secutus adiungeret: iam quidem omnino delictũ est inter vos, quia iudicia habetis vobiscum. Et ne quisquam hoc ita excusaret, vt diceret iustum se habere negocium, sed iniquitatem se pati, quam velit a se iudicum sententia remoueri: continuo talibus cogitationibus vel excusationibus occurrit atq; ait, Quare non magis iniquitatem patimini? Quarè non potius fraudamini? Vt ad illud redeatur quod Dominus ait, Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi & palium. Et alio loco, Qui abstulerit, inquit, tua noli repetere. Prohibuit itaque suos de secularibus rebus cum aliis hominibus habere iudiciũ. Ex qua doctrina dicit Apostolus esse delictum, Tamen cum finit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres, fratribus iudicantibus, extra ecclesiam vero terribiliter vetat: manifestum est etiam hic quid secundum veniam concedatur infirmis. Propter hęc atque huiusmodi peccata et alia licet iis minora, quę fiunt verborum & cogitationum offensionibus, apostolo Iacobo constente ac dicente, In multis enim offendimus omnes: oportet ut quotidie credroq; oremus Dominum atq; dicamus, Dimitte nobis debita nostra: nec in eo quod sequitur mentiamur, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

1. Corin. 6.

Christiani non debẽt habere iudicia ad inuicẽ.

Mat. 5.

Luc. 6.

2. Cor. 6.

Iaco. 3.
Mat. 6.

Quę leuia, videtur esse interdũ grauissima.

CAP. LXXIX.

SVNT autem quędam quæ leuissima putarentur, nisi in scripturis demonstrarentur opinione grauiora. Quis enim dicentem fratri suo, fatue, reum gehennæ putaret, nisi veritas diceret? Cui tamen vulneri subiecit contemnuo

nuo medicinam, præceptum fraternæ reconciliationis adiungens. Mox quippe ait, Si ergo offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, &c. Aut quis æstimaret quam magnum peccatum sit: dies obseruare & menses & annos & tempora: sicut obseruant qui certis diebus siue mensibus siue annis volunt vel nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum vanas doctrinas hominum fausta vel infausta existiment tempora: nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus, qui talibus ait, Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis.

Mat. 5.

Magnũ peccatũ obseruare dies, menses, & ãnos & tempora.

Gal. 4.

HINC accidit, quod peccata quanuis magna & horrenda cum in consuetudinem venerint, aut parua aut nulla esse creduntur: vsqueadeo vt non solum non occultanda, verum etiam iam prædicanda ac diffamanda videantur: quando sicut scriptum est, Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Talis in diuinis libris iniquitas & clamor vocatur, Sicut habes apud Esaiam prophetam de vinea mala: Expectaui, inquit, ut faceret iudicium, fecit autem iniquitatem, & non iustitiam, sed clamorem. Vnde est illud in Genesi, Clamor Sodomorum & Gomorrheorũ multiplicatus est. Quia non solum iam apud eos non puniebantur illa flagitia, verum etiam publice velut lege frequentabantur. Sic nostris temporibus ita multa mala, & si non talia, in apertam cõsuetudinem iam uenerunt, vt pro his non solum excommunicare aliquem laicum non audeamus, sed nec clericum degradare. Vnde cum exponerẽ ante aliquot annos epistolã ad Galatas, in eo ipso loco vbi ait Apostolus, Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis: exclamare cõpulsus sum, Vę peccatis hominũ q̃ sola inusitata exhorrescimus vsitata vero

Vsu peccata leuia videntur ẽt horrenda.

CAP. LXXX.

Psal. 9.

Esa. 5

Gen. 18.

Gal. 4.

Sola peccata in usitata exhorrescimus.

P quibus abluendis filii Dei sanguis effusus est, quãtã magna sint, vt omnino claudi cõtra esse faciãt regnũ Dei, sępe videndo oĩa tolerare, sępe tolerando nõnulla etiã facere cogimur. Atq; vtinã o Domine nõ omnia, q̃ nõ poterimus, phibere, faciamus. Sed videro vtrum me immoderatus dolor incaute aliquid cõpulerit dicere.

HOC nunc dicam quod quidem & in aliis opusculorum meorum locis sæpe iã dixi. Duabus ex causis peccamus: aut non videndo quid facere debeamus, aut nõ faciendo quod debere fieri iã videmus. Quorum duorũ illud ignorantię malum est, hoc infirmitatis. Contra quę quidem pugnare nos conuenit, sed profectò vincimur, nisi diuinitus adiuuemur, Vt non solum videamus quid faciendum sit, sed etiam accedente sanitate delectatio iustitiæ vincat in nobis earum rerum delectationes, quas vel habere cupiendo, vel amittere metuendo sciẽtes

Peccati causæ duę.

CAP. LXXXI.

Aliud ignorantię, aliud vero infirmitatis esse malum.

scientes videntesque peccamus: iam non solum peccatores, quod eramus etiam cùm per ignorantiam peccabamus, verum etiam legis prævaricatores, cùm id non facimus quod faciendum iã esse nouimus, uel facimus quod non faciendum esse iam scimus. Quapropter non solum si peccauimus vt ignoscat, propter quod dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: verum etiam nè peccemus vt regat, propter quod dicimus, Ne nos inferas in tentationem: ille rogandus est cui dicitur in Psalmo, Dominus illuminatio mea & salus mea: vt illuminatio detrahat ignorantiam, salus infirmitatem.

Mat.6.

Psal.26.

Misericordia Dei necessaria vbique. CAP. LXXXII.

NAM & ipsa pœnitentia quando digna causa est secundum morem ecclesiæ vt agatur, plerunque infirmitate non agitur: quia & pudor timor est displicendi, dum plus delectat hominum æstimatio, quam iustitia qua se quisque humiliat pœnitendo. Vnde non solum cum agitur pœnitentia, verum etiam vt agatur, Dei misericordia necessaria est. Alioquin non diceret Apostolus de quibusdam, Ne forte det illis Deus pœnitentiam. Et vt Petrus amare fleret, præmisit euangelium, & ait, Respexit eum Dominus.

2. Timo. 2. Luc. 22.

Peccatũ in Spiritũ Sanctum. CAP. LXXXIII. Mat. 12.

QVI vero in ecclesia remitti peccata non credens, contemnit tantam diuini muneris largitatem, & in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremisibili peccato in Spiritum Sanctum, in quo Christus peccata dimittit. De qua quæstione difficili in quodam propter hoc solum conscripto libello enucleatissime quantum potui disputaui.

De ỹbis Domini serm. 11. & in expositiõe quarundam propositionum epistolæ Pauli ad rom. & in expositione inchoata epist. Pauli ad Roma. in Tom. 4.

Carnis resurrectio. CAP. LXXXIIII.

IAM vero de resurrectione carnis non sicut quidam reuixere iterunque sunt mortui, sed in æternam vitam, sicut Christi ipsius caro resurrexit, quemadmodum possim breuiter disputare, & omnibus quæstionibus quæ de hac re moueri assolent satisfacere, non inuenio. Resurrecturam tamen carnem omnium quicunque nati sunt hominum atque nascẽtur, & mortui sunt atque morientur, nullo modo dubitare debet Christianus.

Fœtus abortiui CAP. LXXXV.

In. 4. sen. dis. 44 cap. illud etiã.

VNDE primo occurrit de abortiuis fœtibus quæstio qui iam quidem nati sunt in vteris matrum, sed nõdum ita vt iã possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de iis qui iam formati sunt, tolerari potest vt cuncque quod dicitur. Informes vero abortus quis non procliuius perire arbitretur, sicut femina quę concepta nõ fuerint? Sed quis negare audeat, etsi affirmare non audeat, id acturam resurrectionem, vt quicquid formę defuit impleatur? Atque ita non desit perfectio quę accessura erat tempore, quemadmodum non erunt vitia quę accesserunt tempore: vt neq; in eo quod aptum & congruum & dies allaturi fuerant, natura fraudetur: neque in eo quod aduersum atq; contrarium dies attulerant, natura turpetur: sed integretur quod nondũ erat integrum, sicut instaurabitur quod fuerat vitiatum.

Fœtus in vtero qñ viuere icipiat, & an ad resurrectionẽ mortuorũ ptineat si ibi moriat. CAP. LXXXVI.

AC per hoc scrupolosissime quidẽ inter doctissimos quęri ac disputari potest, quod vtrum ab homine inueniri possit ignoro, quando incipiat homo in vtero viuere. Vtrum sit quædam vita occulta, quæ nondum motibus viuentis appareat. Nam negare vixisse puerperia, quæ propterea membratim exsecantur & eijciuntur ex vteris prægnantium, ne matres quoque si mortua ibi relinquantur occidant, impudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo viuere, ex illo vtique iam mori potest. Mortuus vero, vbicunque illi mors potuit euenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat mortuorum, reperire non possum.

In. 4. sent. vbi supra.

Mõstrosi fœtus quo ad resurrectionẽ spectẽt. CAP. LXXXVII. 4. sent. dist. 44. cap. illud.

NEQVE enim & monstra quæ nascuntur & viuunt, quanlibet citò moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut ita vitiata resurrectura credenda sunt, ac non potius correcta, emẽdataq; natura. Absit enim vt illum bimembrem, qui nuper natus est in Oriente, de quo & fratres fidelissimi qui eum viderunt retulerunt, & sanctæ memoriæ Hieronymus presbyter scriptum reliquit: Absit, inquam, vt vnum hominem duplicem ac non potius duos, quod futurum fuerat, si gemini nascerentur, resurrecturos existimemus. Ita cætera quę singuli quiq; partus vel amplius vel minus aliquid habendo, vel quadã nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figuram resurrectionem reuocabuntur: ita vt singulæ animæ singula sua corpora obtineant, nullis cohærentibus etiam quæcunque cohærẽtia nata fuerant: sed seorsum sibi singulis sua membra gestantibus, quibus humani corporis completur integritas.

Hieronymus. In. 4. sent. vbi supra.

Instauratio carnis quocunque modo perierit. CAP. LXXXVIII. In. 4. sẽ. dis. 44. c. nõ. n. & Hugo lib. 2. de sacris. parte. 1. cap. 19.

NON autem perit Deo terrena materies de quo mortalium creatur caro: sed in quemlibet puluerem cinerẽue soluatur, in quoslibet halitus auraſque diffugiat, in quamcunq; aliorum corporum substantiam vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcunque animalium etiam hominum cibum cedat carnemq; mutetur, illi animę humanę puncto temporis redit, quæ illam primitus vt homo fieret, crescceret, viueret, animauit.

Supflua instauratis corporibus nõ accedẽt. CAP. LXXXIX.

IPSA itaque terrena materies, quæ discedente anima sit cadauer, non ita resurrectione reparabitur, vt ea quę dilabuntur, & in alias atq; alias aliarum rerum species formasque vertũtur, quamuis ad corpus redeant vnde

Universidad de Deusto Biblioteca

Similitudo.

dilapsa sunt, ad easdē quoq; corporis partes vbi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillis capitis redit quod tam crebra tonsura detraxit, si vnguibus quod toties dempsit exectio, immoderata & indecens cogitantibus & ideo resurrectionem carnis non credentibus occurrit informitas. Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli aut igne liquesceret, aut conteretur in puluerem, aut confunderetur in massam, & eam vellet artifex rursus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quæ particula materiæ cui membro statuæ redderetur, dum tamen totum ex quo cōstituta fuerat restituta resumeret: ita Deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex, de toto quo caro nostra constiterat, eam mirabili & ineffabili celeritate restituet. Nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem, vtrum capilli ad capillos redeant, & vngues ad vngues: ac quicquid eorum perierat mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur, curante artificis prouidentia ne quid indecens fiat.

Corporibus suis decor addet. CAP. XC.

NEC illud est consequēs, vt ideo diuersa sit statura reuiuiscentium singulorum, quia fuerat diuersa viuentium, aut marcri cum eadem macie, aut pingues cum eadē pinguedine reuiuiscant. Sed si hoc est in consilio creatoris, vt in effigie sua cuiusq; proprietas & discernibilis similitudo seruetur, in cæteris autem corporis bonis æqualia cuncta reddantur: ita modificabitur illa in vnoquoq; materies, vt nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuit ille suppleat, qui etiam de nihilo potuit quod voluit operari. Si autem in corporibus resurgentium rationabilis inequalitas erit, sicut est vocum quibus cantus impletur: hoc fiet cuique de materia corporis sui, quod & hominem reddat æqualem angelicis cœtibus, & nihil inconueniens eorum ingerat sensibus. Indecorum quippe aliquid ibi non erit: sed quicquid futurum est, hoc decebit, quia nec futurum est si non decebit.

In resurrectiōe nihil indecorū.

Resurgēt corpora omni vitio libera. CAP. XCI. 1. Cor. 15. In. 4. sen. di. 44 ca. hoc autem.

RESVRGENT igitur sanctorum corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate. In quibus tanta facilitas resurgendi, quanta fœlicitas erit. Propter quod & spiritalia dicta sunt, cùm proculdubio corpora sint futura, nō spiritus. Sed sicut nunc corpus animale dicitur, quod tamē corpus non anima est: ità tunc spiritale corpus erit, corpus tamē non spiritus erit. Proindē quantum attinet ad corruptionē, quæ nunc aggrauat animam, & ad vitia, quibus caro aduersus spiritum concupiscit, tunc non erit caro sed corpus, quia & cœlestia corpora perhibentur. Propter quod dictū est, Caro & sanguis regnū Dei non possidebunt, Et ītāquā exponēs quid dixerit, Neq; corruptio,

Gal. 4.

1. Corin. 15.

ruptio, inquit, incorruptionē possidebit. Quod prius dixit, caro & sanguis, hoc posterius dixit corruptio: & quod prius regnum Dei, hoc posterius incorruptionē. Quantum autē attinet ad substantiam, etiam tunc caro erit. Propter quod & post resurrectionē corpus Christi caro appellatum est. Sed ideo ait Apostolus, Seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale: quoniam tanta erit tunc concordia carnis & spiritus, viuificante spiritu sine sustentaculi alicuius indigentia subditam carnem, vt nihil nobis repugnet ex nobis, sed sicut foris neminē, ita nec intus nobis nos patiamur inimicos.

1. Corin. 15. De hoc fusius supra eūg. Io. trac. 41. in Tom. 9.

Corpora dānatorum. CAP. XCII. 1. Timo. 2. In 4. sen. di. 44 ca. de reprobis.

QVICVNQVE vero ab illa pditionis massa quæ facta est per hominem primum, non liberantur per vnū mediatorem Dei & hominum, resurgēt quidē etiam ipsi vnusquisq; cum sua carne, sed vt cum diabolo & angelis eius puniantur. Vtrum sane ipsi cum vitijs & deformitatibus suorum corporum resurgant, quicunq; in eis vitiosa & deformia membra gestarunt, inquirendo laborare quid opus est? Neq; enim fatigare nos debet incerta eorū habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna dannatio. Nec moueat quomodo in eis erit corpus incorruptibile si dolere poterit, aut quomodo corruptibile si mori non poterit. Non est enim vera vita, nisi vbi fœliciter viuitur: nec vera incorruptio, nisi vbi salus nullo dolore corrumpitur. Vbi autem infœlix mori non finit, vt ita dicā, mors ipsa non morit: & vbi dolor ppetuus nō iterimit sed affligit, ipsa corruptio nō finit. Hæc in sanctis scripturis secunda mors dicitur.

Nō ē ỹa vita nisi vbi felicit uiuitur & hęc ē vita ęterna, sup Euāge. Io. trac. 22. in Tom. 9. Roma. 1.

Infātiū cōditio. CAP. XCIII.

NEC prima tamen mors, qua suum corpus anima relinquere cogitur, nec secunda qua pœnale corpus animam relinquere non permittitur, homini accidisset, si nemo peccasset. Mitissima sanè omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum, quod originale traxerunt, nullum insuper addiderunt: & in cęteris qui addiderūt, tanto quisque tolerabiliorem ibi habebit damnationē, quanto hic minorem habuit iniquitatem.

2. sen. di. 33. capi. alioquin

Sāctis plenius' cognoscet bonitatem Dei. CAP. XCIIII.

REMANENTIBVS itaq; Angelis & hominibus reprobis in ęterna pœna, tunc sanctis scient plenius quid boni eis cōtulerit gratia. Tūc rebus ipsis euidētibus apparebit quod in psalmo scriptū est, Misericordiā & iudiciū cātabo tibi Dñe. Quia nisi p indebitā misericordiā nemo liberat, & nisi p debitū iudiciū nemo damnat.

Psal. 100.

Quę nūc occulta olim reuelabuntur. CAP. XCV. In de gra & lib. ar. ad Val. c. 22. & i de corre. &

TVNC non latebit quod nunc latet, cum de duobus paruulis vnus esset assumendus per Dei misericordiam, alius per iudicium relinquēdus, in quo is qui assumeretur agnosceret, quid sibi per iudicium deberetur nisi misericordia subueniret: cur ille potius quam iste fuerit assumptus, cum causa vna esset ambobus:

gra ca.8.& i de prædesti.& gra. cap.7.in To.7. et in .3 To.hom.opuſ. Mat.11.

cur apud quoſdã non factę ſunt uirtutes, quę ſi factę fuiſſent, egiſſent illi homines pœnitẽtiã, & factę ſint apud eos qui non fuerant crediturí. Apertiſsime nanq; Dominus dicit, Væ tibi Corozaim, & uę tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factę fuiſſent uirtutes quæ factę ſunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Nec utique Deus iniuſte noluit ſaluos fieri, cum poſſent ſalui eſſe ſi uellent. Tunc in clariſsima luce ſapientię uidebitur quod nunc piorum fides habet, antequam manifeſta cognitione uideatur, quam certa & immutabilis & efficaciſsima ſit uoluntas Dei, quam multa poſsit & nõ uelit, nihil autẽ uelit quod nõ poſsit: quamque ſit uerum quod in pſalmo canitur: Deus autẽ noſter in cœlo ſurſum, in cœlo & in terra omnia quæcũque uoluit fecit. Quod utiq; nõ eſt uerum, ſi aliqua uoluit & nõ fecit. Et quod eſt indignius ideo non fecit quoniam ne fieret quod uolebat omnipotens, uoluntas hominis impediuit. Non ergo fit aliquid niſi omnipotens fieri uelit, uel ſinendo ut fiat, uel ipſe faciendo.

Pſal.113. 1.ſen.dict.46.c. nũc uidetur. 1.ſent.diſt.45. cap.permiſſio

Omnipotẽs Deus.CAP. XCVI. 1.ſen. diſt. 46. cap.qui enim.

NEC dubitandum eſt Deum facere bene etiam ſinendo fieri quecunq; fiunt male. Non enim hoc niſi iuſto iudicio ſinit. Et profectò bonũ eſt omne quod iuſtum eſt. Quanuis ergo ea quæ mala ſunt, inquantum mala ſunt non ſint bona: tamen ut non ſolum bona ſed etiam ſint & mala, bonum eſt. Non niſi eſſet hoc bonum ut eſſent & mala, nullo modo eſſe ſinerentur ab omnipotente bono. Cui procul dubio quam facile eſt quod uult facere, tam facile eſt quod non uult eſſe, non ſinere. Hoc niſi credamus, periclitatur ipſum noſtræ fidei cõfeſsionis initium, qua nos in Deum Patrem omnipotentem credere cõfitemur. Neque enim ueraciter ob aliud uocatur omnipotẽs, niſi qa qcquid uult poteſt, nec uolũtate cuiuſpiã creaturæ uoluntatis omnipotentis impeditur effectus.

1.ſen.diſt.42.c. ex quibuſdam

De ſaluãdis & perdendis uolũtate. Dei. CAP. XCVII. 1.Thi.2.

QVAMOBREM videndum eſt quemadmodum ſit de Deo dictum, quia & hoc Apoſtolus ueriſsime dixit, quia omnes homines uult ſaluos fieri. Cùm enim nõ omnes, ſed multo plures non fiunt ſalui, uidetur utiq; non fieri quod Deus ult fieri, humana ſcilicet uoluntate impedięte uoluntatem Dei. Quãdo enim quæritur cauſa, cur non omnes ſalui fiant, reſponderi ſolet, quia hoc ipſi nolunt. Quod quidem de paruulis dici non poteſt, quorum nondum eſt uelle, ſeu nolle. Nam quod infantili motu faciunt ſi eorum uoluntati iudicaretur eſſe tribuendũ quando baptizantur, cum reſiſtunt quantum poſſunt, etiam nolentes ſaluos eos fieri diceremus. Sed apertius Dominus in euangelio compellẽs impiam ciuitatẽ: Quoties inquit, uolui colligere filios tuos ſicut gallina pullos ſuos & noluiſti; tanquam Dei uoluntas ſuperata ſit hominum

1.ſen.diſt.46. cap.1.&.2. Mat.23.

minum uoluntate, & infirmiſsimis nolendo impedientibus non potuerit facere potentiſsimus quod uolebat. Et ubi eſt illa omnipotentia qua in cœlo & in terra omnia quecunqne uoluit fecit, ſi colligere filios Hieruſalem uoluit & non fecit? An potius & illa quidem filios ſuos ab ipſo colligi noluit, ſed ea quoquè nolente filios eius collegit ipſe quos uoluit: quia in cœlo & in terra non quædam uoluit & fecit, quædam uero uoluit & non fecit, ſed omnia quæcunque uoluit fecit.

Pſal.113.

Gratia & prædeſtinatio. CAP. XCVIII.

QVIS porro tã impie deſipiat ut dicat Deum malas hominum uolũtates quas uoluerit, quando uoluerit, ubi uoluerit, in bonũ nõ poſſe conuertere? Sed cũ facit, per miſericordiam facit: cum autem non facit: per iudicium non facit. Quoniam cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. Quod cum diceret Apoſtolus, gratiam commendabat, ad cuius commendationem de illis in Rebeccæ utero geminis fuerat iam locutus: quibus nõdum natis, nec aliquid agentibus boni ſeu mali, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus ſed ex vocante dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori. Propter quod adhibuit alterum propheticum teſtimonium ubi ſcriptũ eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Sentiens autem quemadmodum poſſet hoc quod dictum eſt permouere eos quí penetrare intẽlligendo non poſſunt hanc altitudinem gratiæ, Quid ergo dicemus ait? Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Abſit. Iniquum enim uidetur ut ſine ullis bonorum malorumue operum meritis unum Deus diligat, odiatque alterum. Qua in re ſi futura opera uel bona huius uel mala illius, quæ Deus uti que præſciebat, uellet intelligi, nequaquam diceret, non ex operibus, ſed diceret, ex futuris operibus, eoq; modo iſtam ſolueret quæſtionnem: imo nullam quam ſolui opus eſſet facere quęſtionẽ. Nunc uero cũ reſpõdiſſet, abſit, id eſt abſit ut ſit iniqtas apud Deũ, mox ut parabaret nulla hoc iniquitate Dei fieri, inquit, Moyſi enim dicit, Miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiã præſtabo cui miſericors fuero. Quis enim, niſi inſipiens Deũ iniquũ putet, ſiue iudicium pœnale ingerat digno, ſiue miſericordiam præſtet indigno? Denique infert & dicit. Igitur non uolentis, neq; currentis, ſed miſerẽtis eſt Dei. Ambo itaq; gemini natura filij irę naſcebantur, nulliſ quidẽ operibus propriis, ſed originaliter ex Adã uinculo dãnationis obſtricti. Sed qui dixit, miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericors fuero, Iacob dilexit per miſericordiam gratuitam Eſau autem odio habuit per iudicium debitum. Quod cum deberetur ambobus, in altero alter agnouit non de ſuis diſtantibus meritis ſibi eſſe gloriandum, quod in eadem

Exod.3. Roma.9. Ephe.2. Malachi.1: Ro.9.

causa idem supplicium non incurrit, sed de diuinæ gratiæ largitate, quia non volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Altissimo quippe ac saluberrimo sacramento vniuersa facies, atq; (vt ita dixerim) vultus sanctarum scripturarum bene intuentes id admonere inuenitur, vt qui gloriatur in Domino glorietur.

Hiere.9. 1.Corin.1.&2. Corin.10. Misericordia & iudicium Dei.

CAP. XCIX.

QVVM autem Apostolus misericordiam Dei commendasset in eo quod ait, Igitur non volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei: deinde vt etiam iudicium commendaret, quoniam in quo non fit misericordia, non iniquitas fit, sed iudicium, non est quippe iniquitas apud Deum: continuo subiecit atq; ait, dicit enim scriptura Pharaoni, quia ad hoc te excitaui, vt ostendam in te potentiam meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Quibus dictis ad vtrunq; concludens, id est ad misericordiam & ad iudicium inquit, ergo cuius vult miseretur Deus, & quem vult obdurat. Miseretur, scilicet magna bonitate, obdurat nulla iniquitate, vt nec liberatus de suis meritis glorietur, nec damnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola enim gratia redemptos discernit a perditis, quos in vnam perditionis concreuerat massam ab origine ducta causa communis. Hoc autē qui eo modo audit vt dicat, quid adhuc cōqueritur? Nā voluntati eius quis resistit? tanquam propterea malus non videatur esse culpandus, quia Deus cuius vult miseretur, & quem vult obdurat: absit vt pudeat nos hoc respondere, quod respōdisse videmus Apostolum, O homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidē vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Hoc enim loco quidam stulti putant Apostolum in responsione defecisse, & inopia reddendæ rationis repressisse contradictoris audaciam. Sed magnum habet pondus quod dictum est, O homo tu quis es? Et in talibus quæstionibus ad suæ capacitatis considerationem reuocat hominem verbo quidem breui, sed re ipsa magna est reddicio rationis. Si enim non capit hæc, quis est qui respōdeat Deo? Si autem capit, magis non inueniet quid respondeat. Videt enim si capit, vniuersum genus humanum tam iusto iudicio diuino in apostatica radice damnatum, vt etiam si nullus inde liberaret, nemo rectē posset Dei vituperare iustitiā: & qui liberant, sic oportuisse liberari: vt expluribus nō liberatis, atq; in damnatione iustissima derelictis, ostenderet qd meruisset vniuersa conspersio, & q̄ etiam istos debitū iudiciū Dei duceret, nisi eius indebita misericordia subueniret: vt volētiū de suis meritis gloriari, omne os obstruat, & qui gloriat in Domino glorietur.

Exod.9.

De hoc fusius ī de pdest. & gra c.1. & 2. & 3. in To.7. & i.3. T. horum opuscu. Roma.9.

Lib.15. de ciui. dei c.2. ī To.3.

Hiere.9. &.1: Corin.1. 2. Corin.10.

HAEC

HAEC sunt magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius: & tam sapienter exquisita, vt cum angelica & humana creatura peccasset, id est non quod ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creaturæ voluntatem, qua factū est quod creator noluit, impleret ipse quod voluit: bene vtens & malis tanquā sum me bonus, ad eorum damnationem quos iustē prædestinauit ad pœnam, & ad eorum salutē quos benignē prædestinauit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt: quantum verò ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere valuerunt. Hoc quippe ipso quod contra voluntatem Dei fecerunt, de ipsis facta est voluntas eius. Propterea nanque magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius, vt miro & ineffabili modo non fiat pter eius voluntatē, quod est contra eius fit voluntatem: quia non fieret si non sineret: nec vtique nolens sinit, sed volens. Nec sineret bonus fieri male, nisi omnipotens etiam de malo facere posset bene.

Nihil fit cōtra volūtatē Dei.

CAP. C.

1.sen.dis.47.c. 1.&2.& Au.ī de pdest.san.c. 16.& sup Psal. 110.in Tom.8. Prædestinatio duplex ad pœnā & ad gratiā idē in de pdest. Dei c.vl.ī T.7 Psl.110.

Bona voluntas, alia Dei, alia hominis: CAP. CI.

ALIQVANDO autem bona voluntate homo vult aliquid quod Deus non vult, etiam ipse bona multo amplius multoq; certius voluntate: nam illius mala voluntas esse nunquam potest. Tanquam si bonus filius patrē velit viuere, quem Deus bona voluntate vult mori. Et rursus fieri potest, vt hoc velit homo volūtate mala qđ Deus vult bona: velut si malus filius velit mori patrē, velit hoc etiam Deus. Nempe ille vult quod non vult Deus, iste vero id vult, quod vult & Deus, & tamen bonæ voluntati Dei pietas illius potius consonat, quamnis aliud volentis, quam huius idem volentis impietas. Tā tum interest quid velle homini, quid Deo congruat, & ad quem finem suam quisque referat voluntatē, vt aut approbetur aut improbetur. Nam Deus quasdam voluntates suas vtiq; bonas implet per malorum hominū voluntates malas. Sicut per Iudæos maleuolos bona volūtate Patris Christus pro nobis occisus est. Quod tantū bonum factum est, vt Apostolus Petrus quando id fieri nolebat, Satanas ab ipso qui occidi venerat diceretur. Quam bonę apparebant voluntates piorum fidelium, q̄ nolebant apostolum Paulum Hierusalē pergere, ne ibi pateretur mala quæ propheta Agabus prædixerat: & tamen Deus hęc illum pati volebat pro annuncianda fide Christi, exercēs martyrem Christi. Neq; iste bonā volūtatē suā impleuit p Christianorū volūtates bonas, sed p Iudęorū malas: & ad eū potius ptinebāt q̄ nolebāt q̄ volebat, quā illi per quos volētes factū est q̄ volebat.

Deus uolūtates suas bonas, implet, p̄ malorū hoīum volūtates malas idē 1.sen.dis.48.c. illud quoq; & ca. sed ad hoc. Mat.16.

1.sen.dis.48.c. si vero. Act.21.

quia idipsum quidem, sed ipse per eos bona, illi autem mala voluntate fecerunt.

Voluntas Dei CAP. CII.

1.sen.dis. 47.c. Verum vt.

SED quantęlibet sint voluntates vel Angelorũ vel hominum, vel bonorum vel malorũ, vel illud qđ Deus vel aliud volentes quam Deus, omnipotentis Volũtas Dei semper inuicta est: quæ mala esse nunquam potest, quia etiam cum mala irrogat, iusta est, & profecto quæ iusta est mala non est. Deus igitur omnipotens siue per misericordiam cuius vult misereatur, siue per iudicium quem vult obduret, nec inique aliquid facit, nec nisi volens quicquam facit, & omnia quęcunque vult facit.

Idẽ & fusius in de prędest. & gratia ca. 1. & 2. & 3 in Tom. 7.

Excutit dictũ Aposto. g vult oẽs saluos fieri.

CAP. CIII.

1. Thi. 2.

Idẽ sup. c. 97. & 1. sent. dist. 46. cap. 1. & 2.

AC per hoc cũ audimus & in sacris literis legimus, quod velit omnes homines saluos fieri: quanuis certum sit nobis non omnes homines saluos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissimę Dei volũtati aliquid derogare, sed ita intelligere quod scriptum est, Qui vult omnes homines saluos fieri: tanquam diceretur, nullũ hominem fieri saluum, nisi quem saluum fieri ipse voluerit: non quod nullus sit hominum, nisi quem saluum fieri velit, sed quod nullus fiat nisi quem velit, & ideo sit rogandus vt velit, quia necesse est fieri si voluerit. Deorando quippe Deo agebat Apostolus, vt hoc diceret: Sic enim intelligimus id quod in Euangelio scriptũ est: Qui illuminat omnem hominem: non quia nullus est hominum qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur, Aut certe sic dictum est: Qui omnes homines vult saluos fieri, non quod nullus hominũ esset quẽ saluum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit acturos fuisse pœnitentiam si fecissent: sed vt omnes homines omne genus humanum intelligamus per quascunque differentias distributum, reges, priuatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, fœminas, infantes, pueros, adolescentes, iuuenes, seniores, senes: in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus, omnibus, in professionibus omnibus, in voluntatum & conscientiarum varietate innumerabili cõstitutos, & si quid aliud differentiarum est in hominibus. Quid est enim eorum vnde non Deus per vnigenitum suum Dominum nostrum per omnes gentes saluos fieri homines velit, & ideo faciat, quia omnipotens velle inaniter non potest quodcunque voluerit? Præcepe-

Ioan. 1. Vide ibi Aug. trac. 1. ĩ To. 9.

Mat. 11. Et vide qđ eis nõ fuerũt data media vñ crederẽt, qa non erat datũ vt crederẽt, vt ĩqt Au. ĩ de bono pseuerãtię c. 14. ĩ T. 7. & 1. 3. T. horum opuscu.

2. Timo. 2.

rat enim Apostolus, vt oraretur pro singulis hoibus, & specialiter addiderat, pro Regibus & ijs qui in sublimi prãte sunt, qui putari poterant fastu & superbię sęculari a fidei Christianę humilitate abhorrere. Proinde dices, Hoc enim bonum est corã saluatore nostro Deo, id est vt

vt ẽt ,p talibus oret: statim vt desperationẽ tolleret, addidit, Qui oẽs hoies vult saluos fieri, & ĩ aguitionẽ veritatis venire. Hoc qppe Deus bonũ iudicauit vt orationibus humiliũ, dignaret salutẽ prestare sublimiũ. Quod vtiq; iam videmus impletum. Isto locutionis modo & Dominus est vsus in Euangelio, vbi ait Pharisæis, Decimatis mẽtam & rutam & omne olus. Neq; enim Pharisæi & quęcunque aliena & omnium per omnes terras alienigenarum omnia olera decimabant: Sicut ergo hic oẽ olus, oẽ olerũ genus: ità & illic omnes hoies oẽ hominum genus intelligere possumus: & quocunque alio modo intelligi potest, dum tamen credere non cogamur aliquid omnipotentem Deum voluisse fieri, factumque nõ esse: qui sine vllis ambiguitatibus si in cœlo & in terra, sicut & veritas cantat, omnia quęcunque voluit, fecit, profecto facere noluit quodcunque non fecit.

Expositionem huius authoritatis adhuc hẽs Mat. 23 ab Au. Lu. xi. in de cor. et grã. c. 14. & 15 & in de prdesti. san. c. 4. & 8. in T. 7. & 13. T. horum opuscu.

Præscietia Dei. CAP. CIIII.

QVAPROPTER etiam primum hominem Deus in ea salute in qua cõditus erat, custodire voluisset, eũ q; opportuno tempore post genitos filios sine interpositione mortis ad meliora perducere, vbi iam non solũ peccatum non committere, sed nec voluntatem posset habere peccandi, si ad permanendum sine peccato sicut factus erat perpetuam voluntatem habiturum esse præsciisset. Quia vero eum male vsurum libero arbitrio, hoc est peccaturum esse præsciebat, ad hoc potius pręparauit voluntatem suam, vt bene ipse faceret, etiam de malefaciente, ac sic hominis voluntate mala non euacuaretur, sed nihilominus impleretur omnipotentis bona.

Voluntas nra qualis futura sit. CAP. CV.

2. sen. dis. 7. ca. boni vero, & dis. 25. c. angeli.

SIC enim oportebat prius hominem fieri, vt & bene velle posset & male, nec gratis si bene, nec impune si male: postea vero sic erit, vt male velle non possit, nec ideo libero carebit arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit seruire peccato. Neque enim culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicẽda non est, qua beati esse sic volumus, vt esse miseri non solum nolimus, sed nequaquam prorsus velle possimus. Sicut ergo nunc etiam anima nostra nolle infœlicitatem, ita tunc nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo prætermittendus non fuit, in quo Deus voluit ostendere, quam bonum sit animal rationale quod etiam peccare possit, quanuis sit melius quod peccare non possit: sicut minor fuit immortalitas, sed tamen fuit in qua posset etiam mori, quanuis maior futura sit in qua non possit mori.

Et in de corre. & grã. ca. 11. & 22. ĩ To. 7. & ĩ 2. T. horũ opu.

Liberum arbitriũ & gratia. CAP. CVI.

ILLAM natura humana perdidit per liberum arbitrium, & hanc est acceptura per gratiam quam fuerat, si non peccasset, acceptura per meritum: quanuis sine gratia nec tunc vllum meritum esse potuisset. Quia & si peccatum

Similitudo.

catum in solo libero arbitrio erat constitutum, non tamen iustitiæ retinendæ sufficiebat liberum arbitrium, nisi participatione immutabilis boni diuinum adiutorium præberetur. Sicut enim mori est in hominis potestate cum uellit, nemo est enim qui nõ seipsum, ut nihil aliud dicam uel non uescendo possit occidere, ad uitã uero tenendã uoluntas non satis est, si adiutoria siue alimentorum siue quorumque tuaminum desint, Sic homo in paradiso ad se occidendum relinquendo iustitiã idoneus erat per uoluntatẽ, ut autem ab eo teneretur uita iustitiæ, parum erat velle, nisi ille qui eũ fecerat adiuuaret. Sed post illam ruinam maior est misericordia Dei, quando & ipsum liberum arbitrium liberandum est a seruitute, cui dominatur cum morte peccatum. Nec omnino per seipsum, sed per solam Dei gratiam, quæ in fide Christi posita est, liberatur: ut uoluntas ipsa, sicut scriptum est, a Domino præparetur, qua cætera Dei munera capiantur per quæ ueniatur ad munus æternum.

Prouerb. 8. secũ dum interpretationẽ. 70.

Gratia & stipẽdium, peccati. CAP. CVII.

Roma. 6.

VNDE & ipsam uitã æternam, quæ certa merces est operum bonorum, gratiam Dei appellat Apostolus: Stipendiũ enim (inquit) peccati mors, gratia autẽ Dei uita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Stipendiũ pro opere militiæ debitũ redditur, nõ donãr: ideo dixit, Stipendium peccati mors: ut mortẽ peccato nõ immerito illatã, sed debitã demonstraret. Gratia uero nisi gratis sit, gratianõ est. Intelligẽdum est igitur etiã ipsa hominis bona merita esse Dei munera, quibus cum uita æterna redditur, quid nisi gratia pro gratia redditur? Sic ergo factus est homo rectus, ut & manere in ea rectitudine posset, non sine adiutorio diuino, & suo fieri peruersus arbitrio. utrũlibet horũ elegisset, Dei uolũtas fieret, aut etiã ab illo, aut certe de illo. Proinde quia suã maluit facere quã Dei, de illo facta est uoluntas Dei, qui ex eadẽ massa perditionis quę de illius stirpe profluxit, facit aliud uas in honorẽ, aliud in contumeliam: in honorẽ, per misericordiam: in contumeliam, per iudicium: ut nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in se.

Sed de hoc fusius ab Aug. i epi. ad Sixtũ presbyterũ & est epi. 105. in To. 2. & in de gratia & lib. arb. ad Val. cap. 6. & 7. in To. 7. quę oĩa habẽt in. 2. To. horũ opus. et. 2. sen. dist. 24. cap. 1. Ro. 9. 1. Co. et 1. 2. Co. 10

Mediator Xps CAP. CVIII.

NAM neque per ipsum liberaremur unum mediatorẽ Dei & hominũ, hominẽ Christũ Iesum, nisi esset & Deus. Sed cũ factus est Adam homo scilicet rectus, mediatore non opus erat. Cum uero genus humanũ peccata lõge separauerunt a Deo, per mediatorẽ qui solus sine peccato natus est, uixit & occisus est, reconciliari nos oportebat Deo usq; ad carnis resurrectionẽ in uitã eternam: ut & humana superbia per humilitatẽ Dei argũretur ac sanaretur, & demonstraretur homini quã longe a Deo recesserat, cũ per incarnatum Deũ reuocaretur, & perhoc iliaret. 1. Ti. minẽ Deum exemplũ obedientię cõtumaci homini præberetur

beretur, & unigenito suscipiente formam serui, quæ nihil ante meruerat, fons gratiæ penderetur, & carni etiam resurrectio redemptis promissa in ipso redemptore prẽmõstraretur, & per eandem naturã, quã se decepisse lętabatur diabolus uinceret: nec tamen homo gloriaret, ne iterum superbia nasceret: & si quid aliud de tãto mediatoris sacramẽto a proficientibus videri & dici potest, aut tantum uideri, etiam si non dici potest.

2. et fusius ab aug. ifra in isto primo Tom. in præf. pſ. 29.

Locus animarũ usque ad iuditiũ futurũ. CAP. CIX.

TEMPVS autem quod inter hominis mortem & ultimã resurrectionẽ interpositũ est, animas abditis receptaculis cõtinet, sicut unaquæque digna est uel requie uel ærumna, ꝓ eo quod fortita est in carne cũ uiueret.

Infra in deeccl. dog. cap. 79. habes, quod bonorum aĩę cum christo sunt in celo, Et malorũ cum diabolo in inferno.

Bona opera pro defunctis. CAP. CX.

NEQVE negandum est defunctorum animas pietate suorum uiuentiũ releuari, cum pro illis sacrificiũ mediatoris offertur, uel eleemosynę in ecclesia fiunt. Sed eis hæc prosunt, quicũ uiuerẽt, ut hæc sibi postea prodesse possent, meruerũt. Est. n. quidam uiuẽdi modus, nec tã bonus ut non requirat ista post mortẽ, nec tã malus ut ei nõ prosint ista post mortem. Est uero talis in bono, ut ista nõ requirat, & est rursus talis in malo, ut nec his ualeat cũ hec uita trãsierit adiuuari. Quocirca hic omne meritum cõparatur, quo possit post hãc uitam releuari quispiam uel grauari. Nemo autẽ sperat quod hic neglexerit, cum obierit apud Deũ promereri. Nõ igitur ista quæ pro defunctis cõmendãtis frequẽtat ecclesia, illi apostolicæ sunt aduersa sententiæ, qua dictũ est, Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secũdũ ea quæ per corpus gessit, siue bonũ, siue malũ: qa etiam hoc meritũ sibi quisque cũ in corpore uiueret cõparauit ut ei possent ista ꝓdesse. Nõ enim omnibus prosunt. Et quare nõ omnibus prosunt, nisi propter differentiã uitæ quã quisque gessit in corpore? Cum ergo sacrificia siue altaris siue quarumcunque eleemosinarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarũ actiones sunt: ꝓ nõ ualde malis, pro ualde bonis propitiationes sunt: ꝓ nõ ualde malis & si nulla sunt adiumẽta mortuorũ, qualescunque uiuorũ cõsolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe tolerabilior fiat ipsa damnatio.

1. Corin. 5.

13. quæst. 1. cap. tempus

Sacrificiũ altaris ꝓ ualde bonis est gratiarũ actionis sacrificium, et ꝓ nõ ualde bonis. ꝓpitiatorium.

POST resurrectionem uero facto uniuerso completoque iudicio, suos fines habebunt ciuitates duæ, una Christi, altera diaboli: una bonorum, altera malorum: utraque tamen Angelorum & hominum. Istis uoluntas, illis facultas non poterit ulla esse peccandi: uel ulla conditio moriendi, istis in æterna uita uere fęliciter ꝓ uiuentibus, illis infœliciter in eterua mor

Duę ciuitates post iudicium. CAP. CXI.

4. sen. dist. 50 cap. 1.

te sine moriendi potestate durãtibus, quoniam vtiq; sine fine. Sed in beatitudine isti alius alio præstabilius, in miseria vero illi alius alio tolerabilius permanebunt.

Pœna impiorũ an æterna. CAP. CXII.

FRVSTRA itaq; nonnulli, imo quamplurimi æternam damnatorum pœnam, & cruciatus sine intermissione perpetuos, humano miserantur affectu, atq; ita futurum esse non credunt: non quidẽ scripturis aduersando diuinis, sed pro suo motu dura quæque molliendo & in leniorem flectendo sententiam, quę putant in eis terribilius esse dicta quam verius. Non enim obliuiscetur, inquiunt, misereri Deus aut continebit in ira sua miserationes suas. Hoc quidẽ in Psalmo legitur sancto. Sed de his sine vllo scrupulo intelligitur, qui vasa misericordię nuncupantur, quia & ipsi non pro meritis suis, sed Deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant pertinere, non ideo necesse est vt damnationem opinentur posse finiri eorum, de quibus dictum est, Et ibunt hi in supplicium æternum: ne isto modo putetur habitura finem quandoque fœlicitas etiam illorum, de quibus e contrario dictum est, Iusti autem in vitam æternam. Sed pœnas damnatorum certis temporum interuallis existiment, si hoc eis placet, aliquatenus mitigari: etiã sic quippe intelligi potest manere in illis ira Dei, hoc est ipsa damnatio. Hæc enim vocatur ira Dei, non diuini animi perturbatio: vt in ira sua, hoc est manente ira sua, non tamẽ contineat miserationes suas, non ęterno supplicio finem dando, sed leuamen adhibendo vel interponendo cruciatibus. Quia nec Psalmus ait, ad finiendam iram suam, vel post iram suam, sed in ira sua. Quæ si sola esset quanta ibi minima cogitari potest, perire a regno Dei exulare a ciuitate Dei, alienari a vita Dei, carere tam magna multitudine dulcedinis Dei quã abscondit timentibus se, perfecit autẽ sperantibus in se, tam grandis est pœna vt ei nulla possint torméta quæ nouimus comparari, si illa sit æterna, ista autẽ sint quãlibet multis seculis longa.

Psal.76. Ro.9. Mat.25. De ira Dei ex positione psal.2 in To.8. Psal.2. 1.Cor.2. Ro.8.

Mors impiorũ Vt vita piorum perpetua. CAP. CXIII.

MANEBIT ergo sine fine mors illa ppetua damnatorũ, id est alienatio a vita Dei, & oibus erit ipsa cõis, quãliber homines de varietate pœnarũ, de dolorũ relaxatione vel intermissione pro suis humanis moribus suspicẽtur, sicut manebit cõiter omniũ vita ęterna sanctorũ, quãlibet bonorum distantia concorditer fulgeant.

Cõfessio fidei. CAP. CIIII.

EX ista fidei confessione quæ breuiter symbolo continetur, & carnaliter cogitata lac est paruulorum, spiritaliter autem considerata atque tractata cibus est fortium, nascitur spes bona fidelium, cui charitas sancta comitatur: sed de ijs omnibus quę fideliter sunt credẽda, ea tantum ad spem pertinent quæ in oratione dominica continentur. Maledictus est omnis, sicut diuina testantur eloquia, qui spem ponit in homine: ac per hoc

Hõ ñ fidat sibi, nec Alteri, hoĩ.

Hiere.17. seu creatur ę idem & fusius in de gratia & libero arbitrio ad val. in Tom.4. & in. 2. Tom. horum opusculorum & supra in isto capi. 60.

in semetipso qui spem ponit, huius maledicti vinculo innectitur. Ideo non nisi a Domino Deo petere debemus quicquid speramus nos vel bene operaturos vel pro bonis operibus adepturos.

Oratio Dominica. CAP. CXV.

PROINDE apud euangelistam Matthæum septem petitiones continere dominica videtur oratio: quarum in tribus ęterna poscuntur, in reliquis quatuor temporalia, quę tamen propter ęterna consequenda sunt necessaria. Nam quod dicimus, Sanctificetur nomen tuum, veniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: quod non absurde quidem intelleximus in spiritu & corpore: omnino retinenda sunt sine fine: & hic inchoata quantuncunque proficimus augentur in nobis: perfecta vero, quod in alsa vita sperandum est, semper possidebuntur. Quod vero dicimus, Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo: quis non videat ad præsentis vitæ indigentiam pertinere? In illa itaque vita ęterna vbi nos semper speramus futuros, & nominis Dei sanctificatio, & regnum eius et voluntas eius in nostro spiritu & corpore perfecte atq; immortaliter permanebunt. Panis vero quotidianus ideo dictus est, quia hic est necessarius, quantus animæ carnique tribuendus est, siue spiritaliter, siue carnaliter, siue vtroque intelligatur modo. Hic est etiam quam poscimus remissio, vbi est omnis remissio peccatorum: hic tentationes quæ nos ad peccandum vel illiciunt vel impellunt: hic denique malum vnde cupimus liberari, illic autem nihil est istorum.

Mat.6. petitiones ęternę.3. Fusius & clarius de istis septem petitionibus ab Augu. in de bono per seuerantię a capi.2. vsque ad 6. inclusiue in To.7. & in.3. To. horũ opusculorũ petitiones temporales.4.

EVANGELISTA vero Lucas in oratione dominica petitiones non septem, sed quinque complexus est: nec ab isto vtique discrepauit, sed quomodo ista septem sunt intelligenda, ipsa sua breuitate commonuit. Nomẽ quippe Dei sanctificatur in spiritu, Dei autem regnum in carnis resurrectione venturum est. Ostendemus ergo Lucas tertiam pętitionem duarum superiorum esse quo dammodo repetitionem, magis eam prętermittendo fecit intelligi. Deinde tres alias adiungit, de pane quotidiano, de remissione peccatorum, de tentatione vitanda. At vero quod ille in vltimo posuit: Sed libera nos a malo, iste non posuit, ut intelligeremus ad illud superius quod de tentatione dictum est, pertinere. Ideo quippe ait,

Eadẽ oratio secundum Lucã. CAP. CXVI. Nomen Dei in spiritu sanctificaſ, Vide Aug. sup Euãg. Ioã. trac. 15, i To. 9.

ait,sed libera non ait,& libera tanquam vnam petitionem esse demonstrans,Non hoc,sed hoc, vt sciat,vnusquisque in eo se liberari a malo quod non inferturin tentationem.

Charitas.

CAP. CXVII.

1.Cor.13.

In præf.psal.31. in Tom.8.

IAM porro charitas quã duabus istis, id est,fide ac spe maiorem dixit Apostolus,quanto in quocunq; maior est,tanto melior est in quo est. Cum enim quæritur, vtrũ quisq; sit homo bonus,nõ quæritur quid credat aut speret,sed quid amet.Nã qui recte amat.procul dubio recte credit & sperat:qui vero non amat, inaniter credit, etiã si sunt vera quæ credit:inaniter sperat, etiam si ad veram fœlicitatẽ doceantur pertinere quæ sperat,nisi et hoc credat ac speret,quod sibi petenti donari possit vt amet:Quanuis enim sperare sine amore non possit,fieri tamen potest vt id non amet sine quo ad id quod sperat non potest peruenire: Tanquam si speret vitam æternã, quanuis non habeat & non amet iustitiam sine qua nemo ad illam peruenit.Ipsa est autem fides Christi quam commendat Apostolus, quę per dilectionem operatur, & quod in dilectione nondum habet, petit vt accipiat, quærit vt inueniat,pulsat vt aperiatur ei. Fides namq; impetrat quod lex imperat: Nam sine Dei dono,id est sine Spiritu Sancto,per quẽ diffunditur charitas in cordibus nostris,iubere lex poterit,nõ iuuare,et pręuaricatorẽ insuper facere,qui de ignorãtia se excusare nõ possit. Regnat enim carnalis cupiditas vbi nõ est Dei charitas.

Fides impetrat quod lex iperat fusius ab Aug.i de Spiritu et Litera.29.&.30.in Tom.3.&.in.3. To.hor. opusc. & in pſ.pſ. 31.i To. 8.& i fine huius .1. Tom. opusc. Gal.5. Mat.7 2.sent. dis.26. ca.etsi. Ro.5. Ro.6. &.7.

Quatuor gradus ad fœlicitatẽ secundũ quatuor ætates.

CAP.CXVIII.

Roma.6.

SED cum in altissimis ignorantiæ tenebris nulla resistente ratione viuitur secundum carnem, hæc sunt prima hominis.Deinde cum per legem cognitio fuerit facta peccati,si nondum diuinus adiuuat spiritus, secundum legẽ volens viuere vincitur,& sciens peccat,peccato; subditus seruit:A quo enim quis deuictus est, huius & seruus addictus est:id agente scientia mandati, vt peccatũ operetur in homine omnẽ concupiscentiam, cumulo pręuaricationis adiecto,atq; ita quod scriptum est impleatur: Lex subintrauit vt abundaret delictum. Hæc sunt secunda hominis.Si autẽ respexerit Deus vt adimplenda quę mandat ipse adiuuare credatur,& agi homo cœperit Dei Spiritu,concupiscitur aduersus carnem fortiore robore charitatis;vt quanuis sit adhuc quod homini repugnet ex homine,nondũ tota infirmitate sanata,ex fide tamen iustus viuat,iusteque uiuat in quantum non cedit malæ concupiscentiæ vincente dilectione iustitiæ. Hæc sunt tertia bona spei hominis:In quibus si pia perseuerantia quisq; proficiat,postrema pars restat, quæ post hanc vitam in requie spiritus,deinde in resurrectione etiam carnis implebitur. Harum quatuor differentiarum,prima est ante legem,secunda sub lege,tertia sub

Roma.5.

Ro.8. Gal.5.

Abac.2. Roma.1.

sub gratia,quarta in pace plena atque perfecta.Sic est et Dei populus ordinatus per temporum interualla ficut Deo placuit,qui in mensura, numero & pondere cuncta disponit.Nam fuit primitus ante legem:secundo sub lege,quę per Moysen data est:deinde sub gratia,quæ revelata est per primum mediatoris aduentum. Quæ quidem gratia nec antea defuit quibus impartiri eam oportuit,quanuis pro temporis dispensatione velata et occulta:Neq; enim antiquorũ quicunq; iustorum prꝫter Christi fidem salutẽ potuit inuenire.At vero nisi & illis cognitus fuisset, non potuisset nobis per eorum ministerium alias apertius,alias occultius prophetari.

Renascentia spiritus.

CAP. CXIX.

Ioan.3.

IN quacunque autem quatuor istarum velut ætatum singulum quemque hominem gratia regenerationis inuenerit,ibi ei remittuntur prꝫterita vniuersa peccata: & reatus ille nascendo contractus, renascendo dissoluitur.Tamq; multum valet quod Spiritus vbi vult spirat vt quidam secundum illam seruitutem sub lege esse non nouerint, sed cum mandato incipiant adiutorium habere diuinum.

Sacramentũ regenerationis.

CAP. CXX.

1.Cor.15.

De hoc fusius 13.de tri.ca.14. in To.3.Pſ.36.

ANTEQVAM possit autem homo capax esse mandati,secundum carnem viuat necesse est: sed si iam sacramento regenerationis imbutus est nihil ei mors obest si tunc ex hac vita migrauerit. Quia ideo Christus mortuus est & resurrexit,vt & viuorum, & mortuorum dominetur, nec tenebit regnum mortis eum, pro quo mortuus est ille liber in mortuis.

Charitas.

CAP. CXXI.

2.sen.dis.38.c.1.

Finis pꝫcepti charitas.1.Thi.1.& expositionẽ habes ab Aug.i de doct.christ.cap. 40.in To.3.& i præf.psal.31. in To.8.& in fine 1.To.huiusopusc.

OMNIA igitur prꝫcepta diuina referuntur ad charitatem, de qua dicit Apostolus: Finis autem prꝫcepti est charitas, de corde puro,& conscientia bona & fide non ficta. Omnis itaque prꝫcepti finis est charitas,id est ad charitatem refertur omne prꝫceptum. Quod vero ita fit vel timore pœnæ,vel aliqua intentione carnali,vt non referatur ad illam charitatem,quam diffundit Spiritus Sanctus in cordibus nostris,nondũ fit quemadmodũ fieri oportet,quãuis fieri videatur.Charitas qp̃e ista Dei est & proximi:& vtrũq; in his duobus prꝫceptis tota lex pendet & Prophetę.Adde Euangeliũ,adde & Apostolos:nõ enim aliunde vox ista,Finis prꝫcepti est charitas,et Deus charitas est.Quęcunq; ergo mã dat Deus,ex quibus vnũ est:Non mœchaberis.& quęcunq; nõ iubentur,sed spectali cõsilio monentur,ex quibus vnũ est:Bonũ est homini mulierẽ non tangere:tunc recte fiunt cum referuntur ad diligendũ Deum & proximum propter Deum,& in hoc sęculo,et in futuro:nunc Deum per fidẽ,tunc per speciẽ,& ipsum proximũ nunc per fidem.Nõ enim scimus mortales corda mortalium, tunc autem illuminabit Dominus abscondita tenebrarum

Mat.19.&.22. 1.Cor.7.

1.Cor.4.

brarum & manifestabit cogitationes cordium. Et tunc laus erit vnicuique a Deo: quia id laudabitur & diligetur a proximo in proximo, quod ne lateat ab ipso illuminabitur Deo. Minuetur autē cupiditas charitate crescente, donec veniat hic ad tantam magnitudinem qua maior esse non possit. Ma iorem enim charitatem nemo habet, quam vt animā suam quis ponat pro amicis suis. Ioan, 15. Ibi autem quis explicet quanta charitas erit, ubi cupiditas quā vel coercendo superet nulla erit: quādo summa sanitas erit, quando contentio mortis nulla erit.

Quare opus cō scripserit. CAP. CXXII.

SED sit aliquando huius voluminis finis, quod ipse videris, vtrum Enchiridion vel appellare debeas, vel habere. Ego tamen cum spernenda tua in Christo Iesu studia non putarem, bona de te credens, in adiutorio nostri redemptoris confidens ac sperans, teque in eius membris plurimū diligens, librum ad te sicut valui, vtinam tam commodum quam prolixum, de fide, spe, & charitate conscripsi.

D. AVRELII AVGVSTINI LIBER DE DE FINITIONIBVS ORTHODOXAE FIDEI, SIVE ECclesiasticis dogmatibus.

De fide trinitatis. CAP. I. In epistola patrum alexādrinæ, synodus ad liberum papā, & in rescripto eiusdem in primo To. concil. et ab Augustino super Ioā. trac. 19. & 36. & 39. in To. 9. & in de verb. apost. ser. 1. in To. 10. Sabellius.

CREDIMVS vnum esse Deum Patrem & Filium & Spiritum Sanctum. Patrem, eo quod Filium habeat, Filium, eo quod Patrem habeat, Spiritum Sanctum, eo quod sit ex Patre & Filio procedens Patri & filio coæternus. Pater ergo principium deitatis: qui sicut nunquam fuit non Deus, ita nunquam fuit non Pater, a quo Filius natus, a quo Spiritus Sanctus non natus, quia non est Filius, neque ingenitus, quia non est Pater, neque factus quia non est ex nihilo, sed ex Deo Patre & Deo Filio Deus procedens. Pater æternus, eo quod æternum habeat Filium cuius æternus sit Pater. Filius æternus, eo quod sit Patri coæternus. Spiritus Sanctus æternus, eo quod sit Patri & Filio coæternus. Non confusa in vna persona trinitas, vt Sabellius dicit, neque separata aut diuisa in natura diuinitas, vt

vt Arrius blasphemat, sed alter in persona Pater, alter in persona Filius, alter in persona Spiritus Sanctus. Arrius
Vnus natura in sancta trinitate Deus Pater & Filius & Spiritus Sanctus.

De incarnatiōe christi. CAP. II.

NON Pater carnem assumpsit, neque Spiritus Sanctus, sed Filius tantum: vt qui erat in diuinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris filius: ne filij nomen ad alterum transiret, qui non esset æterna natiuitate Filius. Dei ergo Filius factus est hominis filius, natus secundum veritatem naturæ ex Deo Dei Filius, & secundum veritatem naturæ ex homine hominis filius: vt veritas geniti non adoptione, non appellatiōe, sed in vtraq; natiuitate Filij nomē nascēdo haberet, & esset verus Deus & verus homo vnus Filius. Nō ergo duos Christos, neq; duos Filios fatemur, sed Deum & hominem vnum Filium. Quem propterea & vnigenitū dicimus, manentem in duabus substantijs, sicut ei naturæ veritas contulit, non cōfusis naturis, neq; immixtis sicut Timothiani volunt, sed societate vnitis. Deus ergo hominem assumpsit, homo in Deum transiuit, non natura versibilitate, sicut Apollinaristæ dicūt, sed Dei dignatione: vt nec Deus mutaretur in humanam substantiam assumendo hominem, nec homo in diuinam glorificatus in Deum: quia mutatio vel versibilitas naturæ & diminutionem & abolitionem substantiæ facit. Creditur a nobis sine confusione coniuncta sancta trinitas, sine separatione distincta. Natus est ergo Dei Filius ex homine & non per hominem, id est, non ex viri coitu, sicut Ebion dicit: sed carnem ex virginis corpore trahens, & non de cœlo secum afferens, sicut Marcion, Origenes, & Eutyches affirmant. Neque in phantasia, id est absque carne, sicut Valentinus asserit, id est, neq; putatiue imaginatum, sed corpus verum. Non tantum carnem ex carne, sicut Marcianus, sed verus Deus ex diuinitate, & verus homo ex carne, vnus Filius in diuinitate verbum Patris & Deus, in homine anima & caro. Anima non absque sensu & ratione, vt Apollinaris, neque caro absque anima, vt Eunomius: sed anima cum ratione sua, & corpus cum sensibus suis, per quos sensus veros in passione, & ante passionem suę carnis dolores sustinuit.

Nō duos filios sz Deū & hominē vnū filiū fatemur. Timothiani. Apollinaristæ. Ebion Marcion Origines Eutyches Valentinus Marcianus Apollinaris Eunomius

Quod æternus Deus ex virgine natus sit. CAP. III.

NEQVE sic est natus ex virgine, & vt diuinitatis initiū homo nascendo acceperit, quasi antequam nascēretur ex virgine, Deus non fuerit, sicut Artemon & Berillus & Marcellus docuerunt: sed æternus Deus & homo ex virgine natus est. Artemon Berillus Marcellus.

De trinitate, ꝓfecta. CAP. IIII.

NIHIL creatū aut seruiēs in trinitate credamus, vt vult Dionysius fons Arrij: nihil inęquale, vt vult Eunomius, vt Arrius: nihil inęquale gratię, vt vult Aetius: nihil anterius posteriusue aut minus, vt Arrius nihil extraneum aut officiale alteri vt Macedonius: nihil persuasione aut surreptione insertum, ut Manichęus: nihil corporeum, vt Melito & Tertullianus: nihil corporaliter effigiatum, vt Anthropomorphus & Vadianus: nihil sibi inuisibile a creaturis, vt Origenes: nihil creaturis visibile, vt Fortunatus: nihil moribus vel voluntate diuersum, vt Marcion: nihil ex trinitatis essentia ad creatarum naturam deductum, vt Plato & Tertullianus: nihil officio singulare nec alteri communicabile, vt Origenes: nihil confusum, vt Sabellius: sed totum perfectū, quia totum ex vno & vnum ex toto: non tamen solitarum, vt præsumunt Praxeas & Syluanus, Pentapolitana damnabilis illa doctrina.

Dionysius
Eunomius
Arrius
Macedonius
Manichæus
Melito
Tertullianus
Anthropomorphus.
Vadianus
Origenes
Fortunatus
Marcion
Plato
Tertullianus
Origenes
Sabellius
Praxeas
Syluanus

De homousio. CAP. VI.

HOMOVSIOS ergo, id est coessentialis in diuinitate Patri Filius, Homousios Patri & Filio, & Spiritus Sanctus, Homousios Deo & homini vnus Filius, manēs Deus in homine suo in gloria Patris, desiderabilis videri & Angelis: sicut Pater & Spiritus Sanctus adoratur ab Angelis & ab omni creatura: non homo factus præter Deum, vel Christus cum Deo, sicut blasphemat Nestorius, sed homo in Deo & Deus in homine.

Nestorius

De resurrectiõe. CAP. VI.

ERIT resurrectio mortuorum omnium hominū, sed vna & insimul & semel. Non prima iustorum, & secunda peccatorum, vt fabula est somniatorum, sed vna omnium. Et si id resurgere dicitur quod cadit, caro ergo nostra in veritate resurgit, sicut in veritate cadit. Et non secundum Origenem immutatio corporum erit, id est aliud nouum corpus pro carne: sed eadem caro corrupti bilis, quę cadit tam iustorum quā iniustorū incorruptibilis resurget quę vel pœnam sufferre possit pro peccatis, vel in gloria æterna manere pro meritis.

Origenes

Resurrectio omniū cõmunis. CAP. VII.

OMNIVM enim hominum erit resurrectio. Si omnium erit, ergo omnes moriūtur, vt mors ab Adam ducta omnibus filijs eius dominet & maneat illud priuilegiū in Domino quod de eo specialiter dicit: Nō dabis sanctū tuum videre corruptionē. Eius enim caro non vidit corruptionem. Hanc rationem maxima patrum turba trādente sus. epimus. Verum quia sunt & alij æquæ catholici & eruditi viri, qui credunt, anima in corpore manēte immutandos ad incorruptionem & immortalitatem eos, qui in aduentu Domini viui inueniendi sunt, & hoc eis reputari pro resurrectione ex mortuis, quod mortalitatē immutatione deponant, non morte: quolibet quis acquie

Psal. 15.

acquiescat modo, non est hæreticus, nisi ex contētione hæreticus fiat. Sufficit enim in Ecclesiæ lege carnis resurrectionem credere futuram de morte.

Ecclię sufficit resurrectio, credeř futurā ā morte.

De iudicio viuorū & mortuorū. CAP. VIII.

QVOD autem dicimus in symbolo, in aduentu Domini viuos ac mortuos iudicandos, non solum iustos & peccatores significari, sicut Diodorus putat, sed & viuos eos qui in carne inueniēdi sunt credimus, qui adhuc mo rituri credunt, vel immutādi sunt, vt alij volūt, vt susci tati continuo vel reformati cū ante mortuis iudicent.

Diodorus.

Peracto iudicio nõ expectanda restitutio. CAP. IX.

POST resurrectionem & iudicium non credamus restitutionem futuram, quam Origenes delirat: vt dęmones vel impij homines post tormenta quasi supliciis expurgati, vel illi in angelicam qua creati sunt redeant dignitatem, vel isti iustorum societate donentur: eo quod hoc diuinę conueniat pietati, ne quid ex rationalibus pereat creaturis, sed quolibet modo saluetur. Sed nos credamus ipsi iudici omniū & retributori iusto, qui dixit: Ibūt impij in supplicium ęternum, iusti autē in vitam ęternam vt percipiant fructum operum suorum.

Origenes.

Mat. 25.

Creatio mundi. CAP. X.

IN principio creauit Deus cœlum & terram & aquā ex nihilo. Et cum adhuc tenebræ ipsam aquam occultarent, & aqua terram absconderet, facti sunt Angeli & omnes cœlestes virtutes, vt nō esset otiosa Dei bonitas, sed haberet in quibus permulta antè spacia bonitatem suam ostenderet: & ita hic visibilis mundus ex materia quę a Deo facta fuerat factus est & ornatus.

Gñ. 1.

Angelorū creatio.

Solus Deus incorporeus. CAP. XI.

NIHIL incorporeum & inuisibile natura credendū, nisi solum Deum, id est Patrem & Filium & Spiritum Sanctum. Qui ideo recte incorporeus creditur, quia vbique est, & omnia implet atq; constringit: ideo & inuisibilis omnibus creaturis, quia incorporeus est.

Omnis creatura corporea. CAP. XII.

CREATVRA omnis corporea est, Angeli & omnes cœlestes virtutes corporeæ, licet non carne subsistant: Ex eo autē corporeas esse credimus intellectuales creaturas, quod localiter circunscribuntur, sicut & anima humana quę carne clauditur, & dęmones qui per substantiam angelicę naturæ sunt.

Intellectuales nīq; immortales CAP. XIII.

IMMORTALES esse credimus intellectuales naturas, quia carne carent, nec habent quo cadant vt resurrectione egeant post ruinam necessaria.

Aīa hominis qño creatur. CAP. XIIII.

ANIMAS hominum non esse ab initio inter cęteras intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit: nec cum corporibus per coitum seminantur, sicut Luciferiani, Cyrillus & aliqui Latinorū prędsumptores affirmant, quasi naturę consequētiam seruantes. Sed dicimus creationem animę solum creatorem omnium nosse, & corpus tantum per coniugij copulam seminari Dei vero iudicio coagulari in vulua & cõpingi, atque

Origenes.

Luciferiani

Cyrillus.

atq; formari, ac formato iam corpore animam creari & infundi, vt viuat in vtero homo ex anima constans & corpore, & egrediatur viuus ex vtero, plenus humana substantia.

Quod duæ aiæ nõ sint in hoie. CAP. XV. Iacobus Syrus.

NEQVE duas animas esse dicimus in vno homine, sicut Iacobus & alii Syrorum scribunt, vnam animalem qua anime corpus, & immixta sit sanguini, & alterã spiritalẽ quę rationẽ ministret: sed dicimus unã esse eandẽque animam in homine, quę et corpus sua societate uiui ficet, & semetipsam sua ratione disponat, habens in sese libertatem arbitrij, ut in suę substantiæ eligat cogitatione quod uult.

Anima hẽt in se fe libertatẽ arbitrij ut eligat quod uult, & hoc quia anima hominis nõ est nisi rationalis, & ob id in ea lex Dei non est penitus deleta, ut uideri potest in de Spiritu & Litera cap. 28. in Tom. 3. & ex dam. lib. 3. cap. 14.

Anima hominis immortalis CAP. XVI. Aratus Zenon.

SOLVM hominẽ credimus habere animã substãtiuam quæ exuta corpore uiuit, & sensus suos atque ingenia uiuaciter tenet. Non cum corpore moritur, sicut Aratus asserit: neque post modicum interuallum, sicut Zenon dicit, quia substantialiter uiuit.

Aię brutorum CAP. XVII.

ANIMALIVM vero animę non sunt substantiuæ sed cum carne ipsa carnis uiuacitate nascuntur, & cum carnis morte finiuntur & moriuntur, & ideo nec ratione reguntur, sicut Plato & Alexander putant, sed ad omnia naturę incitamenta ducuntur.

Infundit anima CAP. XVIII. sup. cap. 14.

ANIMA humana non cum carne moritur, quia non cum carne, ut superius diximus, seminatur, sed formato in uentre matris corpore, Dei iudicio creatur & infunditur, ut uiuat homo intus in utero, & sic procedat natiuitate immundum.

Duæ substãtiæ hominis. CAP. XIX.

DVABVS substantijs tantum constat homo, anima & corpore. Anima cum ratione sua, & corpore cum sensibus suis. Quos tamen sensus absque animæ societate non mouet corpus, Anima uero & sine corpore rationale suum tenet.

Anima & spiritus idem. CAP. XX. Didimus.

NON est tertius in substantia hominis spiritus. sicut Didymus contendit, sed spiritus ipsa est anima pro spiritali natura, uel pro eo quod spiret in corpore spiritus appellatur. Anima uero ex eo uocatur, quod ad uiuendũ uel ad uiuificandũ animet corpus. Tertiũ uero qui ab Apostolo cum anima & corpore inducitur spiritum, gratiam Sancti Spiritus esse intelligamus, quam orans Apostolus ut integra perseueret in nobis, ne nostro uitio aut minuatur aut fugetur a nobis, quia Spiritus Sanctus effugiet fictum.

Dicitur spiritus, qa in corpore spirat. 1. Tes. 5. Sapien. 1.

De libero arbi. CAP. XXI.

LIBERTATI arbitrij sui cõmissus est homo statim in prima conditione, ut sola uigilantia mentis annitẽte, etiam

etiam in pręcepti custodia pseueraret, si uellet in eo qd creatus fuerat pmanere. Postquã vero seductione serpentis per Euam cecidit, naturę bonũ perdidit, pariter & uigorem arbitrij: nõ tamen electionẽ, nè non esset suum quod euitaret peccatũ, nec meritò indulgeret, quod nõ arbitrio diluisset. Manet itaque ad quęrẽdam salutẽ arbitrii libertas, id est rationalis uoluntas, sed admonente prius Deo & inuitante ad salutem, ut uel elligat, uel sequatur. uel agat occasione salutis, hoc est inspiratione Dei. Vt autem consequatur quod elligit, uel quod sequitur uel quod occasione agit, Dei esse liberè confitemur. Initium ergo salutis nostræ Deo miserante habemus: ut acquiescamus salutiferę inspirationi, nostræ potestatis est: ut adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, diuini est muneris: ut non labamur in adepto salutis munere, solicitudinis nostrę est & cœlestis pariter adiutorij: ut labamur, potestatis nostræ est & ignauiæ. Non tamen ad obtinendam sinè illo, qui quę rentes facit inuenire, qui pulsantibus aperit, qui petentibus donat. Sicut ergo initium salutis nostræ Deo miserante & inspirante habere nos credimus: ita arbitrium naturæ nostræ sequax esse diuinæ inspirationis, libere confitemur. Igitur ut non labamur a bono, uel naturæ, uel meriti, solicitudinis nostræ est & cœlestis pariter, ad iutorij: ut labamur, potestatis nostrę & ignauiæ.

Homo perdidit bonum naturæ & uigorem liberi arbit. sed non electionẽ, & de hoc fusius in de Spiritu & Litera a cap. 28 usque ad. 31. i clusiue in To. 3. et in. 3. Tom. hor. opus. et ī de corre, & gratia ca. 11. & 12. ī To. 7. et in .2. To. hor. opus.

Quomodo consentire ex nobis pro ipso accipere & habere, habes ab Augusti. in de Spiritu & Litera capitu. 34. in Tomo. 3. sed quomodo consentire pro credere, non est ex nobis sed ex Deo, in de Spiritu & Litera capitu. 31. in Tomo. 3. & in de prędesti natio. sancto. capitu. 3. in Tomo. 7.

Gratia. CAP. XXII. In cõcil. Arau. can 13. & 14. et 15. & 25. i. 1. T. cõcil. & i rescripto Innocentij papæ ad patres carthag. concil. & est illius epi. 25. in. 1. T. cõc.

FIRMISSIME credendum est, in prævaricatione Adę omnes homines naturalem posibilitatem & innocẽtiam perdidisse: & neminẽ de profundo illius ruinæ p liberum arbitrium posse consurgere, nisi eũ gratia Dei miserantis erexerit: liberum enim arbitrium ille pessus, dum suis inconsultius utitur bonis, cadẽs in prævaricationis profunda demersus est. Et nihil quemadmodum exinde surgere posset inuenit, sua que in æternum libertate deceptus, huius ruinæ latuisset oppressu, nisi eũ post Christi pro sua gratia releuasset aduẽtus qui per nouę regenerationis purificationem omne preteritum uitium sui baptismatis lauachro purgauit.

Nemo bonus per se. CAP. XXIII. & sequẽs ca.

NEMINEM esse per semetipsum bonum nisi partici pationem sui ille donauerit qui solus est bonus.

In decretis Cœlestini papæ can. 5. in. primo Tom. concil. in can. 6. habetur.

Perseuerãtia in bonis a Deo. CAP. XXIIII.

NEMINEM etiam baptismatis gratia renouatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianũ adiutoriũ Dei, pseuerãtiã bonæ cõuersationis acceperit.

Libertum arbitriũ. CAP. XXV.

In rescripto Innocentij papæ ad mileu. cõc. & ẽ i ordine epi. 1. To. cõci. 26. & i decret. Cœlesti. papę can. 7.

QVOD nemo nisi per Christum libero bene vtatur arbitrio, idem magister in epistola ad Mileuitanum concilium data prædicat, dicens: Aduerte tandem o prauissimarum mentium doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, vt dum indulgentius frenis eius vtitur in præuaricationem præsumptione incideret. Nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regenerationis statum pristinę libertatis Christi Domini reformasset aduentus.

Merita. CAP. XXVI.

In decret. Cœlestini papæ can. 8, 1, 1. To. cõci.

QVOD omnia studia & omnia opa ac merita sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sint, quia nemo aliunde ei placeat, nisi ex eo quod ipse donauerit: in quam nos sententiam dirigit beatę recordationis papæ Zozimi regularis authoritas, cum scribens ad totius orbis Episcopos ait: Nos autem instinctu Dei, omnia enim bona ad authorem suum referenda sunt vnde nascuntur, ad fratrum & coepiscoporum nostrorũ conscientiam vniuersa retulimus. Hunc autem sermonem syncerissimæ veritatis luce radiantem tanto Aphri episcopi honore venerati sunt, vt ita ad eundem virum scriberent, illud vero quod in literis quas ad vniuersas prouincias curasti esse mittendas posuisti, dicens: Nos tamẽ instinctu Dei, &c. sic accipimus dictum, vt illos qui contra Dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem, districto gladio veritatis velut cursim trãsiens amputares. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod vniuersa in nostræ humilitatis conscientiam retulisti? & tamen instinctu Dei factum esse fideliter sapienterque vidisti, veraciter fidenterque dixisti. Ideo vtique quia præparatur voluntas a Domino, & vt boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda filiorum. Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt, vt nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusq; voluntatis humanæ singulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium.

Prouer. 8. secũm interpretationem. 70. Roma. 8.

Quicquid boni ex Deo. CAP. XXVII. Ioan. 15.

ITA Deus ex cordibus hominum, atque in ipso libero operatur arbitrio, vt sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit: quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus.

Quod totũ ex Deo in de Spiritu & Litera capitu. 39. in Tomo. 3. & in de prædestinatio. sancto. capitu. 7. &. 8. &. 10. & in de bono perseuerantię capitu. 8. &. 10. in Tom. 7. & in concil. Arausi. can. 9.

Gratię uis. CAP. XXVIII. In concil. mileuita. can. 3. & i concil. aphric. can. 78. i. 1. To mo concil.

QVICVNQVE dixerit gratiã Dei qua iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere quę iam cõmissa sunt non etiam ad adiutorium gratię ut non committantur, anathema sit.

Intelligentia ex gratia. CAP. XXIX.

In concil. mileui. can. 4. & de con. dist. 4. ca. quisquis dixerit & in concil. aph. can. 79. in 1. Tom. concil.

QVISQVIS dixerit gratiam Dei per Iesum Christum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsum nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus quid appetere & quid vitare debeamus non autem per illam nobis præstari vt quod faciendum cognouimus etiã facere diligamus atque ualeamus, anathema sit.

Preces sacerdotum. CAP. XXX.

Quomõ fides donũ Dei, hẽs ab Au. i de prędesti. san. c. 3. & 7. & 8. & 9. in To. 7. & in. 3. To. horũ opu.

OBSECRATIONVM quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quę ab Apostolis tradita in toto mundo, atque in omni catholica Ecclesia vniformiter celebrantur, ut legem credendi, lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium præsules mandata sibimet legatione fungantur apud diuinam clementiã humani generis agunt causam, & tota secum Ecclesia cõgemiscente postulant & precantur, & infidelibus donetur fides, vt idololatrę ab impietatis suę liberentur erroribus, vt Iudæis ablato cordis velamine, lux veritatis appareat vt hæretici catholicę fidei perceptione resipiscant, vt schismatici spiritum rediuiuę charitatis accipiant, vt lapsis pœnitentiæ remedia conferantur, vt denique cachecumenis ad regenerationis sacramẽta pducẽtis, cœlestis misericordiæ aula referetur. Hęc autẽ non perfunctorie neque inaniter a Domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignat attrahere, quos eruptos de potestate tenebrarum transferat in regnum filij charitatis suę, & ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Quod a deo totum diuini operis esse sentitur, vt hęc efficienti Deo gratiarum semper actio laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referantur.

Exorcismus & sufflatio. CAP. XXXI. De conse. dis. 4 c. siue paruuli. Ioan. 14. Matt. 12, Luc. 11. Psal. 67.

ILLVD etiam quod circa baptizandos in vniuerso mundo sancta Ecclesia vniformiter agit, non ocioso cõtemplamur intuitu. Cum siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitę adeant quam exorcismis & exufflationibus cleri corum spiritus ab eis immundus abigatur vt tunc vere appareat quõ princeps mũdi huius mittat foras, & quõ prius alliget fortis & deinceps vasa eius diripiantur, in possessionem translata victoris, qui captiuam ducit captiui-

Gratia & liberū arbitriū.
CAP. XXXII.

Idē supra.c.26 & in de grā & lib.ar.ad Valē. c.6.&.7. & in 9.lib. cōfes.ca. 13.ī To.1.& sup.1.c.10.ī T.9 &ī.13.de trini. c.14.& adducitur a Beda sup 4.ca. ad Rom.

Esai.13.
Mat.6.

Adam primo immortalis.
CAP. XXXIII.

In cōcil.mileui ta.c.1.& in cōci.aphri.76.& ab Au. in lib.Hypogno. contra pelagianos c.1.in To.7.

De baptizādis infantulis.
CAP. XXXIIII.

In cōci.mileui. can.2.ī.1. To. cōci. & de con se.dis.4.c. placuit quicunque paruulos ī cōc. aphri.can. 77. Ro.5.

Oēs vere sumus peccatores.
CAP. XXXV.

In cōci.mileui. an.6,& ī cōc.

ptiuitatem,& dat dona hominibus.

OMNIVM bonorum affectuum atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profitemur authorem. Et non dubitamus ab ipsius gratia omnia hominis merita præueniri, per quem fit vt aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo vtique auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, vt de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanū, de imprudente sit prouidum. Tanta enim est erga omnes homines bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, q̄ sunt ipsius dona, & pro ijs quę largitus est ęterna præmia sit donaturus. Agit quippe in nobis vt quod vult & velimus & agamus nec ociosa esse in nobis patitur quę exercenda non negligenda donauit: vt & nos cooperatores simus gratię Dei, ac si quid in nobis ex nostra vitiositate deprauatum est, non desperemus remissione languescere, ad illum solicite recurramus, qui sanat omnes lāguores nostros, & redimit de interitu vitam nostram, & cui quotidie dicimus: ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo.

QVICVNQVE dicit Adam primum hominē mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore hoc, id est de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturę, anathema sit.

QVICVNQVE paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorū eos baptizari sed nihil ex Adā trahere originalis peccati, quod lauacro regeneratiōis expiet, vnde sit consequens vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit: Quoniam non aliter intelligendum est qđ ait Apostolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt: nisi quem admodum Ecclesia catholica vbiq; diffusa semper intellexit. Propter hanc enim fidei regulam etiam paruuli q̄ nihil peccatorum in seipsis adhuc cōmittere potuerūt, id eo in peccatorum remissionem veraciter baptizant, vt in eis regeneratione mundet, qđ generatiōe traxerūt.

QVOD ait sanctus Ioannes Apostolus: si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est: quisquis sic accipiendū putauerit vt dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit. Sequitur enim Apostolus & adiungit: Si aūt confessi

fessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiā veraciter dici. Poterat enim Apostolus dicere: Si dixerimus, non habemus peccatum, nosipsos extollimus, & humilitas in nobis non est. Sed cū ait: Nosipsos decipimus, & veritas in nobis nō ē: satis ostēdit, eū q̄ dixerit se nō habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

aphri.can,81.in 1.To;concil.

Omnibus orandum pro dimittēdis peccatis.
CAP. XXXVI.
Mat.6.
In cōci.mileui. can.7.in cōcil. aphri: can. 82.ī 1.Tom.concil:
Iaco.3.
Psal.142.

QVICVNQVE dixerit in oratiōe dominica ideo dicere sanctos: Dimitte nobis debita nostra: vt non propter ipsis hoc dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro alijs qui sunt in suo populo peccatores: & ideo non dicere vnumquemq; sanctorum, Dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra vt hoc pro alijs potius quam pro se iustus petere intelligat: anathema sit. Sanctus enim & iustus erat Apostolus Iacobus, cum dicebat: In multis enim offendimus oēs. Nam quare additum est, oēs, nisi vt ista sententia conueniret Psalmo vbi legit: ne intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabit in conspectu tuo oīs viuens? Et in

Ecclesia.7.

oratione sapientissimi Salomonis: non est homo qui nō

Iob.37:

peccet. Et in libro sancti Iob: in manu omnis hominis signat, vt sciat oīs homo infirmitatē suam. Vnde etiam

Daniel.9.

Daniel sanctus & iustus, cum in oratione pluraliter diceret, Peccauimus, iniquitatem fecimus, & cætera quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur quē admodum quidam sentiunt, hoc non de suis, sed de populi sui dixisse peccatis: postea dixit, cum orarem & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domini Deo meo noluit dicere, peccata nostra, sed populi sui dixit, & sua: quoniam futuros istos qui tam male intelligerent tanquam propheta præuidit.

Dimittunt debita etiā sanctis.
CAP. XXXVII.
Matt.6.
In concil.mileui.can. 8. & in cōc.aphri,cā.83 in.1.To,concil:

QVICVNQVE ipsa verba dominice orationis, vbi dicimus, dimitte nobis debita nostra: ita volunt a sanctis dici, vt humiliter non veraciter hoc dicat: anathema sit. Quis enim ferat orantem, nō hominibus sed ipsi Domino mentientē, q̄ labijs sibi dicit dimitti velle, & corde dicit quę sibi dimittantur debita non habere?

Lapsus Adæ.
CAP. XXXVIII
In cōc.Aurauf. can.1.in.1.To. conciliorum.
Ezech.18.
Roma.6.
2.Pet.2.

SI quis per offensam præuaricationis Adæ nō totū, id est, secundum corpus & animam in deterius dicit hominem commutatum, sed animę libertate illęsa durante corpus tātūmodo corruptioni credit obnoxiū, Pelagij errore deceptus aduersans scripturę dicēti: Anima q̄ peccauerit: ipsa morietur. Et, nescitis, quoniā cui obeditis, & a quo quis superatur eius seruus adijcitur?

Peccatum Adæ in posteros.
CAP. XXXIX.

SI quis soli Adæ præuaricationem suam, non etiam eius propagini asserit nocuisse, aut certe mortem tantum

In cõl.Arau.can. 2.i 1. To.cõcil. Roma. 5. Roma. 5. Gratia.

CAP. XL.

In cõ. Arau.cã. 2. i,1. To,cõci Esa.65. Roma.10. Voluntas bona a Deo.

CAP. XLI.

In cõcil. Arau. cap.4.in.1.To. conciliorum. prou . Phili2. S,sedm transl.70. Gratia operatur omnia

CAP. XLII.

In cõcil. Arau. cã.5.in.1.Tom. concil. & in de gratia Phil. 1. et lib. arb.ad Imidem Val. 6 & 7.& Ephe 2. 17.i To.3 et i 2 To.hor.opuf.& in de predeft. fã 6o.3.&.7.&.8. &.10.in To.7. et i.3. To. hor. opuscul. In cõcil.Arau. can.6.in1. To. conciliorum. 1.Corin.4. 1.Cor.15.

Hominẽ nihil posse sine Deo.

CAP. XLIIII.

in cõcil Ara.cã. 7.i,1, T,cõc,et

tum corporis quę pœna peccati est, nõ autem & peccatum quod mors est animæ per unum hominem in omne genus humanũ transisse testatur, iniustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicenti. Per unum hominẽ peccatũ intrauit in mũdũ, & p peccatũ mors, & ita in omnes homines ptrãijit, i quo omnes homines peccauerũt.

SI quis inuocatione humana gratiã Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere ut inuocetur a nobis, contradicit Esaiæ prophethæ, uel Apostolo idẽ dicẽti: Inuentus sum a non quærentibus me, palam apparui ijs qui me non interrogabant.

SI quis ut a peccato purgemur uolũtatẽ nostrã Deũ expectare contendit, non autem ut etiam purgari uelimus, per Sancti Spiritus insusionem & operationem in nobis fieri confitetur, reſiſtit ipſi Spiritui Sancto per Salomonem dicenti: Preparatur uoluntas a Domino. Et Apostolo, salubriter predicanti: Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona uoluntate.

SI quis sicut augmentũ, ita etiam initium fidei, ipsum que credulitatis affectum quo in eũ credimus qui iustificat impium, & ad regenerationẽ sacri baptismatis peruenimus, non gratiæ donũ, id est per inspirationem Spiritus Sancti corrigentem uoluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, apostolicis dogmatibus aduersarius approbatur, beato apostolo Paulo dicente: Confidimus quia qui cœpit in vobis bonum opus perficiet usque in diem Christi Iesu. Et illudit: Vobis datum est pro Christo non solum ut in eum credatis, uerum etiam ut pro illo patiamini. Et, Gratia salui facti estis per fidẽ, & hoc nõ ex uobis, Dei enim donũ est. Qui enim fidẽ qua in Deũ credimus, dicũt esse naturalẽ, omnes eos qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse definiunt.

Gratiæ omnia deberi. CAP. XLIII.

SI quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, studentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus nobis misericordiã dicit cõferri nitus, nõ autẽ ut credamus, uelimus, uel hæc omnia sicut oportet agere ualeamus p infusionẽ & inspirationem Sancti spiritus in nobis fieri confitetur: & aut humilitati, aut obedientiæ humanæ subiungit gratiæ adiutoriũ, nec ut obedientes & humiles simus ipsius graiæ donum esse cõsentit: reſiſtit Apostolo dicẽti, Quid enim habes, quod non accepisti? Et, Gratia Dei sum id, quod sum.

SI quis p naturę uigorẽ bonũ aliquid quod ad salutẽ ptinet uitæ ęternę cogitare ut expedit aut eligere, siue salutari, id est Euangelicæ predicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione & inspiratione Spiritus

tus Sancti, quidat omnibus suauitatẽ in cõsentiẽdo & in credẽdo ueritatẽ, heretico fallitur spiritu, non intelligẽs uocẽ Dei in Euãgelio, dicẽtis: Sine me nihil potestis facere. Et illud Apostoli: Nõ qđidonei simus cogitare aliqđ a nobis quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nra ex Deo ẽ.

Solus Deus trahit hominem. CAP. XLV.

SI quis alios p misericordiã, alios uero p liberũ arbitrium, quod in omnibus q de preuaricatione primi hominis nati sunt cõstat esse uitiatũ, ad gratiã baptismi posse uenire cõtẽdit, a recta fide ꝓbat alienus. Ille enim nõ omnium liberũ arbitriũ p peccatũ primi hominis asserit interemptum: aut certe ita læsum putat, ut tamẽ qđã ualeat si ne reuelatione Dei ministeriũ salutis æternę p semetipsos posse congrere. Quod cũ sit contrariũ ipse Dominus ꝓbat, q nõ aliquos sed neminẽ ad se posse uenire testat, nisi quẽ pater attraxerit. Sicut & Petro dicit. Beatus es Simõ Bariona, qa caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus q in cœlis est. Et Apostolus: Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto.

ARBITRIVM uoluntatis in primo homine infirmatũ, nisi p gratiã baptismi nõ potest reparari. Quod amissum nisi a quo potuit dari, nõ potest reddi. Vnde ueritas dicit: Si uos filius liberauerit, tũc uere liberi eritis.

NATVRA humana ẽt si in illa integritate in qua ẽ cõdita ꝑmaneret, nullo mõ seipsam creatore suo nõ adiuuãte seruaret. Vnde cũ sine Dei gra salutẽ nõ posset custodire q accepit, qũo sine Dei gra poterit reparare quod pdidit.

SICVT eis q uolẽtes in lege iustificari a gratia excidẽrũt, uerissime dicit Apostolus: Si in lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est: sic eis q gratiã cũ cõmẽdat & ꝓcipit fides Christi, putãt esse naturã, uerissime dicit: Si p naturã iustitia est, ergo gratis Christus mortuus ẽ. Iã hic enim erat lex & nõ iustificabat. Iã hic erat & natura, & nõ iustificabat: ideo Christus nõ gratis mortuus est, ut & lex p illũ impleret q dixit, Nõ ueni soluere legẽ, sed implere: & natura p Ađã perdita per illum repararet, qui dixit, uenisse se quærere & saluare qđ perierat.

Repetitio superiorum. CAP. XLIX.

SECVNDVM supraſcriptas sanctarũ scripturarũ sentẽtias, uel antiquorũ patrũ definitiones, hoc Deo ꝓpitiã te & predicare debemus & credere, quod p peccatũ primi hominis, ita genus humanũ sit inclinatũ, ut nullus postea aut diligere Deũ sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est possit, nisi eum gratia misericordiæ diuinæ preuenerit. Vnde & Abel iusto & Noe & Abrahę & Isaac et Iacob, omnique antiquorum sanctorum multitudini illam preclaram fidem quam in ipsorum laude prædicat

apostolus

au.id.gra.et li. arb.17.i.2.To. horum Io.15. opusc. 2.Co.3. et i de spũ et lra.31 et In cõc. 34.i T. Arau . 3.hor. opusc. can.8. i.1. To. conci. Ioan.16' Mat.16. 1.Corin.12.

Liberũ arbitrium.CAP. XLVI.

In cõcil.Arausit can.13.i.1.To. concil. Ioan.8.

Gratia:

CAP.XLVII.

In con . Arau. can.19.in.1.T. conciliorum.

An gra sit nã

CAP. XLVIII.

Gal.2.

In cõcil.Arau. can.21.i.1.To. cõcil.& i Epi. Matt.5. 5.epi Lu.19. fc.ad Inno papam quę est. 81.in 2. Tom. operum Aug.et in epist. 95. & cõtra duas.Pelagianorũ epist. li.3.c.i T.7 & i 3.To.hor.opusc. Matt.9.& 12. In.cõc.Ara.cã. 25.i.1.T.cõcil. Ro.4.&.9; Heb.11.

apostolus Paulus, non per bonum naturæ, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiã Dei credimus fuisse collatam. Quam gratiam etiam post aductum Domini omnibus qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio haberi, sed Christi nouimus simul & credimus largitate conferri, secundum illud quod iam sæpe dictũ est & prædicat Paulus apostolus: Vobis donatum est pro Christo non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro eo patiamini. Et illud: Deus qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet vsque in diem Domini nostri. Et illud: Gratia saluí facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est. Et quod de seipso ait Apostolus: Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem. Nõ dixit quia erã, sed vt essem. Et illud: Quid habes quod non accepisti? Et illud: Omne datum bonum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Et illud: Nemo habet quicquam nisi illi datum fuerit desuper.

Phil.1.
Ephe.2.
1.Corin.7.
1.Tim.9.
1.Corin.4.
Iaco.1.
Ioan.3.

Voluntas hoĩs post baptismũ.

CAP. L.

HOC etiam secundum fidem catholicam credimus, quod post acceptam baptismi gratiam, omnes baptizati Christo auxiliante & cooperante quæ ad salutem animæ pertinẽt possunt & debeant si fideliter laborare voluerint adimplere. Aliquos vero ad malum diuina potestate prædestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam si sunt qui tantum mali credere velint cum omni detestatione illis anathema dicimus.

In cõcil: Arau. cã. 25. in. 1. To. conciliorum.

Nõ est ad malũ prędestiatio. sed qñ appositum dicit aug. sciendum quod id retractauit 1. retrac. 23. & in de prædest. sanct. 3. in Tom. 7. & in. 3. Tom. horum opuscul. Adhuc potest, & malorum prædest. pro præscientia intelligi, vt in de prædest. dei ca. vlt. intelligit augu. quod fusius declaratur in lib. 6. Hypogn. in. 3. Tom. horum opuscul. & 1. senten. 40. cap. 1. & 2.

Initium meritorum vnde.

CAP. LI.

IN omni opere bono nõ nos incipimus, & postea per Dei misericordiam adiuuamur, sed ipse nullis præcedẽtibus bonis meritis & fidẽ & amorẽ sui prius inspirat: vt & baptismi sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum cum ipsius adiutorio ea quæ sibi sunt placita implere possimus. Vnde manifestissime credendum est, quod & illius latronis quẽ Dominus ad paradisi patriam reuocauit, & Cornelij Centurionis ad quem Angelus Domini missus est: Zacheique qui ipsum Dominum susc ipere meruit illa tam admirabilis fides non fuerit de natura, sed diuinę gratię largitate donata.

Luc.23.
Act.10.
Luc.19.

Qui sint habẽdi pro baptizatis.

CAP. LII.

BAPTISMA vnum ẽ, sed in Ecclesia, vbi vna fides est, vbi in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti datur. Et ideo si qui apud illos hęreticos baptizati sunt qui in sanctæ Trinitatis confessione baptizant, & veniunt ad nos recipiantur quidem vt baptizati, ne sanctæ Trinitatis

nitatis inuocatio vel confessio annulletur: sed doceantur integre & instruantur, quo sensu sanctæ Trinitatis mysterium in ecclesia teneatur: & si consentiunt credere vel acquiescunt confiteri, purgati iam fidei integritate confirmentur manus impositione. Si vero paruuli sunt vel hebetes qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis qui eos offerunt iuxta morem baptizandi: & sic manus impositione & chrismate communiti eucharistię mysteriis admittantur. Illos autem qui non sanctę Trinitatis inuocatione apud hęreticos baptizati sunt, & veniũt ad nos, baptizari debere pronunciamus, non rebaptizari. Neque enim credendum est eos fuisse baptizatos, qui non in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti iuxta regulam a Domino positam tincti sunt: vt Paulini, Procliani, Borboritæ, Siphori qui nunc vocantur Bonosiani, Photiniani, Montani & Manichæi, variaque impietatis germina: vel cæteræ istorum origines siue ordinis pestes, quę duo principia sibi ignota introducunt, vt Cerdon & Marcion: vel contraria, vt Manichæus: vel tria & barbara, vt Setianus & Theodosius: vel multa, vt Valentinus: vel Christum hominem fuisse absque Deo vt Cerinthus, Hebion, Artemon & Photinus. Ex istis, inquam, si qui ad nos venerint, non requirendum ab eis vtrum baptizati sint an non sed hoc tandem: si credant ecclesię fidem, & baptizentur ecclesiastico baptismate.

Paulini
Procliani
Borboritę
Siphori
Photiniani
Montani
Manichęi
Cerdon
Marcion
Manichæus
Setianus
Theodosius
Valentinus
Cerinthus
Hebion
Artemon
Photinus

De Eucharistia.

CAP. LIII.

QVOTIDIE eucharistię communionem percipere nec laudo nec reprehendo. Omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo et hortor, si tamen mẽs sine affectu peccandi sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, grauari magis dico eucharistiæ perceptione quam purificari. Et ideo quanuis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cętero voluntatem & communicaturus satisfaciat lachrymis & orationibus & confidens de Domini miseratione, qui peccata piæ confessioni donare consueuit, accedat ad eucharistiam intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico quem capitalia & mortalia peccata non grauant. Nam quem mortalia crimina post baptismum commissa premunt, hortor prius publica pœnitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si vult non ad iudicium & condemnationem sui eucharistiam percipere. Sed & secreta satisfactione solui mortalia crimina non negamus, sed mutato prius seculari habitu, et confesso religionis studio per vitæ correctionem, & iugi imo perpetuo luctu miserante Deo, ita duntaxat, vt contraria pro iis quę pœniteat agat, & eucharistiam omnibus dominicis diebus supplex & submissus vsque ad mortem

sup Ioan. tract. 27. in Tom. 9.
4. sen. dist. 12. c. institutum est.
De conf. dist. 2. cap. quotidie &

De pœnitentia. CAP. LIII I.

De diuinis ,pmissionibus. CAP. LV. Melitani Cerinthi Marcion Papia Tertullianus Lactantius Nepos & papias vt diuus Hier. testat in catalogo scriptorum ecclesiasticorum, vbi de illo verba facit.

Quod nullus saluetur nisi Deo authore. CAP. LVI. Sed vide in decorre. & gra. c. 1. qđ desiderare gratiã est initiũ gratiæ ī To .7. & in .2. Tom. hor. opusc. 2. sen. dis. 35. ca. quocirca.

Nihil nõ mutabile pter Deũ. CAP. LVIII.

Stabilitas in angelis. CAP. LIX. 2. sen. dist. 5. c. 1.

mortem percipiat.

POENITENTIA vera, est pœnitenda nõ admittere, et admissa deflere. Satisfactio pœnitẽtię, ẽ causas peccatorũ excidere, nec earũ suggestionibus additũ indulgere.

IN diuinis promissionibus nihil rerenum vel transitorium expectemus, sicut Melitani sperant. Non nuptiarum copulã sicut Cerinthus & Marcion delirant. Non quod ad cibum vel ad potum ptinet, sicut Papię, autore Hirenco & Tertullianus & Lactantius acquieſcunt. Necp post mille annos post resurrectionem regnũ Christi in terra futurum, & sanctos cum illo in delitiis regnaturos speremus, sicut Nepos docuit, primam istorum resurrectionem, & secundam impiorum qui confinxit. Et inter has duas mortuorum resurrectiones, gentes ignorantes Deum in angulis terrarum in carne seruandas. Quæ post mille annos regni in terra iustorum instigante diabolo mouendæ sunt ad pugnam contra iustos regnantes: & Domino pro iustis pugnante imbre igneo compescendas: atque ita mortuas cum cęteris in impietate ante mortuis ad æterna supplicia in incorruptibili carne resuscitandas.

NVLLVM credimus ad salutem nisi Deo inuitante venire. Nullum inuitatum salutem suam nisi Deo auxiliante operari. Nullum nisi orantem auxilium promereri. Nullum Dei Voluntate perire sed permissu, pro electione arbitrii, ne ingenuitas potestatis semel hominibus attributæ ad seruilem cogatur necessitatem.

Quod malum non sit a Deo. CAP. LVII.

MALVM vel malitia nõ est a Deo creata sed a diabolo inuẽta, quia & ipse bonus a Deo creatus est. Sed quia libero arbitrio vt pote rationalis creatura a Deo cõmissus est, & cogitandi acceperat facultatem, sci entiam boni vertit ad malum: & multa cogitando factus est inuentor mali: & quod in se perdiderat, inuidit in aliis, nec contentus solus perire, suasit aliis, vt qui esset suæ malitię inuentor, fieret & aliorũ author: & ex eo malum uel malitia percurrit in cæteras rationales creaturas.

VNDE cognoscimus nihil esse natura immutabile, nisi solum Deum Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, qui mutari non potest a bono, quia natura possidet bonum, nec potest aliud quid esse quam bonum.

ANGELI vero qui in illa qua creati sunt beatitudine perseuerant, non natura possident bonum vt non muta rentur cum cæteris, sed arbitrii seruantes bonam voluntatem, & bonum conditionis, & fidem suo Domino. Propter quod & merito ab ipso Domino sancti Angeli vocantur, quod tenuerunt arbitrii sanctitatem nec iociorum exemplo deuiauerunt a bono.

FIDES

FIDES vera quæ est catholica omnium creaturarum siue spiritalium siue corporaliũ bonam confitetur substantiam, & mali nullã esse naturã: quia Deus qui vniuersitatis est cõditor, nihil nõ bonum fecit. Vnde & diabolus bonus esset, si in eo quod factus est permaneret. Sed quia naturali excellentia male vsus est, & in veritate nõ sterit, non in contrariam substantiã transiit, sed a summo bono cui debuit adhęrere discesit.

Fœlicitas angelorum. CAP. LXI.

VIRTVTES angelicæ quæ in diuino amore fixæ perstiterunt lapsis superbientibus Angelis, hoc munere retributionis acceperunt, vt nulla iam rubigine furripientis culpę mordeantur: vt & in contemplatione condioris sine fœlicitatis fine permaneant, & in hoc sic cõditę æterna stabilitate subsistant.

TALES creati sunt Angeli, vt si vellent in beatitudinis luce persisterent. Si autẽ vellent, etiã labi potuissent. Vnde et Satan cum sequentibus legionibus cecidit. Sed post eius lapsum ita cõfirmati sunt Angeli qui pstiterunt vt cadere omnino nõ possent, quia ne omnino iam caderent, virtutem incommutabilitatis acceperunt.

BONAE sunt nuptiæ, sed causa filiorum & compescẽdæ fornicationis obtentu.

MELIOR est cõtinẽtia, sed nõ sibi sufficit ad beatitudinẽ si, p solo amore pudicitiæ retinetur. sed si et cũ affectu causa vacãdi Domino eligatur, alioquin diuortiũ magis cõiugii videtur esse, quã appetitio castitatis.

VIRGINITAS vtroq; bono pcelsior est, quia et naturã vincit et pugnã. Naturã corporis integritate: pugnã pace castimonię, q pro solo amore pudicitię in pace est.

BONVM est cibum cum gratiarum actione sumere, & quicquid Deus pręcepit edendum est. Abstinere autẽ ab aliquibus non quasi a malis, sed quasi nõ necessariis, non est malum. Moderari vero eorum vsum pro necessitate & tempore, proprie Christianorum est.

Nuptiæ & cibus. CAP. LXVII.

MALAS dicere nuptias vel fornicationi comparandas aut stupro: cibos quoq; credere malos, vel malitias causare percipientibus, non est Christianorum, sed proprie Hierarchitaurum & Manichęorum.

Merita ex abstinentia. CAP. LXVIII.

SACRATAE Deo virginitati nuptias coęquare, aut pro amore castigandi corporis, abstinentibus a vino vel carnibus nil credere meriti accrescere, non hoc Christiani, sed Ioutniani est.

INTEGRA fide credendũ est beatã Mariã Dei Christi matrem, & virginem concepisse, & virginem genuisse, & post partum virginem permansisse, Nec est blasphemiæ

Natura nihil ẽ malũ. CAP. LX.

Nulla natura mali, nec habet cãm efficiẽtem sed deficiẽtẽ. Nã vt audire si lẽtiũ nõ ẽ audire, ſ deficereab audiẽdo, ita agere malũ ñ ẽ agere sed deficeſ ab agẽdo Au. 12. de tri. ca. 8. i. 3. To. 2. sen. dis. 4. et. 5

Libera volũtas angelorum. CAP. LXIII. 2. sent. dist. 3.

Nuptiæ. CAP. LXIII.

Con inen ia. CAP. LXIIII. 1. Cor. 7.

Virginitas. CAP. LXV. 1. Cor. 7.

Ciborũ delectus CAP. LXVI. 1. Thi. 4. Et vid diuũ Aug. ī lib 3. de doc. Christi cap. 3. in To. 3 operũ diui aug & sup. in isto .1 Tom. opusc. Hierarchi ę Manichæi.

1. ad. Thimo. 4. Iouiniani.

Beatã virginẽ ſ p fuisse virginẽ CAP. LXIX.

Heluidius.

mię Heluidii acquiescendum qui dixit, Fuit virgo ante partum, non virgo post partum.

De elementis mundi.
CAP. LXX.

ELEMENTA, id est, cœlum & terram non credamus abolenda per ignem, sed in melius commutanda, figuram quoque mundi, id est, imaginem, non substantiam transituram.

De facultatibus erogandis.
CAP. LXXI.

BONVM est facultates cum dispensatione pauperibus erogare. Melius est pro intentione sequendi Dominum in simul donare, & absolutum solicitudine cum Christo egere.

Impedimẽta clericatus.
CAP. LXXII.

MARITVM duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum. Neque eum qui vnam quidem, sed concubinam, nõ matronam habuit: Nec illum qui viduam, aut repudiatam, uel meretricem in matrimonio sumpsit. Neque eum qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua vel iusto iniustoue timore superatus truncauerit. Neque illum qui vsuras accepisse conuincitur, aut in scena lusisse dinoscitur. Neque eum qui publica pœnitentia mortalia crimina deflet. Neque illum qui aliquando in furiam versus insaniuit, vel afflictione diaboli vexatus est. Nec eum qui per ambitionem ad imitationem Simonis magi pecuniam offert.

Dist. 50. cap. ex pœnitentibus. Simon Magus donum Spiritus Sancti emere cupiebat, vt illud vendendo lucrum faceret. Et sic potentiam, & non donum ipsum, vel ipsius iustitiam amabat super psal. 30. in concil. 2. in fine huius. 1. Tom, opusc, & in. 1. cap. lib. de hęresibus & super Ioan. tract. 6. & 123. in Tom. 9.

De reliquiis sãctorum.
CAP. LXXIII.

SANCTORVM corpora et pręcipue beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra synceris sime honoranda, & basilicas eorum nomnibus appellatas velut loca sancta diuino cultui mancipata, affectu piissimo & deuotione fidelissima ad eundas credimus. Si quis contra hanc sententiam venerit, non Christianus, sed Eunomianus & Vigilantianus creditur.

Eunomianus, Vigilantianus.

De cathecumenis defunctis et martyrib. nõ baptizatis.
CAP. LXXIIII

BAPTIZATIS tantum iter esse salutis credimus, Nullum cathecumenum, quanuis in bonis operibus defunctum vitam æternam habere credimus, excepto martyrio vbi tota baptismi sacramenta complentur. Baptizandus confitetur fidem suam coram sacerdote, et interrogatus respondet: hoc & martyr coram persecutore facit, qui & confitetur fidem suam, & interrogatus respõdet. Ille post confessionem vel aspergitur aqua vel intingitur: & hic vel aspergitur sanguine, vel contingit igne. Ille manus impositione pontificis accipit Spiritum Sanctum: hic habitaculum efficitur Spiritus Sancti, dum nõ est ipse qui loquitur, sed Spiritus Patris qui loquitur in illo. Ille communicat eucharistię in commemoratione

Baptizatur martir in suo sanguine.

mortis Domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renũciaturũ: hic ipsi renunciat vitę. Illi peccata omnia dimittuntur: in isto extinguntur.

IN eucharistia non debet pura aqua offerri Vt quidẽ sobrietatis falluntur imagine, sed vinum cum aqua mixtum: quia & vinum fuit in redemptionis nostræ mysterio, cum dixit. Non bibam amodo de hoc genimine vitis: & aqua mixtum, non quod post cœnam dabatur, sed quod de latere eius lancea perfosso aqua cum sangui ne egressa, vinum de vera eius carnis vite cũ aqua expressum ostenditur.

Qualiter eucharistia offeratur
CAP. LXXV.
Mat. 26.
Ioan. 16.

BONA est caro nostra & valde bona, vtpote a bono solo Deo condita, & on est mala, vt volunt Sethianus & Ophianus & Patricianus: nec mali causa, vt docuit Florianus: nec ex malo & bono compacta, vt Manichęus blasphemat. Sed cum sit creatiõe bona atbitrio animę efficitur nobis vel bona vel mala, nõ immutatio ne substãtię, sed executionis mercede. Ipsa enim est quæ stabit ante tribunal Christi, in quo perferat anima propria corporis prout gesit siue bonũ siue malum.

De humana carne.
CAP. LXXVI
Sethianus
Ophianus
Patricianus
Florianus
Manichęus
2. Cor. 5.

IN resurrectione ex mortuis sexus forma non mutabitur, sed vir mortuus resurget in forma viri, & fœmina in forma fœminę. Carens tamen sexuum in hac vita cõditione, non specie naturali, ne non sit vera resurrectio si non id resurget quod cadit.

Resurrectio.
CAP. LXXVII.

ANTE passionem Domini omnes animæ sanctorum in inferno sub debito pręuaricationis Adæ tenebantur, donec authoritate Domini per idebitam eius mortem a seruili conditione liberarentur.

Animę sanctorũ ante passionẽ.
CAP. LXXVIII.
13. d. trini. c. 14 in. 3. Tom.

POST ascensionem Domini ad cœlos, omnium sanctorum animę cum Christo sunt, & exeuntes de corpore ad Christum uadunt, expectantes resurrectionem corporis sui, ut ad integram & perpetuam beatitudinem cum ipso pariter immutentur: sicut & peccatorum animæ in inferno sub timore positæ, expectant resurrectionem sui corporis, ut cum ipso ad pœnam detrudantur æternam.

Aię sanctorum post ascensionẽ.
CAP. LXXIX.
1. Corin. 15.
Aliter ĩ Enchi. cap. 109.

POENITENTIA aboleri peccata indubitãter credimus, etiam si in ultimo uitę spiritu admissorum pœnitet, & publica * lamentatione peccata prodantur, quia propositum Dei, quo decreuit saluare quod perierat, stabilem mobile: & ideo quia uoluntas eius non mutatur, siue emẽdatiõe uitę si tẽpus cõceditur, siue * supplicii cõfessione si continuo uita exceditur uenia peccatorum fideliter presumatur ab illo, qui nõ uult mortẽ peccatoris, sed ut cõuertatur a perditione pœnitẽdo, & saluatus miseratione Domini viuat: Si qs aliter de iustissima Dei pietate sentit, non Christianus, sed Nouatianus est.

De peccatorum venia.
CAP. LXXX.
* Al's suplici.
Luc. 1. 19.
* Alias, publica.

Q̃d diabolũ lateãt cogitatiões CAP. LXXXI.

INTERNAS animæ cogitationes diabolum non videre certi sumus, sed motibus eas corporis ab illo & affectionum indicijs colligi experimento didicimus. Secreta autem cordis solus ille nouit ad quem dicitur, Tu solus nosti corda filiorum hominum. 3. Reg. 8.

Cogitationes. CAP. LXXXII.

NON omnes male cogitationes nostræ semper diaboli instinctu excitantur, sed aliquotiens ex nostri arbitrij motu emergunt. Bonæ autem cogitationes semper a Deo sunt.

Dæmones quo occupent homines. CAP. LXXXIII.

DAEMONES per energicam operationem non credimus substantialiter illabi animæ, sed applicatione & oppressione vniri. Illabi autem menti illi soli possibile est qui creauit, qui natura subsistens in corporeus capabilis est suæ factura.

De signis & virtutibus. CAP. LXXXIIII.

SIGNA & prodigia & sanitates etiam peccatores in nomine Domini facere ab ipso Deo didicimus: & cũ alios hac præsumptione iuuent, sibi per ambitionem humanæ gloriæ nocent: quia gloriantur in dato falso, non meriti debito.

Quod nullus signis sanctus fit. CAP. LXXXV.

SIGNIS & prodigijs clarum posse fieri Christianum non tamen sanctum, si intemperatis & asperis moribus agat: temperatis autem & placidis moribus etiam absque signorum efficacia, & sanctum & perfectum & Dei hominem fieri recte credimus.

Sancti quoque peccatores. CAP. LXXXVI. In cõcil. mileuitano c. 5. &. 6. ĩ 1. To. cõcilio.

NVLLVS sanctus & iustus caret peccato, nec tamẽ ex hoc desinit esse iustus uel sanctus cum affectu teneat sanctitatem. Non enim naturæ humanæ viribus, sed proposti adiumento per Dei gratiam acquirimus sanctitatem, Et ideo veraciter se omnes sancti pronunciant peccatores, quia in veritate habent quod plangant, & si nõ reprehensione conscientiæ, certe mobilitate & mutabilitate prævaricatricis naturæ.

Pascha. CAP. LXXXVII.

PASCHA, id est, dominicæ resurrectionis solẽnitas, ante transgressum vernalis æquinoctij & quartædecimæ lunæ perfectionem, non potest celebrari, in eodem mense natæ.

Imago Dei aĩa. CAP. LXXXVIII.

PROPTER nouellos legislatores, qui ideo animam tantum ad imaginem Dei creatam dicunt, vt quia Deus incorporeus recte creditur etiam incorporea anima esse credatur, libere confitemur, imaginem in eternitate, similitudinẽ ĩ moribus iueniri.

Imago ĩ ęternitate, & similitudo in moribus.

QVODVVLTDEI AD AVGVSTINVM, PETENTIS VT HAERESEON CATALOgum conscribat.

Domino merito venerabili, & vere beatissimo patri Augustino Episco. Quoduultdeus Diaconus.



IVtrepidus fui, & ausus hos meos aliquotiens distuli: sed me principaliter, vt dici assolet, animauit beatitudinis tuę beneuolẽtia omnibus comprobata. Quam dũ considero, magis timui, ne non petendo superbus, non quęrendo desidiosus, non pulsando piger a Domino iudicarer. Sufficere autẽ mihi crederem huiusmodi tantummodo voluntatem, si fructum adipisci non possem. Cum autem pro certo nouerim, ostium diuini sermonis, quod venerationi tuę cœlestis gratia patefecit, paratam esse mentem tuam sanctam, quam possidet Christus, non solum cunctis uolentibus pandere, verum etiam nolentibus, vt introire nõ pigeat, persuadere, occupationi reuerentię tuæ multiloquio superfluo moram non faciam, sed desiderium obsecrationis meę breuiter indicabo. Nonnullos in clero huiusce etiam amplissimæ ciuitatis esse imperitos, ex meipso conijcio: & quantum vniuerso illi ordini profuturũ sit quod * expecto, considerationi sanctitatis tuę discutiẽdum offero. Priuilegio nanq; cunctorũ, qui hoc de spiritalibus tuis laboribus promerentur etiam me indignũ consecuturũ esse pręsumo, domine merito venerabilis, & vere beatissime pater. Precor igitur beatitudinẽ tuã, vt ex quo Christiana religio hęreditatis promisse nomẽ accepit: quę hęreses fuerint, sint quos errores intulerint, inferant: qd aduersus catholicã ecclesiã senserint, sentiant, de fide, de trinitate, de baptismo, de pœnitẽtia, de homine Christo, de Deo Christo, de resurrectione, de nouo & vetere testamento: & omnia omnino, quibus a veritate dissentiunt: quæ etiam baptismum habeant: quęue non habeant: & post quas baptizet, * nec tamẽ rebaptizet Ecclesia: qualiter suscipiat venientes, & qd singulis lege, authoritate, atque ratione respondeat, digneris exponere.

* Al's expeto

Beatitudinẽ tuã præcor.

* Alias aut nõ baptizet.

exponere. Nec me tantę beatitudo tua credat ineptiæ, ut non inspiciam quantis & quam ingentibus uoluminibus opus sit, ut possint ista dissolui. Verum hoc ego fieri non expecto: id enim multipliciter factum esse non dubito: sed breuiter, perstricte atque summatim, & opiniones rogo cuiuslibet hæresis poni, & quid contra teneat Ecclesia catholica, quantum institutioni satis est, subdi: ut uelut quodã ex omnibus concepto cõmonitorio, si quis aliquam obiectionem aut conuictionẽ uberius, plenius ac planius nosse uoluerit, ad opulenta & magnifica uolumina trãsmittatur: quibus a diuersis, & præcipue ueneratione tua in hoc ipso constat elaboratum. Sufficiat autem & admonitio talis, ut puto doctis & imperitis, ociosis, & occupatis, & ad cuiuslibet gradus ministerium Ecclesiæ undecunque promotis: dum & ille qui multa legit, eadem breuiter recordatur, & compẽdio ignarus instruitur: ut nouerit quid teneat, quid euitet: quid auersetur ne faciat, quid ut faciat assequatur. Fortasis autem, si tamen quod arbitror uerum est, etiã aduersus calumniantium malignas mentes, & dolosa labia opus hoc paruum inter cętera mirifica testimonio coronæ tuæ nõ deerit: ut quibus patet campus calumniandi profusior, ualidis & ex omni parte conclusis fidei limitibus coarctati, omnibusq; ueritatis telorum generibus circumacti, atiã uno multiformi iaculo repente prostrati, morticinos spiritus non audeant anhelare. Video quam onerosus exi*tam meliora cogitanti, & disponẽti maiora sancto seni, & querelas corporis sustinẽti. Sed per Christum Dominum rogo, qui te participem sapiẽtię suę sine inuidia esse concessit, ut hãc gratiam dones indoctis Ecclesiæ, qui te agnoscis sapientibus atque insipientibus debitorem merito, ac iure dicturus, Videte quomiã nõ mihi soli laboraui, sed oibus exqrẽtibus ueritatẽ. Potui adhuc offerre supplices & multiplices preces, & mecum imperitorum classes asscisere: sed malui iam gaudere dictantem quam adhuc ocupare legentem.

AVGVSTINVS Q. VODVVLTDEO.

Domino delectissimo filio & condiacono Quoduultdeo Augustinus.

ACceptis literis charitatis tuę, ubi a me ardentissimo studio postulasti, ut de omnibus hæresibus quę post Domini saluatoris aduentũ aduersus eius doctrinã pullulauerunt, aliquid breuiter scriberẽ: quã sit hoc difficile, cõtinuo reperta occasione rescripsi per filium meũ Hipponensium primarium Philocalum: mox autem etiam ista oblata est, qua nũc rescribo, & breuiẽ difficultatẽ operis

Philastrius,

operis eius ostendo. * Philastrius quidam Brixiensis Episcopus, quem cũ sancto Ambrosio Mediolani etiã ipse uidi, scripsit hinc librũ: nec illas hæreses pretermittẽs, quę in populo Iudęo fuerunt ante aduentũ Domini: easque x xviii, cõmemorauit: & post Domini aduentum cxxviii Scripsit hinc etiam græce Episcopus Cyprius Epiphanius, in doctrina catholicę fidei laudabiliter diffamatus, sed ipse utriusq; tẽporis hæreses colligẽs, * xc. cõplexus est. Cũ ergo ambo id uellent facere quod a me petis, quãtum tamẽ inter se differãt de numero interim sectarũ uides: quod utique non euenisset, nisi aliud uni eorũ uideretur esse hæresis, & aliud alteri. Neque enim putãdum est aliquas ignorasse Epiphanium, quas nouerat Philastrius, cum Epiphanium longe Philastrio doctiorem inuenerimus, ita ut Philastrium potius dicere deberemus latuisse plurimas, si tamẽ plures esset ille complexus, & iste pauciores. Sed proculdubio in ea quæstione, ubi diceptatur quid sit hæresis, nõ idem uidebatur ambobus: & reuera hoc omnino definire difficile est: & ideo cauendũ cum omnes in numerũ redigere conamur, ne prætermittamus aliquas, quãuis hæreses sint: aut annumeremus aliquas, cũ hæreses nõ sint. Vide ergo ne forte librũ sancti Epiphanij tibi mittere debeam: ipsum enim arbitror Philastrio doctius hinc locutũ, qui posit apud Carthaginẽ in Latinã linguã uerti facilius atq; commodius, ut tu potius prestes nobis, quod queris a nobis. Perlatorẽ multum cõmendo, Subdiaconus est de nostra diœcesi: de fundo autem uiri spectabilis, no bisquæ charissimi Oroncij. Pro illo autem & pro eius patre, a quo adoptatus est, etiã ad ipsum scripsi: quas literas cum legerit Christiana benignitas tua, peto ut eas apud memoratum uirũ tua intercessione adiuuare digneris. Missi autem cũ illo etiam hominem ecclesiæ, ne ad tuam sanctitatẽ difficilis ei esset accessus: nõ enim parũ de illo solicitus sum a qua me solicitudine Dominus, ut spero, per tuæ charitatis instantiã liberabit. Peto etiam mihi rescribere non graueris, quemadmodum sit in fide catholica ille Theodosius, per quẽ Manichæi nonnulli sunt proditi: & ipsi quos ab eo proditos, putamus esse correctos. Si qnid etiam de profectione sanctorũ episcoporum forte audiuisti, fac ut nouerim. Deo uiuas.

Alibi Philaster

Epiphanius.

Alias, Lxxx

Hæresisqđ, dest nire difficile, & qnis sit hæreticus habes ab Augu. in lib. de utilitate creden diad Honoratum, cap. 1. in Tomo. 6.

Ne ad tuã sanctitatẽ ei difficilis esse accessus

Q. VODVVLTDEVS AVGVSTINO

Idem instantius petens.

Domino merito uenerabili, ac beatissimo sancto patri Augustino episcopo, Q. uoduultdeus diaconus.

VNum quidem reuerentię tuæ commonitoriũ, quod per Ecclesiasticum dignatus es destinare, suscepi.

Universidad de Deusto Biblioteca

Nam quod prius directum esse beatitudo tua significauit, per virum honorabilem Philocalum, necdum ad me peruenit. Verum quamuis conscius priorum semper suorum peccatorum, nunc tamen euidenter agnoui adipiscendo illi quod exoraui muneri, meam toti ecclesiæ impedimento esse personam. Sed omnino confido, quoniã qui per vnici sui gratiam, humani generis dignatus est delere facinora, nec mea in perniciem cunctorum prævalere permittet: potiusque vbi abundauit peccatum, gratiam faciet redundare. Domine merito Venerabilis ac beatissime pater, difficultatem operis quod instruendis imperitissimis nobis per tuam beneficentiam præstart suppliciter exoraui, ne ipse ignorans ante prædixi: sed de diuini fontis vbertate, quam tibi Dominus tribuit, veracĩ corde præsumpsi: nam & si Philastrius & Epiphanius venerandi episcopi tale aliquid scripsisse memorãtur, quod procul dubio me inter cætera, imo sicut omnia latet: non tamen arbitror eos hanc curam diligentiamque adhibuisse, vt singulis quibusque opinionibus contrarias etiam opiniones adiungerent, rituſque subiicerent: tum denique opus illud vtriusque qualecunq; sit, non habet fortasis eam quam desidero breuitatem. Frustra etiam homini, qui Latina non didicit, Græca facundia delegatur: quia non ego tantummodo consilium, sed & auxilium postulaui. Quid autem venerationem tuam de interpretum non solum difficultate, sed etiam obscuritate admoneam, cum ipse hoc magis, ac plene dijudices? Accedit ad causam, quod nonnullæ etiam post illorum obitum hæreses emersisse doceantur, quarum nullam illi fecerint mentionem. Quamobrem ad peculiare patrocinium pietatis tuæ confugio, & voce mea, sed vniuersali desiderio paratum ad misericordiam sacrosanctum pietatis pectus appello, sequestratis saporibus peregrinis, considerato textu prioris epistolæ, panem afrũ quẽ nostra prouincia solet habere præcipuũ, cœlesti etiã manna conditum sero pulsanti, & famẽ patienti non deneges. Profecto enim nec ego pulsare cessabo, donec ipse cõcedas: vt quod nõ impetrat priuilegium, vbi nullũ est meritũ, saltem indefessa importunitas mereatur.

Ro. 5. Gal. 3.

AVGVSTINVS QVODVULTDEO.

Domino synceriter dilectissimo fratri & condiacono Quoduultdeo. Augustinus episcopus.

CVm mihi hæc scribendi offerretur occasio per Fusiensem presbyterum, quem cõmendo charitati tuæ, relegi epistolã tuã in qua petis, vt de hæresibus quæ oriri

oriri potuerunt, ex quo domini in carne nũciari cœpit aduentus, aliquid scriberem. Hoc autem feci, ut uiderem utrum iam deberem opus ipsum aggredi, & inde tibi aliquid mittere: ubi considerares tanto esse difficilius, quãto uis esse breuius. Sed ne hoc quidem potui, talibus curis superuenientibus impeditus, a quibus omnino dissimulare non possem: nam me & ab eo quod habebam in manibus, auerterunt. Hoc autem est, ubi respondeo libris Iuliani, quos octo edidit post illos quatuor, quibus ante respondi. Hoc enim cum Romæ accepisset frater Alipius nondum omnes descripserat, cum oblatam occasionem noluit preterire, per quam mihi quinque transmisit: promittens alios tres cito se esse missurum, & multum instans ne respondere differrem. Cuius instantia coactus sum remissius semper agere quod agebam, ut operi utrique non deessem: uni diebus, alteri noctibus: quando mihi ab alijs occupationibus hinc atq; hinc uenire non desistentibus parceretur. Agebam uero rem plurimum necessariam: nã retractab ã opusculla mea, & si quid in eis me offenderet, uel alios offendere posset, partim reprehendendo, partim defendendo quod legi deberet & posset, operabar: & duo uolumina iam absolueram, retractatis omnibus libris meis quorum numerum nesciebam: eosq; CCXXXII. esse cognoui. Restabant epistolæ, & tractatus popularis, quos Græci homilias uocant. Et plurimas epistolarum legeram, sed adhuc nihil inde dictaueram, cum me etiam isti Iuliani libri occupare cœperant, quorum nunc quarto respondere cœpi. Quando ergo id explicauero, quartoque respondero, si tres non superuenerint, disponam, si Deus uoluerit, & quæ poscis incipere, simul agens utrunque, & hoc scilicet, & illud. De retractatione opusculorum nostrorum nocturnis & diuturnis temporibus in singula distributis. Hoc ideo insinuaui sanctitati tuæ, ut quantum tibi desiderium est sumendi quod poscis, tanto flagrantius a Domino mihi poscas adiutorium, quo seruiam laudabili studio tuo, atque utilitati eorum quibus id existimas profuturum. Domine synceriter dilectissime frater, commendo iterum perlatorem, & negocium propter quod eo perrexit, si cognoueris apud quem agendum sit, peto ne pigeat adiuuare. Non enim possumus necessitates hominum eiusmodi deserere, qui nostri non coloni, sed quod maius est fratres sunt, & in charitate Christi ad curam pertinent nostram. Deo uiuas.

Rem necessariã agebat augustinus. dum ea re tractaret opus.

D. AVRELII

AVGVSTINI LIBRVM DE HAERESIBVS AD QVODVVLTdeum Præfatio.

QVOD petis ſepiſsime atque inſtantiſsime ſancte fili Quoduultdeus vt De Hereſibus aliquid ſcribam dignum lectione cupientium dogmata deuitare contraria fidei Chriſtianæ, & Chriſtiani nominis obumbratione ſallentia: ſcias me olim longe antequam peteres, facere cogitaſſe atque fuiſſe facturum, niſi diligenter conſiderans quale quantumque id eſſet, vltra vires meas eſſe ſentirem. Sed quoniam fateor nullum mihi vt te inſtituiſſe poſcendo, in ipſa tamen moleſtia inſtantia tua etiam tuum nomen attendi, & dixi aggrediar & faciam Quoduuldeus. Hoc enim Deum velle confido, ſi me ad huius operis terminum miſericordi fauore perduxerit, vt per miniſterium linguę meę tantæ huius rei difficultas aut oſtendatur tantummodo, aut ipſo etiam plenius adiuuante rollatur: quorum duorũ, quod priore loco poſui, iam diu eſt quod animo voluo ac reuoluo, & quadam meditatione contueor. Quod autem poſtea dixi, non me accepiſſe confiteor: & vtrum dum hoc ago, vt efficiam, dum peto, dum quæro, dũ pulſo, ſim fortaſſe acceptурus ignoro: ſcio me tamẽ nec petiturum, nec quæſiturum, nec pulſaturum quantum eſt, niſi & hunc affectũ munere diuinę inſperationis accepero. In hoc igitur opere, quod te vehementer vrgente in Dei voluntate ſuſcepi, cernis me vt id peragã non tam crebreſcentibus ad me tuis petitionibus eſſe cogendum, quam pijs ad Deum non ſolum tuis, verum & aliorum fratrum, quos tibiin hanc rem fideles ſocios poſtueris inuenire, orationibus adiuuandũ. Quod vt fiat, has ipſas primas huius laboris mei partes, vbi ẽ & iſta prælocutio, curaui tuę charitati in auxilio Domini accelerare mittendas: vt propter illa quę reſtant, noueritis quantum pro me orare debeatis, quicunq; noſſe potueritis, a me iã fuiſſe ſuſceptũ hoc tã grãde negociũ, qd a me deſideratis impleri. Petis ergo, qd tuę indicãt literæ quas ad me dediſti, cũ primũ a me petere ita cœpiſti vt ex ponã breuiter, perſtricte atq; ſummatim, ex quo Chriſtiana religio, pmiſſæ hęreditatis nomẽ accepit, quę hæreſes fuerint, ſint quos errores intulerint, inferãt: qd aduerſus catholicã Eccleſiã ſenſerint, ſentiãt: de fide, de trini

Recapitulano eſtipolanæ quod uultdei ad Au.

trinitate, de baptiſmo, de pœnitentia, de hoĩe Xpo, de Deo Xpo, de reſurrectione, de nouo & veteri teſtamento. Iſtas aũt inquiſitiones tuas i immẽſum, pcedere cũ videres, putaſti cuiuſdã generalitatis adhibẽdũ eſſe cõpẽdiũ, atq; dixiſti, & oĩa oĩno qbus a veritate diſſentiunt. Deinde addidiſti, Quæ ẽt baptiſmũ hẽant, q̃ ve nõ hẽant: & poſt quas baptizet, nec tamẽ rebaptizet eccleſia: qualiter ſuſcipiat veniẽtes: & quid ſingulis lege, authoritate, atq; rõne reſpõdeat. Hæc oĩa cũ quęris ut exponant a me, miror luculentũ ingeniũ tuũ tot tãtarũ q̃rerũ & ſitire ueritatẽ, & faſtidiũ iã timẽdo poſcere breuitatẽ. Sed vidiſti ẽt ipſe qd poſſem hoc loco tuæ huius epiſtolę cogitare: & quaſi vigilãter occurriſti cogitationi meę, dicẽs, Nec me tãtę beatitudo tua credat ineptię, vt nõ inſpiciã quãtis & quam ingẽtibus voluminibus opus ſit, vt poſſint iſta diſſolui. Verũ hoc ego fieri non expeto: id enim multipliciter factum eſſe non dubito. Et tanquam conſilium ſubijciẽs qũo poſſit & ſeruari breuitas, & veritas pandi, adiungis ea verba quę paulo ante iam poſui, & dicis, ſed breuiter pſtricte, atq; ſummatim, & opiniones rogo cuiuslibet hęreſis poni: & qd cõtra teneat Eccleſia catholica, q̃rũ inſtructioni ſatis eſt ſubdi. Ecce iterũ mittis in lõgũ, nõ qa dici iſta breuiter ſiue nõ valeãt, ſiue nõ debeãt: ſed quia tam multa ſunt, vt quãlibet breuiter dicẽda, multas literas flagitent: Vt aũt, vt velut quodã, inquis, ex oĩbus cõcepto cõmonitorio, ſi qs aliquã obiectionẽ aut conuictionẽ vberius, plenius, ac planius noſſe voluerit, ad opulenta & magnifica volumina trãſmittat, quibus a diuerſis, & præcipue, inqs a veneratione tua, in hoc ipſo cõſtat eẽ elaboratũ. Quę cũ dicis, vnũ quaſi cõmonitoriũ de his omnibus te deſiderare ſignificas. Audi ergo vnde commoneariſ, qd petas. Opiniones oĩum philoſophorũ, qui ſe ẽas varias cõdiderũt, vſq; ad tpa ſua, neq; enim plus poterat, ſex nõ paruis voluminibus qdã Celſus abſoluit. Nec redarguit aliquẽ, ſed tãtũ qd ſentirent aperuit, ea breuitate ſermonis, vt tãtũ adhiberet eloquij, q̃tum rei nec laudãdę. nec vituperãdę, nec affirmandę aut defendẽdę, ſed aperiẽdę indicãdęq; ſufficeret, cũ ferme centũ philoſophos nominaſſet: quorũ non oẽs inſtituerunt hęreſes proprias: quoniã nec illos tacẽdos putauit, qui ſuos magiſtros ſine vlla diſſenſione ſecuti ſunt. Noſter vero Epiphanius Cyprius epiſco. ab hinc non lõge humanis rebus exẽptus, de octoginta hęreſibus loquens, ſex libros ẽt cõſcripſit, hiſtorica narratione cõmemorãs oĩa nulla diſputatione aduerſus falſitatẽ, p veritate decertãs. Breues ſane ſũt libelli, & ſi vnũ libellũ redigant, nec ipſe erit nris vel aliorũ qbuſdã libris lõgitudine

dine cõparandus. Huius breuitatẽ si fuero in comemorãdis, hæresibus imitatus, quid a me breuius postulare uel expectare debeas, nõ habebis. Sed nõ ibi huius mei laboris summa consistit, quod & tibi uelle me demõstrãte, uel etiam te precurrente poterit apparere, cum hoc fecero. Videbis enim in eo, quod supradictus episcopus fecit, quantũ desit operi quod ipse uis fieri, quanto magis quod ego? Tu nanque, quãuis breuiter, perstricte atque summatim, tamen uis etiam responderi commemoratis hęresibus, quod ille nõ fecit. Ego uero hoc magis uolo facere, si & Deus uelit, unde possit omnis hęresis, & quæ nota est, & quæ ignota, uitari: & unde recte possit quæcunq; innotuerit, iudicari. Nõ enim omnis error hæresis est quanuis omnis hęresis, quæ in uitio ponitur, nisi errore aliquo hęresis esse nõ possit. Quid ergo faciat hęreticũ, regulari quadã definitione cõprehẽdi, sicut ego existimo, aut omnino non potest, aut difficilime potest: quod in processu huius operis declarabit, si Deus rexerit, atq; id quod intẽdo perduxerit disputationẽ meã. Quid autẽ prosit ipsa inquisitio, etiã si nõ potuerimus cõprehẽdere, quomodo sit definiẽdus hereticus, suo loco uidẽdũ atq; dicendũ est: nã si hoc cõprehẽdi potuerit, qs nõ uideat utilitas quãta sit? Et ũt ergo primę partes operis huius De hęresibus, quæ post Christi aduentũ atque ascẽsum aduersus doctrinã ipsius extiterũt, & utcunque nobis innotescere potuerunt. In posterioribus autem partibus, quid faciat hęreticum disputabitur. Cum ergo Dominus ascendisset, in cœlum, hi hęretici exorti sunt.

Non omnis error hęresis sed bene omnis hæresis error.

INDEX HAERESEON.

1 Simoniani
2 Menandriani
3 Saturniani
4 Basilidiani.
5 Nicolaitę.
6 Gnostici.
7 Carpocratiani.
8 Cerinthiani, uel Marinthiani.
9 Nazaræi.
10 Hebionei.
11 Valentiniani.
12 Secundiani.
13 Ptolemæi.
14 Marcitæ.
15 Colarbasij.
16 Heracleonitę.
17 Ophitæ.

Caiani,

18 Caiani, alias Caini.
19 Sethiani.
20 Arcontici.
21 Cerdoniani.
22 Marcionitæ.
23 Apellitæ.
24 Seueriani.
25 Taciani, uel Enchratitæ.
26 Cataphryges.
27 Pepuziani, alias Quintiliani.
28 Artotyritæ.
29 Tessarescædecatitæ.
30 Alogiani, alias, Alogi.
31 Aditæ, alias Adamiani.
32 Elcesęitæ, & Samsęitæ.
33 Teodotij, alias Teodotiani.
34 Melchisedechitæ, alias Melchisedeciani.
35 Bardesanitę, alias Bardesanistæ.
36 Neotiani.
37 Valesij.
38 Cathari, qui & Nouatiani.
39 Angelici.
40 Apostolici.
41 Sabelliani.
42 Origeniastæ, alias Origeniani.
43 Alij Origeniastę uel Origeniani.
44 Paulanitę, alias Pauliani.
45 Photiniaci, alias Photiniani.
46 Manichęi.
47 Hierachitæ uel Heraclitæ.
48 Melitiani.
49 Ariani.
50 Vadiani, alias, Audiani, sine Anthropomorphitæ
51 Semiarriani.
52 Macedoniani.
53 Aeriani.
54 Aetiani, qui & Eunomiani.
55 Apollinaristæ.
56 Antidicomarianitę, uel Antidicomaritæ.
57 Psaliani, alias Massiliani, siue Euchitæ.
58 Metangismonitę.
59 Seleuciani, uel Hermiani.
60 Proclianitæ
61 Patriciani.
62 Ascitæ.
63 Pattalorinchitę.
64 Aquarij.
65 Coluthiani, alias Colathiani.

Florę

66 Floriniani.
67 De mundi statu dissentientes.
68 Nudis pedibus ambulantes.
69 Donat istę, siue Donatiani.
70 Priscilliani, alias Priscillianistæ:
71 Cum hominibus non manducantes.
72 Rhetoriani.
73 Christi diuinitatem passibilem dicentes.
74 Triformem Deum putantes.
75 Aquam Deo coæternam dicentes.
76 Imaginē Dei non esse animam dicentes, Melitonis
77 Innumerabiles mundos opinantes. Ophei.
78 Animas conuerti in dæmones & in quæcunque animalia existimantes, Tertullij.
79 Liberationem omnium apud inferos factam Christi descensione credentes.
80 Christi de patre natiuitati initiū a tēpore dantes
81 Luciferiani.
82 Iouinianistę.
83 Arabici.
84 Heluidiani.
85 Paterniani, vel Venustiani.
86 Tertullianitæ, vel Tertullianistæ.
87 Abeloitæ, vel Abeloini.
88 Pelagiani qui & Cœlestiani.

Vetus exēplar i fine habebat & has duas, ąs ex cussis tā posterioribus, imprurbato ordine alioq; hic coacti fuimus inferere. 1. Tim. 2.

Nestoriani a Nesterio episcopo patriarcha Constantinopolitano, qui contra fidem catholicam dogmatizare ausus est, Dominum nostrū Iesum Christum hominē tantum, nec id quod mediator Dei & hominum factus est, in vtero virginis de Spiritu Sancto fuisse cōceptū, sed postea Deum homini fuisse permixtum, nec Deum hominē passum sepultumque dicebat euacuare contendens omne nostrum remedium quo verbum Dei sic hominem suscipere dignatum est in vtero virginis, vt vna persona fieret Dei & hominis, propterea sic singulariter & mirabiliter natus, mortuus etiam pro peccatis nostris, cū ea quę non rapuerat solueret. Deus homo a mortuis resurgens ascendit in cœlum.

Roma. 4. Psal. 68.

Euticiani ab Eutice quodam Constantinopolitanę Ecclesię presbytero monacho exorti sunt, qui cum videretur refutare Nestorium in Apollinarem Manichæumq; transiuit, & humanitatis in Christo denegās veritatem, quicquid a verbo nostræ proprietatis receptum est diuinæ tantummodo ascribit essentiæ, vt sacramentum salutis humanæ, quod non nisi in Vtraque substantia est, nostram in Christo naturam negando dissolueret, stulta impietate non inspiciens vniuerso corpori auferri quod capiti defuisset.

CATALO

CATALOGVS HAERESEON EX EPIPHANII EVSEBIIQVE COMMENTARIIS COLLECTVS additis aliis nonnullis.

Obiter Augustinus distinguit errorem, hæresim, & schisma.

SIMONIANI a Simone mago qui baptizatus a Philippo diacono, sicut in Actib. apostolorum legitur, pecuniā voluit emere a sanctis apostolis, vt etiam per impositionem manus eius, daretur Spiritus Sanctus. Hic magicis fallaciis deceperat multos. Docebat autem detestādam turpitudinē indifferenter vtendi fœminis. Nec Deum fecisse mundum. Negabat etiam carnis resurrectionem, & asserebat se esse Christum. Itēque Iouem se credi uolebat, Mineruam vero meretricem quandam Selenen, quam sibi sociam scelerum fecerat: imagineisque & suam & eiusdem meretricis discipulis suis prębebat adorandas, quas & Romę tanquam deorum simulachra authoritate publica cōstituerat. In qua vrbe beatus apostolus Petrus eum vera omnipotentis Dei virtute extinxit. Dixerat enim se in monte Sina legem Moysi in Patris persona dedisse Iudęis. Tempore Tyberii in Filii persona putatiue apparuisse, postea se in linguis igneis Spiritum Sanctum super apostolos venisse. Christum autem nec venisse, nec a Iudæis quicquā pertulisse. Menandriani a Menandro etiam ipso mago discipulo eius, qui mundum asserebat nona Deo, sed ab Angelis factum. Saturniniani, a quodam Saturnino: qui turpitudinem Simonianam in Syria confirmasse perhibetur: qui etiam mundum solos angelos septem prēter conscientiam Dei Patris fecisse dicebat. Basilidiani, a Basilide, qui hoc distabat a Simonianis, quod trecentos sexaginta quinque cælos esse dicebat, quo numero dierum annus includitur. Vnde etiam quasi sanctum nomen commendabat, quod est αβραξας: cuius nominis literę secundum Grecam supputationem eumdem numerum

1 Act. 8. Hunc Simonē plus delectabat potētia apostolorū, quam iustitia christianorū ideo emere volebat, qđ vendere disponebat, nēpe Spiritus Sāncti donū, una Luna cū Spiritu Sāncto. Aug. in expositione psal. 130. in To. 8. & quare Petrus iumvolare ꝑmisit i serm. 28. de sanctis i To. 10. & sup Ioan. tra. 6. i To. 9. Petrus Romę
3 Simonē magnum extinxit
Idem Cerinthiani & Merinthiani infra. cap. 8.
Basilides hic ꝓtus fuit hęreticus a Simone

mago ſꝫ primus ꝙ aptius ausus ẽ dicere, Deũ quẽ gẽs iudea coluit nõ tuisse verum Deum, Aug. lib. contra aduersa riũ legis cap. 12. in To. 6.

rum complent. Sunt enim, VII. α & β, & ε & ϛ, & η & ϡ, & ω: id est vnum, & duo, & centum, & vnum, & sexaginta & vnum, & ducenta quæ fiunt in summa trecenta sexaginta quinque. Mundum istum vel hominem non credunt a Deo factum, sed a trecentesimo sexagesimoquinto cœlo. Amatoria carmina studiose discunt. A Iudeis non credunt Christum crucifixum, sed Simonem Cyrenensem, qui angariatus sustulit crucem eius.

Act. 6.

5 Nicolaitæ, a Nicolao nominati sunt, vno vt perhibetur, ex illis septem, quos Apostoli diaconos ordinauerant. Iste cum de zelo pulcherrimæ coniugis culparetur, velut purgandi se causa permisisse fertur, vt ea quiuellet vteretur. Quod eius factum in sectam turpissimam versum est, qua placet vsus indifferens fœminarum. Hi nec ab iis quæ idolis immolantur, cibos suos separant: & alios ritus gentiliũ superstitionum non auersantur. Narrant etiam quædam fabulosa de mundo, nescio quæ Barbara principum nomina miscentes disputationibus suis, quibus terreant auditores, quę prudentibus risum potius faciunt quam timorem. Intelliguntur autem etiam isti non Deo tribuere creaturam, sed quibusdam potestatibus, quas mirabili vel fingunt uanitate, vel credũt.

6 Gnostici propter excellentiam scientiæ sic se appellatos esse, vel appellari debuisse gloriantur, cum sint superioribus omnibus vaniores atq; turpiores. Denique cum ab aliis atq; aliis per diuersas terrarum partes aliter atq; aliter nuncupentur, nonnulli eos etiam Borboritas vocant, quasi cœnosos propter nimiam turpitudinem quã in suis mysteriis exercere dicuntur. Aliqui eos a Nicolaitis exortos putant: alii a Carpocrate, de quo post loquemur. Tradunt autem dogmata fabulosissimis plena figmentis, etiã ipsi Principum, vel Angelorũ nominibus terribilibus infirmas animas capiũt: & de Deo rerũq; natura fabulosa, et a sanitate veritatis aliena, multa cõfexunt. Animarũ substantiã, Dei dicunt esse naturã, earũq; aduentũ in hęc corpora cũ aliis aeriis animalibus dicunt fieri, p quas peccata in corporibus cõmittuntur: nam illas animas, q̃ ex Dei, pcedunt substantia, reuerti ad Deum immaculatas. Dicuntur quoq; bonum Deum & malum Deũ in suis habere dogmatibus, Carpocratiani sunt a Carpocrate, qui docebat omnẽ turpem operationem, omnemq; adinuentionem peccati: nec aliter euadi atq; transiri principatus & potestates, quibus hęc placent, ut possit ad cœlũ superius pueniri. Hic etiã Iesum hominem tantummodo, & de vtroq; sexu natũ putasse perhibetur, sed accepisse talem animam quæ sciret ea quæ superna essent atq; nunciaret. Resurrectionẽ

Βορβορῆται

Gnostici animarum substãtiam Dei dicunt esse naturam.

Isti in suis dogmatibus cũ manichęis multum conuenerunt de quibus infra ca. 46.

corporis simul cum lege abiiciebat. Negabat mundum a Deo factũ, sed nescio a quibus virtutibus, sectæ ipsius fuisse traditur socia quędam Marcellina, quæ colebat imagines Iesu & Pauli & Homeri & Pythagoræ adorando incẽsumq; ponẽdo. Cerinthiani a Cerintho idẽ

8 Idẽ Menãdriani supra cap. 3.

que Merinthiani a Merintho, mundum ab Angelis factum esse dicentes, & carne circuncidi oportere, atque alia huiusmodi legis præcepta seruari. Iesum hominem tãtummodo fuisse, nec resurrexisse, sed resurrecturũ asserãtes. Mille quoq; annos post resurrectionẽ in terreno regno Christi, secundum carnales ventris & libidinis voluptates, futuros fabulantur, vnde etiam Chiliastæ sunt appellati. Nazaræi cum Dei filium confitean-

9 Q̃ isti nec Iudei nec Christiani sunt, Aug. in epi. 40. 1. 2. To. 10.

tur esse Christũ, omnia tamẽ veteris legis obseruãt, quę Christiani per apostolicam traditionem non obseruare carnaliter, sed spiritaliter intelligere didicerunt.

Hebionei Christum etiam tantummodo hominem dicunt. Mandata carnalia legis obseruant, circumcisionem scilicet carnis, & cętera a quorum oneribus per nouum testamentum liberati sumus. Huic hęresi Epiphanius Sãseos & Elceseos ita copulat, vt sub eodẽ numero tanq; vna sit hęresis ponat, aliquid tamẽ interesse significãs. Quãuis & ĩ cõsequẽtibus loquat de illis ponẽs eos sub numero suo. Eusebius vero Elcesaitarũ sectam commemorãs, fidem in psecutione dicit negãdam docuisse, & in corde seruandã. Valentiniania Valentino, qui de natura rerũ multa fabulosa cõfinxit. Triginta αἰῶνας, id est, secula asserens extitisse, quorũ principiũ esse profundũ & silentiũ, quod profundũ etiam patrẽ appellat. Ex quibus duobus velut ex cõiugio processisse phibet intellectũ & veritatẽ, & protulisse in honorẽ patris æonas octo. De intellectu aũt & verita e processisse verbũ & vitã, & protulisse ęonas decẽ. Porro de verbo & vita processisse hominẽ & Ecclesiam, & protulisse ęonas duodecim. Itaque octo & decẽ & duodecim fieri triginta æonas, habẽtes, ut diximus, primũ principiũ de pfundo & silẽ 10. Christũ aũt a Patre missum, id est, a pfundo spiritale uel cœleste corpus secum attulisse: nihilque assumpsisse de uirgine Maria, sed p illã tãquã p * rimã, aut p fistulã sine ulla de illa assumpta carne trãsisse. De tricesimo seculo dicit diabolũ gentiũ, & a diabolo alios natos q̃ fecerint hũc mundũ. Et ideo malitiã non arbitrio tribuit sed, naturæ mũdi, id est generi diabolico carnis resurrectionem negat, animam tãtum & spiritum affirmat per Christũ saluari. Secundiani hoc a Valentianis distare dicitur quod addunt opera turpitudinis

Lib. 6, ca. 28.

11

* alias riuum

12

13

Ptolemeus quoque discipulus Valentini hæresim nouam condere cupiens, quatuor æonas & alias quatuor

14 tuor asserere maluit. Marcus etiam nescio quis hęresem condidit, negans resurrectionem carnis, & Christum nō vere. sed putatiue passum asseuerans. Duo quoque opinatus est ex aduerso sibi esse principia, quiddam tale etiam ipse de gonibus sicut Valentinus affirmans.

15 Colarbasus secutus est istos non multum aliter sentiens, Vitam omnium hominum & generationem in septem syderibus consistere affirmans. Heracleonite ab Heraclione discipulo superiorum, duo asserunt principia, vnum ex altero, & ex his duobus alia plurima. Ferunturautem suos morientes nouo modo quasi redimere, id est, per oleum, balsamum & aquam, & inuocationes quas Hebraicis verbis dicunt super capita eorum.

17 Ophitę a colubro nominati sunt, coluber enim grece ophis dicitur. Hunc autem colubrum qui decepit Adam & Euam Christum arbitrantur, sed habent etiam verū colubrum quem nutriunt & venerantur. Qui & incantante sacerdote egreditur de spelunca, & ascendit super altare innixum spelunce & oblationes eorum lambit, & inuoluens se circa eas, regreditur ad speluncam: et ita confringunt oblationes in eucharistiam, quasi a serpente Christo vt illi putant sanctificatas. Tradunt huius serpentis cultum a Nicolaitis siue Gnosticis ad istos deductum. Caiani propterea sic appellati, quoniā Cain honorant, dicentes eum fortis simę esse virtutis: simul & sudam traditorem diuinū aliquid putant esse, & scelus eius beneficium deputant: asserentes eum prę scisse quantum esset generi humano Christi passio profutura, & occidendum Iudęis propterea tradidisse: illos etiā, qui schisma, facientes in primo populo Dei: terra dehiscente perierunt: Chore, Dathan, & Abiron, & Sodomitas colere perhibentur. Blasphemant legem, & Deum legis autorem: carnisque resurrectionem negant. Sethiani nomē acceperunt a filio Adę, qui vocatus est Seth: eum quippe honorant, sed fabulosa & hęretica vanitate: dicunt enim eum de superna matre natum, quam perhibent cōuenisse cum superno patre: vnde diuinum semen aliud nasceretur, tanquam filiorum Dei. Hi quoque multa de principatibus & potestatibus vanissima fabulantur: quidam eos dicunt Sem filium Noe Christum putare.

20 Archontici a principibus appellati, vniuersitatē, quā Deus condidit, opera esse principum dicunt: operantur etiam quandam turpitudinem. Resurrectionem carnis

21 negant. Cerdoniani a Cerdone nominati, qui duo principia sibi aduersantia dogmatizant: Deumque legis ac prophetarū nō esse, patrē Christi, nec bonum Deū esse * sed iustum, patrem vero Christi bonum: Christumq; ipsum neque natum ex fœminina, neque habuisse carnem:

Hunc errorē fuisse struit Au. in de Genesi cōtra Manichęos ca. 26. in To. 1.

alias nec

nem: nec vere mortuum, vel quicquam passum, sed simulasse passionem. Quidam vero in duobus principijs suis duos Deos ita Deum dixisse perhibent, vt vnus eorum esset bonus, alter autem malus: resurrectionem mortuorum negant. Spernunt etiam testamentū vetus. Marcion quoque a quo Marcionistę sunt, qui Cerdonis secutus est dogmata de duobus principijs: quamuis Epiphanius eum tria dicat asseruisse principia: bonum, iustum, prauum: sed Eusebius Synerum quendam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum scribit authorē. Appellitę sunt, quorum Apelles est princeps, qui duos quidem introducit deos: vnum bonum, alterum malum: tamen in duobus diuersis atque inter se aduersis esse principijs, sed vnum esse principium: Deum scilicet bonum, & ab illo factum alterum: qui cum malignus esset, in uentus est in sua mundum malignitate fecisse. Hunc Apellem dicunt quidam etiam de Christo tam falsa sensisse, vt diceret eum, non quidem carnē duxisse de cœlo, sed ex elementis mundi accepisse quæ mundo reddidit, cum sine carne resurgens, in cœlum ascendit. Seueriani a Seuero exorti, vinum non bibunt, eo quod fabulosa vanitate de satana & terra germinasse asserunt vitem. Etiam ipsi nō sanam doctrinam suam, quibus volunt inflant nominibus principum, carnis resurrectionem cum veteri testamento respuentes.

Hic fuit primus q̄ duos dixit eē deos, Au. cōtra 22 aduersariū legis ca. 12. in Tomo. 6.

23

24

Hic præterea Philumenem quandam puellam dicebat inspiratam diuinitus ad prænuncianda futura, ad quam somnia atque æstus sui animi referens, diuinationibus seu præsagijs eius secretim erat solitus præmoneri eodē phantasmate eidem Philumenæ pueri habitu se demonstrante, qui puer apparens, Christum se aliquando, aliquando esse assereret Paulum. A quo phantasmate scitans ea soleret respondere quę se audientibus diceret. Nonnulla quoque illam miracula operari solitam, inter quæ illud præcipuum, quod in angustissimi oris ampullam vitream, panem grandem immiteret, eumque extremis digitulis leuare soleret illæsum, eoque solo quasi diuinitus sibi cibo dato fuisset contenta. Taciani a Tacio quodā instituti sunt, qui & Encratitę appellati sunt, nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus alijsque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suorum numerū coniugio vtentem, siue marem, siue fœminam: non vescuntur carnibus, easq; omnes abominātur: prolationes quasdam fabulosas seculorum etiam ipsi sapiūt: saluti primi hominis contradicūt. Epiphanius Tacianos & Encratitas ita discernit, vt Encratitas Taciani schismaticos dicāt. Cataphryges sunt, quorum authores fuerunt, Montanus tanquā paracletus, & duę

φίλουμένη

Miraculū philumenę Magæ

25

26

κατὰ φρυγας

prophetissæ ipsius, Prisca & Maximilla. His nomen prouincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt, ibiq; vixerũt: & etiam nunc in eiusdẽ partibus populos habent. Aduẽtum Spiritus Sancti a Domino promissum in se potius quam in Apostolis eius fuisse asserunt redditum. Secundas nuptias pro fornicationibus habent: & ideo dicunt eas permisisse apostolum Paulũ, quia ex parte sciebat, & ex parte prophetabat: Nondum enim venerat quod perfectum est. Hoc autem perfectum in Mõtanum & in eius prophetissas venisse delirant. Sacramenta perhibẽtur funesta habere. Nam de infantis anniculi sanguine, quem de toto eius corpore minutis pũctionum vulneribus extorquent, quasi eucharistiam suam conficere perhibentur, miscentes eum farinæ, panemque inde facientes: qui puer si mortuus fuerit, habet apud eos pro martyre, si autẽ vixerit pro magno sacerdote. Pepuziani a loco quodam nominati sunt, quam ciuitatem desertam dicit Epiphanius. Hanc autem isti diuinum aliquid esse arbitrantes, Hierusalem vocant, tantum dantes mulieribus principatum, vt sacerdotio quoque apud eos honorentur. Dicunt enim Quintillæ & Priscillæ in eadem ciuitate Pepuza, Christum specie fœminæ reuelatum. Vnde ab hac Quintiliani etiã nuncupantur. Faciunt & ipsi de sanguine infantis quod Cataphryges facere supra diximus. Nam & ab eis perhibentur exorti. Denique alij hanc Pepuzam non esse ciuitatem, sed villã dicunt fuisse Montani & Prophetissarum eius Priscæ & Maximillæ, & quia ibi vixerunt, ideo locũ meruisse appellari Hierusalem. Artotyritæ sunt, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit: offerunt enim panem & caseum dicentes a primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ouium fuisse celebratas. Hos Pepuzianis iungit Epiphanius. Tessarescędecatitę hinc appellati sunt, quod nõ nisi quartadecima luna, mense Martio, Pascha celebrã quilibet septem dierum occurrat dies, & si dies dominicus occurrerit, ipso die ieiunant & vigilant. Alogiani propterea sic vocantur tanquam sine verbo, logos enim Græce verbum dicitur, quia Domini * verbum recipere noluerunt, Ioannis Euangelium respuẽtes, cuius nec Apocalypsin accipiunt, has videlicet scripturas negantes esse ipsius. Adamiani ex Adam dicti, cuius imitantur in paradiso nuditatem, quę fuit ante peccatũ, vnde & nuptias auersantur, quia nec priusquam peccasset Adã, nec priusquã dimissus esset de paradiso cognouit uxorem. Credunt ergo quod nuptię futurę non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaq; mares fœminęq; cõueniũt, nudi lectiones audiũt, nudi orant, nudi celebrãt sacramẽta, & ex hoc paradisum suã arbitrant Ecclesiã. Elceseos & Samseos

Eucharistiã, sanguine mixta farina, cõficiunt cataphryges.

27

Christum specie fœmię reuelatũ.

28

29

30

* Alias Deũ Euãgeliũ &apocalipsin nõ esse Ioãnis dixerũt alogiani.

31

Adã non agnouit vxorẽ añ q̃ de paradi o eiect expulsus.

32

1.Cor.7.
2.Co.13.

Samseos hic tãquam ordine suo commemorat Epiphanius, quos dicit a quodã pseudoprophera esse deceptos qui vocabatur Elci, ex cuius genere duas mulieres tanquam deas ab eis perhibet adoratas. Cętera Hebioneis tenere similia. Theodotiani a Theodotione quodam instituti, hominem tantummodo Christum asseuerant. Quod dicitur quidẽ Theodotion propterea docuisse, qa in persecutiõe lapsus isto modo se casus sui deuitare putabat opprobriũ, si nõ Deũ negasse, sed hominem videretur. Melchisedeciani a Melchisedech sacerdotem Dei excelsi, non hominẽ fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur. Bardesanistæ, a quodam Bardesanę, qui in doctrina Christi prius extitisse perhibetur insignis: quãuis postea per omnia in Valentini hæresim lapsus est, addẽs de suo vt fato ascribere cõuersationes hominum. Noetiani a quodam Noeto, qui dicebat Christum eũdẽ ipsum esse Patrem & Spiritum Sanctum. Valesii & seipsos castrant, & hospites suos, hoc modo existimãtes Deo se debere seruire. Alia quoq; hæretica docere dicũtur & turpia: sed quę illa sint, nec ipse cõmemorauit Epiphanius, nec vspiam potui reperire. Cathari, qui seipsos isto nomine, quasi propter mundiciam superbissime atq; odiosissime nominant: secundas nuptias non admittunt, pœnitentiam denegant, Nouatum sectãtes hæreticum: vnde etiam Nouatiani appellantur. Angelici, in Angelorũ cultu inclinati, quos Epiphanius iã omnino defecisse testatur. Apostolici, qui se isto nomine arrogantissime vocauerunt, eo quod in suã cõmunionẽ non reciperẽt vtentes cõiugibus & res proprias possidẽtes, quales habet catholica Ecclesia & monachos & clericos plurimos. Sed ideo isti hæretici sunt, quoniam se ab Ecclesia separantes, nullam spẽ putant eos habere qui vtuntur his rebus quibus ipsi carẽt. Encratitis isti similes sunt, nam & * Apotactici appellantur. Sed alia nescio quæ propria hęretica docere perhibẽtur. Sabellia ni ab illo Noeto quẽ supra memorauimus, defluxisse dicũtur. Nam & disciputum eius quidã perhibent fuisse Sabelliũ. Sed qua causa duas hęreses Epiphanius computet, nescio: cũ fieri potuisse videamus vt fuerit Sabellius iste famosior, & ideo ex illo celebrius hæc hæresis nomẽ acceperit. Noetiani enim difficillime ab aliquo sciũtur. Sabelliani autem sunt in ore multorũ. Nã & Praxeianos a Praxea quidã vocant, & Hermogeniani vocari ab Hermogene potuerunt, qui Praxeas & Hermogenes eadem sentientes in Aphrica fuisse dicuntur. Nec tamẽ istæ plures sectæ sunt, sed vnius sectæ plura nomina ex his nominibus q̃ in ea maxime ĩnotuerũt, sicut Donatistæ, ijdẽ Parmenianistæ, sicut Pelagiani ijdem Cœlestiani.

Id est, extraordinarij

41

Qũo Sabellius ĩ hęresim sit lapsus, in. 7. de trinitate cap. 4. in Tom. 3.

Pelagiani ijdẽ Cœlestiani.

ni. Vnde ergo sit factum, ut Noetianos & Sabelianos, non unius hæresis duo nomina, sed tanquam duas hereses supradictus * Episcopus poneret, liquido inuenire non potui: quia si quid inter se differunt, tam obscure dixit studio forsitan breuitatis, ut non intelligam. Loco quippe isto, quo & non tam longe a Noetianis Sabelianos commemorans: Sabeliani, inquit, similia Noeto dogmatizantes, præter hoc quod dicũt Patrem non esse passum: quomodo de Sabellianis intelligi potest, cum sic innotuerint dicere Patrem passum, ut Patripassiani quã Sabelliani crebrius nũcupentur? Aut si forte in eo quod ait, præter hoc quod dicunt Patrem non esse passum, Noetianos hoc dicere intelligi uoluit, quis eos in hac ambiguitate discernat? Vel quomodo possunt intelligi quilibet eorũ Patrẽ passum fuisse non dicere, cum dicãt eundẽ ipsum esse & Patrẽ & filium & Spiritũ Sanctum? Philaster autem Brixianus Episcopus in prolixissimo libro quẽ De hæresibus condidit, & C XXVIII. hæreses arbitratus est cõputãdas, Sabellianos cõtinuo post Noetianos ponẽs, Sabellius, inquit discipulus eius, qui similitudinem sui doctoris itidem secutus est, unde & Sabelliani postea sunt appellati, qui & Patripassiani & Praxeiani a Praxea, & Hermogeniani ab Hermogene q̃ fuerunt in Aphrica, qui & ista sentiẽtes abiecti sunt ab Ecclesia catholica. Certe iste eosdẽ postea Sabellianos dixit appellatos, qui ea quæ Noetus sentiebãt. Et alia nomina eiusdẽ sectæ cõmemorauit, & tamẽ Noetianos & Sebellianos sub duobus numeris tanquã duas hæreses posuit, qua causa, ipse uiderit. Origeniãi a quodã Origene dicti sunt non ab illo qui ferre omnibus notus est, sed ab alio, nescio quo, de quo, uel sectatoribus eius Epiphanius loquens, Origeniani, inquit, cuiusdã Origenis discipuli, turpis autẽ sunt operationis: isti sunt nephãda facientes, sua corpora corruptioni tradentes. Alios autẽ origenianos continuo subijciens, Origeniani, inquit, alij qui & Adamantij tractatoris illius sectatores qui & mortuorũ resurrectionẽ negãt, Christum autẽ & Spiritũ Sãctũ creaturam dicunt: paradisum autem & cœlos & alia non credũt esse secundũ literã: sed in allegoria. Hęc quidem de Origene Epiphanius refert. Sed defensores eius dicunt Origenem Patrem & Filium & spiritum Sanctũ unius eiusdemque substantiæ docuisse, neque resurrectionem repulisse mortuorum: sed qui eius plura legerunt, contradicunt. Sunt & alia huius Origenis dogmata quę catholicha Ecclesia omnino non recepit: in quibus nec ipsum falso arguit, nec potest ab eius defensoribus excusari, maxime de purgatione & liberatione: ac rursus post lõgum tempus ad eandem mala reuolutione rationalis

* alias Ephiphanius.

Sabellius unam psonã dicit, Patrẽ & Filium & Spiritũ Sanctum idem in lib. 65. quæst. 1. ĩ To. 4. & cõtra sermonẽ Arrianorum cap. 34. ĩ. Tom. 6. q error taxat 5. de Trinitate ca. 9. & cõfutat sup euãgeliũ Ioan. tra. 36. ĩ To. 9. et 10. in de tẽpore sermo. 191. in Tom. 10.

42

43

Origenis errores.

rationalis uniuersæ creaturę. Quis enim catholicus christianus uel doctus uel indoctus non uehementer exhorreat, eam quam dicit purgationem malorum, id est, etiam eos qui hanc uitam in flagitijs & facinoribus & sacrilegijs atque impietatibus quãlibet maximis finierunt: ipsum etiã postremo diabolũ atque Angelos eius, quanuis post longissima tempora purgatos atque liberatos regno Dei lucique restitui, & rursus post longissima tempora omnes qui liberati sunt, ad hęc mala denuo relabi & reuerti, & has uices alternantes beatitudinum & miseriarum rationalis creaturæ semper fuisse, semper fore? de qua uanissima impietate aduersus Philosophos a quibus ista didicit Origenes, in libris De ciuitate Dei diligentissime disputauit. Dicit præterea ipse Origenes, quod filius Dei sanctis hominibus cõparatus, ueritas sit, Patri colatus mendacium: & quantũ distant apostoli Christo, tantum filius patri. Vnde nec orãdus est filius, cum patre, quia non est author indulgendarũ petitionũ, sed supplicator. Pauliani a Paulo Samosate no, Christum nõ semper fuisse dicunt, sed eius initiũ, ex quo de Maria natus est asseuerant, nec eum aliquid amplius quam hominem putant. Ista hæresis aliquãdo cuiusdam Artemonij fuit, sed cum defecisset, instaurata est a Paulo, & postea sic a Photino cõfirmata, ut Photinia ni quam Pauliani celebrius nũcupentur. Istos sane Paulianos baptizandos esse in Ecclesia Catholica Niceno concilio constitutum est. Vnde credendum est eos regulam baptismatis non tenere, quam secum multi hęretici cum de catholica discederent abstulerunt eamq; custodiunt. Photinus ab Epiphanio non cõtinuo post Paulum siue * pro Paulo, sed alijs interpositis ponitur: nõ tacetur sane similia credidisse, secundũ aliquid tamẽ aduersatus ei dicitur, sed quid sit ipsum aliquid, omnino nõ dicitur. Philaster autem continuatim ponit ambos sub singulis & proprijs numeris, quasi hæreses duas, cũ dicat Photinum in omnibus Pauli secutum fuisse doctrinam. Manichæi a quodam Persa extiterunt, qui uocabatur * Manin, quanuis & ipsum cum eius insana doctrina cœpisset nomen prædicari, nam antehac Vrbicus uocabatur. Sed in Grecia discipuli eius, uitantes nomen insanię, quasi doctores & eo ipso mẽdaciores, geminata, n, litera, Mannichæũ quasi manna fundentẽ, pro Manichęo, id est, insano appellauerunt. Iste duo principia inter se diuersa atque aduersa, eadem que æterna & coęterna, hoc est semper fuisse composuit. Duasque naturas atque substantias boni scilicet & mali, sequẽs alios antiquos hęreticos opinatus est: quarum inter se pugnã & commixtionem, & boni a malo purgationem, & boni

44

Pauliani qui et photiniani rebaptizandi:

45

* alias cum

46

alias Manes, id est insanus.

De ista hęresi in tra multa habes in de. 5. hęresi. ca. 5. et fus I0. trac. 6, et. 34. ĩ To. 9. & ĩ de ueyb. apost. ser. 4. ĩ To. 10

Idẽ et fusius ĩ lib cõtra fautũ Manichęũ 19. cap. 22. in Tom. 6.

quod purgari non poterit, cum malo in ęternum damnationem secundum sua dogmata asseuerans multa fabulatur, quæ cuncta intexere huic operi nimis longum est. Ex his autem suis fabulis uanis atq; impijs cogũtur dicere, animas bonas, quas censent ab animarum malarũ naturę scilicet cõtrarię cõmixtione liberãdas, eius cuius Deus est esse naturę. Proinde mundũ a natura boni, hoc est, a natura Dei factũ, confitentur quidem, sed de commixtione boni & mali, quę facta est, quãdo inter se utra quæ natura pugnauit. Ipsam uero boni a malo purgationem ac liberationem, non solum per totum mundum & de omnibus eius elementis uirtutem Dei facere dicunt, uerum etiã electos suos per alimenta quæ sumunt: & eis quippe alimentis sicut uniuerso mundo Dei substantiã perhibent esse commixtã: qua m purgari putãt in electis suis eo genere uitę quo uiuũt electi Manichęorum, uelut sanctius & excellentius auditoribus suis. Nam his duabus professionibus, hoc est electorum & auditorũ, Ecclesiam suam constare uoluerunt. In cęteris autem hominibus, etiam in ipsis auditoribus suis, hanc partẽ bonæ diuinæque substantię quę mixta & colligata in escis & potibus detinetur, maxime quę in eis qui generãt filios, arctius inquinatius colligari putant. Quicquid uero undiq; purgatur luminis, per quasdam naues, quas esse lunam & solem uolunt, regno Dei, tanquam proprijs sedibus reddi. Quas itidẽ naues de substantia Dei pura perhibent fabricatas. Lucemque istam corpoream animãtium mortalium oculis adiacentem, non solum in his nauibus, ubi eam purissimã credunt, uerum etiam in alijs quibusque lucidis rebus ubi secundũ ipsos tenetur admixta, creditur q; purganda, Dei dicunt esse naturam. Quinque enim elementa quę genuerunt principes proprios, genti tribuunt tenebrarũ: eaque elementa his nominibus nuncupant, fumum, tenebras, ignem, aquam, uentum. In fumo nata animalia bipedia, unde homines ducere originem censent. In tenebris serpentia, in igne quadrupedia, in aquis natalia, in uento uolatilia: His quinque elementis malis debellandis, alia quinque elementa de regno & substantia Dei missa esse, & in illa pugna fuisse permixta, fumo, aera: tenebris, lucem: igni malo, ignem bonum: aque malę, aquam bonam: uento malo, Ventum bonum. Naues autem illas, id est, duo cœli luminaria ita distinguunt, ut lunã dicant factam, ex bona aqua, solem uero ex igne bono. Esse autem in eis nauibus sanctas uirtutes, quę se in masculos transfigurant, ut illiciant fœminas gentis aduersæ, & per hanc illecebram commota eorum concupiscentia fugiat de illis lumen quod membris suis permixtum tenebant, & purgandum

Sol & luna naues.

purgandum susciṗiatur ab Angelis lucis, purgatumq; illis nauibus imponatur ad regna propria reportandũ. Quaoccasione, uel potius execrabilis superstitionis quadam necessitate, coguntur electi eorum, uelut eucharistiã consperſam cũ semine humano sumere, ut etiã inde, sicut de alijs cibis quos accipiunt, substantia illa diuina purgetur. Sed hoc se facere negant, & alios nescio quos sub nomine Manichęorũ facere affirmant. Detecti sunt tamen in ecclesia, sicuti scis apud Carthaginẽ, iam te ibi diacono cõstituto, quando instãte Vrso tribuno, qui tũc domui regiæ prę fuit, aliqui adducti sunt. Vbi puella illa nomine Margarita, istã nefariã turpitudinẽ, pdidit. Quæ cum esset annorũ nondũ duodecim, propter hoc scelestũ mysteriũ sedicebat esse uiolatã. Tunc Eusebiam quãdã Manicheam quasi sanctimonialẽ, idipsum propter hoc ipsum passam, uix cõpulit confiteri, cum primum illa se asseruisset integram, atque ab obstetrice inspici postulasset: quæ inspecta & quid esset inuẽta, totũ illud turpissimũ scelus, ubi ad excipiendũ commiscendũ concumbẽtiũ semen farina substernitur, quod Margarita indicãte absens non audierat, similiter indicauit: & recenti tempore nõnulli eorũ reperti, & ad Ecclesiã ducti, sicut gesta episcopalia quæ nobis misisti ostendũt hoc nõ sacramentum, sed execramẽtum sub diligenti interrogatione confessi sunt: quorum unus nomine Viator, eos qui ista sunt proprie catharistas, id est mundatores vel purgatores uocari dicens, cum alias eiusdem Manichęę sectæ partes, in Macharios, & specialiter Manichæos distri bui perhiberet, omnes tamen has tres formas ab uno authore propagatas, & omnes generaliter Manichæos esse negare non potuit. Certe illi libri Manichei sunt omnibus sine dubitatiõe communes, in quibus libris illa portenta ad illiciendos, & per concupiscentiam dissoluẽdos utriusque sexus principes tenebrarum, ut libe rata fugiat ab eijs quæ captiuata tenebatur. in eis diuina substantia, de masculorum in fœminas & fœminarum in masculos transfiguratione conscripta sunt unde ista eorum quamlibet negant ad se pertinere, turpitudo defluxit. Diuinas enim uirtutes quantũ possunt imitari se putãt, ut purgent Dei sui partem: quam profecto sicut in omnibus corporibus cœlestibus & terrestribus, atq; in omniũ rerũ seminibus, ita & in hominis semine teneri existimant inquinatam. Ac per hoc sequi eos, ut sic eam etiã de semine humano, qui admodũ de alijs seminibus quę in alimẽtis sumunt, debeãt mãducando purgare. Vnde etiã catharistę appellant, quasi purgatores tãta eã purgãtes diligẽtia, ut se nec ab hac tã horrẽda cibi turpitudine abstineãt. Nec uescunt tũ carnibus, tan-

Manichęi accipiebãt eucharistiã semine humano consperſam.

Manichęi non uescunt carnibus, nec sumũt oua, nec bibũt uinũ sdẽ & Prscillianistę ut infra cap. 70.

quam de mortuis uel occisis fugerit diuina substantia, tantumq; ac tale inde remanserit quod iam dignum non sit in electorum uentre purgari. Nec oua saltem sumunt, quasi & ipsa cum frãguntur expirent, nec oporteat ullis mortuis corporibus uesci, & hoc solũ uiuat ex carne quod in farina ne moriatur excipitur. Sed nec alimonia lactis utũtur, quãuis de corpore animantis uiuente mulgeatur siue fugatur: non quia putant diuinæ substantiæ nihil ibi esse permixtum, sed quia ipse sibi error nõ constat. Nam & uinũ non bibunt, dicentes fel esse principũ tenebrarum, cum uescantur uuis. Nec musti aliquid, uel recentissimi sorbent: auditorum suorum in electos reuolui arbitrantur, aut feliciore compendio in escas electorum suorum, ut iaminde purgatæ in nulla corpora reuertantur. Ceteras autem animas & in pecora redire putant, & in omnia quæ in radicibus fixa sunt atque alũntur in terra. Herbas enim atque arbores sic putant uiuere, ut uitam quæ illis ineſt, & sentire credant, & dolere cum lęduntur, nec aliquid inde sine cruciatu eorum quenquam posse uellere aut carpere. Propter quod agrũ etiam spinis purgare nefas habent. Vnde agriculturam quæ omnium artium est inocentissima, tanquam pluriũ homicidiorum ream dementes accusant: suisque auditoribus ideo hæc arbitrantur ignosci, quia præbent inde alimenta electis suis ut diuina illa substantia in eorum uentre purgata, impetret eis ueniam, quorum traditur oblatione purganda. Itaque ipsi electi, nec in agris operantes, nec poma carpentes, nec saltem folia ulla uellentes, expectãt hæc afferri usibus suis ab auditoribus suis, uiuentes detor ac tantis secundum suã uanitatem homicidijs alienis: monent etiam eosdem auditores suos, ut si uescuntur carnibus, animalia non occidant, ne offendant principes tenebrarum in cœlestibus colligatos, a quibus omnem carnem dicunt originem ducere. Et si utuntur conjugibus, conceptum tamen generationem que deuitent, ne diuina substantia quæ in eos per alimẽta ingreditur, uinculis carneis liget in prole. Sic quippe in omnẽ carnẽ, id ẽ p escas & potus, uenire animas credũt. Vnde nuptias sine dubitatione cõdemnãt, & quantum in ipsis est prohibent, quando generare prohibent propter quod coniugia copulanda sunt. Adã & Euã ex parentibus principibus fumi asserunt natos, cũ pater eorũ nomine ✻ Saclas sociorũ suorum fœtus omnium deuorasset, & quicquid inde commixtum diuinę substantiæ ceperat, cum uxore comcumbens in carne prolis tanquam tenacissimo uinculo colligasset. Christum autem fuisse affirmãt quẽ dicit nostra scriptura serpẽtẽ, a quo illuminatos eos asserũt, ut cognitionis oculos aperirẽt, et bonum

Manichęi accusãt agriculturã & fusius de hac materia habes ab Au. in expositio. psal. 140. ubi hãc Manicheorũ adducit opinionem, qua affirmant magis hoi ex pedire fœneratorẽ esse, ꝙ agricolã in To. 8. Carnẽ originẽ ducere a principibus tenebrarũ dicunt Manichei.

Manichei, phibẽt nuptias idẽ in de moribus Eccle. ✻ Al's catho. ✻ Al's sadas. c. 35. i T. 1 Adã ỹo et Euã et principibus fumi natos dicunt.

num malumq; dignoserent. Eumque Christum nouissimis temporibus uenisse ad animas non ad corpora, liberandas. Nec fuisse in carne uera, sed simulatam speciẽ carnis ludificandis humanis sensibus præbuisse, ubi nõ fuisse, idẽ solum mortem, uerum etiam resurrectionẽ similiter mẽtiretur. Deum qui legem per Moysen dedit, & in Hebręis prophetis locutus est, nõ esse uerum Deum, sed unum ex principibus tenebrarum. Ipsiusq; noui testamẽti scripturas tanquam infalsatas ita legunt, ut quod uoluerint inde accipiant, quod nolunt reijciant, eisq; tanquam nõ totum uerũ habẽtibus nonnullas apocryphas anteponunt. Promissionem Domini Iesu Christi de paracleto ne sicut serpens Spiritu Sancto in suo hęresiarcha Manichęo dicunt esse Euam completam. Vnde se in suis literis, Iesu Christi Apostolum dicit, eo quod Iesus Christus se missurum esse promiserit, atque in illo miserit, Spiritum Sanctum. Propter quod etiam ipse Manichæus duodecim discipulos habuit ad instar apostolici numeri, quem numerum Manichæi hodieq; custodiunt. Nam ex electis suis habẽt duodecim, quos appellant magistros, & tertiumdecimum principem ipsorum. Episcopos autẽ septuaginta duos, qui ordinantur a magistris: & presbyteros qui ordinantur ab episcopis. Habent etiam episcopi diaconos. Iam cæteri tantummodo electi vocantur. Sed mittuntur etiã ipsi qui uidentur idonei, ad hunc errorem uel ubi est sustentandum & augendum, uel ubi non est, etiam seminandum. Baptismum in aqua nihil cuiquam perhibent salutis afferre, nec quenquam eorum quos decipiunt baptizandum putant. Orationes faciunt ad solem per diẽ quaqua uersum circumit: ad lunam per noctem si apparet: si autem non apparet, ad Aquiloniam partem, qua sol cum occiderit ad Orientem reuertitur, stant orantes. Peccatorum originem non libero arbitrio uoluntatis, sed substantię tribuunt gentis aduersæ, quam dogmatizantes esse hominibus mixtam, omnem carnẽ non Dei, sed malę mentis perhibent esse opificium, quam a contrario principio Deo cœternam esse aiunt. Carnalem concupiscẽtiam, qua caro concupiscit aduersus spiritũ, non ex uitiata in primo homine natura nobis ineſse infirmitatem, sed substantiam uolunt esse contrariam, sic nobis adhærentem, ut quando liberamur atq; purgamur, seperetur a nobis, & in sua natura etiam ipsa immortaliter uiuat. Easq; duas animas, uel duas mentes, unam bonam, alteram malam in uno homine inter se habere conflictũ, quãdo caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ. Nec in nobis sanatũ hoc uitiũ, sicut nos dicimus, nũquã futurũ: sed a nobis seiũctã atq; seclusam substãtiã istã mali, & finito isto seculo post cõflagra-

Manichęi dicũt serpẽtẽ qui Euã decepit Christũ c. 17. & hũc errorem destruit Au. i de Genesi cõtra Mãichæũ c. 26. i T. 1. Nã Paulus ĩquit. 1. Cor. 11. Metuo ne sicut serpens seduxit astutia sua. sic & panẽ. ab ipso hęreticorũ veneno

Orationes

Liberũ arbitriũ

Animæ duæ

Gal. 3.

flagrationem mũdi in globo quodam, tanquã in carcere sempiterno esse uicturam. Cui globo affirmãt accessitrũ semper & adhęsurum, quasi coopertoriũ atque rectoriũ ex animabus, natura quidem bonis, sed tamen quę non potuerant a naturę malę contagione purgari. Hierarchi

* afs hie- rax. 47 tę, quorũ author Hierarcha * nũcupãtur, resurrectionẽ carnis negãt: monachos tantũ & monachas & coniugia non habentes in communionẽ recipiunt. Ad regnũ

48 cœlorum non pertinere paruulos dicũt, quia nõ sunt eis ulla merita certaminis, quo uitia separent. Melitiani a Melitio nuncupati, nolentes orare cũ cõuersis, id est eis

49 qui in persecutione ceciderunt, uel schisma fecerũt. Nũc autẽ dicũtur Arrianis esse cõiuncti. Arriani ab Arrio, in eo sunt notissimi errore, quo Patrem & Fliũ & Spiritum Sanctũ nolunt esse unius eiusdẽque naturę atque substantię, aut ut expressius dicatur essentiæ, quę οὐσία

De hac hęresi i epist. 70. ab ipso Aug. habes in To. 2. sed cõfutãtur, in de Cãtico nouo cap. 7, in to. 9. & in de fide ad Cathecumenos li. 4. cap. 8. in. 9. To. et ĩf. i de 5. heres c. 6. 50 et i de uerb. dñi ser. 51. et 58. in Tomo, 10.

grece appellatur: sed esse Filium creaturam, Spiritũ uero Sanctum creaturam creaturę, hoc est ab ipso Filio creatum uolunt. In eo autem quod Christum sine anima solam carnem susceperisse arbitrãtur, minus noti sunt, Nec aduersus eos ab aliquo inueni de hac re aliquando uisse certatum. Sed hoc uerũ esse & Epiphanius nõ tacuit, & ego ex eroum quibusdam scriptis & collocutionibus certissime cõperi. Rebaptizari quoq; ab his catholicos nouimus, utrũ & nõ catholicos, nescio. Vadiãos, quos appellat Epiphanius & schismaticos, nõ hæreticos uult uideri. Alij uocãt Anthropomorphitas, qm̃ Deũ sibi fingũt cogitatiõe carnali ĩ similitudinẽ imaginis corruptibilis hois, qđ rusticitati eorũ tribuit Epiphanius, parcẽs eis ne dicant hęretici. Eos ãt sperare se dicit a cõiõe no

Cap. 44. et. 45. strã culpãdo Episcopos diuites, & Pascha cũ Iudęis celebrando. Quãuis sint qui eos in Aegypto Ecclesiæ catholicę cõmunicare asseuerẽt. De Photinianis autem, quos

51 isto loco Epiphanius cõmemorat, iam superius satis locutus sum. Semiarrianos Epiphanius dicit, q * similis essentiæ dicũt Patrem & Filium tanquã non plenos

ομοιουσιον

52 Arrianos quasi Arriani nec similem uelint, cũ hoc Eunomiani dicere celebrentur. Macedoniani sunt a Macedonio Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopo, quos & πνευματομαχους gręci dicunt, quod de Spiritu Sãcto litigent. Nam de Patre et Filio recte sentiunt quod unius sint eiusdemque substantię uel essentię, sed de Spiritu Sancto hoc nolũt credere, creaturã eum esse dicentes. Hoc potius quidam Semiarrianos uocant, quod in hac quęstione ex parte cum illis sint ex parte nobiscum. Quanuis a nonnullis perhibeantur, non Deum, sed deitatem Patris & Filij dicere Spiritum Sanctum, & nullam pro

priam

priam habere substantiam. Aeriani ab Aerio quodã 53 sunt nominati, qui cum esset presbyter, doluisse fertur quod episcopus non potuit ordinari, & in Arrianorum hęresim lapsus, propria quoque dogmata addidisse nonnulla, dicens, orare uel offerre pro mortuis oblationem non oportere, nec statuta solenniter celebranda esse ieiunia, sed cum quisque uoluerit ieiunandum, ne uideatur esse sub lege. Dicebat etiam presbyterum ab Episcopo nulla differentia debere discerni. Quidã perhibent istos sicut Encratitas uel Apotactitas non admittere ad cõmunionẽ suam, nisi continentes, & eos, qui seculo ita renũciauerint, ut propria nulla possideant, ab esca tamen carnium nõ eos abstinere dicit Epiphanius. Philaster uero & hanc eis tribuit abstinentiã. Aetiani ab Aetio sunt 54 uocati, idemque Eunomiani ab Eunomio Aetij discipulo, quo nomine magis innotuerunt. Eunomius quippe in dialectica preualens, acutius & celebrius defendit hanc hęresim, dissimilẽ per omnia Patri asserens Filium & Filio Spiritũ Sanctũ. Fertur etiã usque adeo fuisse bonis moribus inimicus, ut asseueraret, quod nihil cuique obesset, quorumlibet perpetratio, ac perseuerantia peccatorũ, si huius quę ab illo docebatur fidei particeps esset.

Quod nõ oran dum ,p mortuis sed oppositũ ab Augusti. in Enc. ca. 110. ĩ To. 3. et sup. in. isto. 1. Tomo. opus.

Sola fides

Appollinaristas Apollinaris institui, q̃ de anima Christi 55 a catholica dissenserunt, dicentes sicut Arriani, Deum Christum carnem sine anima suscepisse. In quęstione temonijs Euangelicis uicti, mentẽ, qua rationalis est ani ma hominis, non fuisse in anima Christi, sed pro hac ipsum uerbum in ea fuisse dixerunt. De ipsa uero eius carne fica recta fide dissensisse perhibetur, ut dicerent carnẽ illam & uerbum unius eiusdem que substantiæ, contentiosissime asseuerantes, uerbum carnem factum: hoc est uerbi aliquid in carnem fuisse conuersum atque mutatũ, non autem carnem de Mariæ carne susceptam. Anti- 56 dicomarianitę appellati sunt hęretici qui Mariæ uirginitati usqueadeo contradicunt, ut affirment eam post Christum natum uiro suo fuisse commixtam. Psallianorum 57 postremã ponit Epiphanius hęresim, quod nomẽ ex lingua Syra ẽ, grece aũt dicunt εὐχῖται ab orãdo sic appellati. Tantum enim orant, ut eis qui hoc de illis audiunt incredibile uideat. Nã cũ Dominus dixerit, Oportet semper orare & non deficere. Et Apostolus: Sine itermissione orate: qđ sanissime sic accipit. ut nullo die itermittant certa tẽpora orãdi, isti ita nimis hoc faciũt, ut hĩc iudicẽt in hęreticos nominãdi. Quãuis nõnulli eos dicãt de purgatione animarũ nescio quã phantasticã et ridiculã fabulam narrare, porcam scilicet cum porcellis suis uideri exire de hore hominis quando purgatur, & in eum uisibili similiter specie ignem, qui non comburat intrare. His adiungit

Hoc destruit er rores aug. sup. psal. 29. in To. 8. et sup. euang. Ioã. tract. 23. in Tom. 9.

Ioan. 1.

Isti infra. Helui diãi dicũt c. 84

Luc. 18. Tesalo. 5. Orare sine intermissione, est oĩ die, certo tẽpore orare, uel cũ Aug. sup. psal. 37. in To. 8. ille sine ĩtermissiõe orat q̃ sine ĩter-

missione desiderat. Nã desideri um tuũ cõtinua vox ẽ, si amare destiteris. Nã tacuerũt de quibus dictũ ẽ quia abũdauit iniqtas, refrigescit charitas multorũ, frigus charitatis silẽtiũ cordis est, flagrãtia charitatis, clamor cordis, si sẽp manet charitas, semper clamas, si semp clamas, semp desideras, si semper desideras, semp oras.

Monachi occasionem tacebis tacendi.

iungit Epiphanius Euphemitas Martyrianos, & Satamanos, & hos omnes cum illis tanquã vnam hæresim ponit. Dicunt Euchitę opinari, monachis non licere sustentandę vitę suę causa aliquid operari, atque ita seipsos monachos profiteri, vt omnino ab operibus vacẽt. Vsq; ad istos ergo de hæresibus opus suum perduxit supradictus Episcopus Cyprius, apud Græcos inter magnos habitus, & a multis in catholicę fidei sanitate laudatus. Cuius ego in commemorandis hæreticis nõ modum, sed ordinem tum secutus. Nam & aliqua ex alijs posui quæ ipse non posuit: & aliqua nõ posui, quæ ipse posuit: itaq; alia latius quam ipse alia etiã breuius explicaui, paremq; in nõnullis exhibui breuitatem, omnia moderans sicut intentionis meę ratio postulabat. Proinde ille de octuaginta hæresibus, separatis viginti, quas ante Domini aduentũ extitisse sicut ei visum est cõputauit, reliquas post Domini ascensum natas sexaginta, breuissimis libris quinq; comprehendit, atq; omnes in sex libros totius eiusdem sui operis fecit concludi. Ego autem qui secundum petitionem tuam eas hæreses memorare instituí, quę post glorificationẽ Christi se aduersus doctrinã Christi, etiã sub velamine Christiani nominis extulerunt: quinquaginta septem ex Epiphanii, ipsius opere in meum trãstuli, duas in vnam referẽs, vbi nullam differẽtiã potui reperire: & rursus vbi ille ex duabus vnam facere voluit, sub numeris suis singulas posui. Sed adhuc cõmemorare debeo, siue quas apud alios repperi, siue quas ipse reminiscor. Nunc ergo addo

58 quas Philaster posuit, nec posuit Epiphanius. Metãgismonitæ dici possunt, qui Metãgismon asserunt, dicentes sic esse in Patre Filium, quomodo vas in vase, quasi duo corpora carnaliter opinantes, ita vt Filius intret in Patrẽ tanquã vas minus in vas maius. Vnde & tale nomẽ

Transuasatio. hic error accepit, vt μετχγγισμος græce diceret: χγγειον quippe illa lingua vas dicitur, sed introitus vnius vasis in alterum, latine vno nomine non potest dici sicut græce potuit, μετχγγισμος. Seleuciani vel Hermiani hu-

59 ius ab authoribus Seleuco & Hermia, qui elemẽtorum materiam de qua factus est mundus, non a Deo factam dicũt, sed Deo cogternã. Nec aiam Deo tribuunt creatori, sed creatores esse aiarũ Angelos volũt de igne & spiritu. Malũ aũt asserunt esse aliquãdo a Deo, aliquãdo a materia. Negãt Saluatorẽ in carne sedere ad dextrã Patris, sed ea se exuisse perhibent, eamq; in sole posuisse ac

Psal.18. cipiẽtes occasionem de Psalmo vbi legitur: In sole posuit tabernaculũ suũ. Negant etiam visibilẽ paradisum. Baptismum in aqua non accipiunt, Resurrectionem non

non putant futuram, sed quotidie fieri in generatione filiorum. Proclianitæ secuti sunt istos & addiderunt 60
Christum in carne venisse. Patriciani a Patricio nun 61
cupati, substantiam carnis humanę non a Deo, sed a diabolo cõditam dicunt, eamque sic fugiendam & detestandam putant, vt quidam eorum perhibeantur, etiã 62
morte sibi illata carere carne voluisse. Ascitę ab vtre sic appellati sunt, ασκος enim grece, latine vter dicitur: Mat.9.
quem perhibentur inflatum & operum circumire bacchantes, tanquam ipsi sint Euangelici vtres noui, vino 63
nouo repleti. Pattalorinchitæ intantum silentio student, vt naribus & labiis suis * digitũ oppoãnt, nevel ipsam taciturnitatem voce præripiant, quando tacendũ sibi esse arbitrantur, vnde etiam illis est nomen inditũ, πττχλος enim grece dicitur palus & ρις χος nasus. Cur autem per palum digitum significare maluerint, a quibus hoc nomen compositum est, nescio: cũ grece dicatur digitus δχκτυλος, & possint vtiq; dactylorinchi

64 tæ multo euidentius nuncupari. Aquarii ex hoc appellati sunt, quod aquam offerunt in poculo sacramenti 65
non illud quod omnis Ecclesia. Coluthiani a quodam Colutho, qui dicebant Deum non facere mala: contra 66
illud quod scriptum est: Ego Deus creans mala. Florini a Florino, qui e contrario dicebant Deum creasse Esa.45. Gene.1
mala: contra id quod scriptum est, Fecit Deus omnia, & ecce bona valde. Ac per hoc quanuis contraria inter se dicẽtes, tamen ambo diuinis eloquiis resistebãt. Creat enim Deus mala, pœnas iustissimas irrogando, quod Coluthus non videbat: non autem malas creando naturas, atque substantias, inquantum sunt naturę atque substantiæ, vbi Florinus errabat. Hæresim quandam sine 67
authore & sine nomine Philaster commemorat, quæ dicit, hunc mundum etiam post resurrectionem mortuorũ Esai.65.&.66.
in eodem statu in quo nunc est esse mansurum, neque ita & apoc.21.
esse mutandum, vt sit cœlum nouum & terra noua, sicut sancta scriptura promit it. 68
Est alia hæresis nudis pedibus semper ambulantium, eo quod Dominus dixerit ad Moysen, vel ad Iosue: Solue calciamentum de pedibus tuis. Et quod propheta Esaias nudis pedibus iussus fuerit ambulare. Inde ergo hæresis est, quia non pro- Exod.3. Iosue.5. Esai.20.
pter corporis afflictionem sic ambulãt, sed quia testimonia taliter intelligunt. Donatiani vel Donatistę sunt, 69
qui primum propter Cæcilianum contra suam voluntatem ordinatũ Ecclesię Carthaginensis Episcopum, schisma fecerunt, obiicientes ei crimina non probata: & maxime quod a traditoribus diuinarum scripturarum fuerit ordinatus. Sed post causam cum eo dictam atque finitam

* alias palum

De baptismo cõtra Donatistas q̃ authoritate beatissimi Cypriani

episcopi & martyris se defendebãt sepẽ libros scripsit diuus Au. vt habet in To. 7. & i 2. retract. c. 18. i To. 1. & cõtra illos leges dedit Honorius imperator vtriũ i 2. retra. c. 26. i. 1 To. & misit in Aphricã Dulciti tribunũ & notariũ impialiumq; iussionũ contra Donatistas executorẽ i 2. retract. cap. 59 in Tom. 1.

Alʒ refundeũ

Iste Donatus episcopus nõ istituit vt Christiani rebaptizarentur, vt ait Au. i. 1. retra. c. 21. i. T. 1. Adhuc & aliũ Circũcelliões habuerũt donatistę errorẽ nã cõdonationẽ & remissiõnẽ peccatorum sibijpsis tribuebant, & sic seipsos extollebãt dicẽtes nos sanctificamus, nos iustos facimus, ob id ad nos vẽite mulieres, quorũ errores au. destruit i 7. li. quos contra illos cõposuit, & sup Euãg. Io.

nitam, falsitatis rei deprehensi, pertinaci dissensione firmata in hęresim schisma verterunt: tanquam Ecclesia Christi propter crimina Cęciliani, seu vera, seu quod magis iudicibus apparuit falsa, de toto terrarum orbe perierit, vbi futura promissa est, atque in Aphrica Donati parte remanserit, in alijs terrarum partibus quasi contagione communionis extincta. Audent etiam rebaptizare catholicos, vbi se amplius hæreticos esse firmarunt, cum Ecclesię catholicæ vniuersę placuerit, nec in ipsis hæreticis baptisma commune * rescindere. Huius hæresis principem accipimus fuisse Donatum, qui de Numida veniens & contra Cæcilianum Christianum diuidens plebem, adiunctis sibi eiusdem factionis episcopis, Maiorinum apud Carthaginem ordinauit episcopum. Cui Maiorino Donatus episcopus alius in eadem diuisione successit qui eloquentia sua sic confirmauit hanc hęresim, vt multi existiment propter ipsum potius eos Donatistas vocari. Extant scripta eius vbi apparet eũ etiam non catholicam de trinitate habuisse sententiam: sed quamuis eiusdem substantię, minorem tamen Patre Filium, & minorem Filio putasse Spiritum Sanctum. Verum in hunc quam de trinitate habuit eius errorem Donatistarum multitudo intenta non fuit, nec facile in eis quisquam qui hoc illum sensisse nouerit, inuenitur. Isti hęretici in vrbe Roma Montenses vocantur, quibus, hinc ex Aphrica solent episcopum mittere: aut hinc illud Aphri episcopi eorum pergere, si forte ibi eum ordinare placuisset. Ad hanc hæresim in Aphrica & illi pertinent, qui appellantur Circumcelliones, genus hominum agreste, & famosissimæ audaciæ, non solum in alios immania facinora perpetrando sed nec sibi insanam seritate parcendo. Nam per mortes varia maxime præcipitiorum, & aquarum, & ignium seipsos necare consueuerunt, & in istum furorem alios quos potuerint sexus vtriusque seducere, aliquando vt occidantur ab alijs, mortem nisi fecerint comminantes. Veruntamen plerique Donatistarum displicent tales, nec eorum communione contaminari se putant, qui Christiano orbi terrarum dementes obijciunt ignotorum crimen Aphrorum. Multa & inter ipsos facta sunt schismata, & ab eis se diuersi cœtibus alij atque alij separarunt, quorum separationem cætera grandis multitudo non sensit. Sed apud Carthaginem Maximianus contra Primianum ab eiusdem erroris centum ferme episcopis ordinatus, & a reliquis trecentis decem, cum eis duodecim qui ordinationi eius etiam præsentia corporali interfuerunt, atrocissima criminatione damnatus, cõpulit eos nosse etiã extra Ecclesiam dari posse babtismum Christi. Nã quosdã ex eis

eis cum eis, quos extra eorum Ecclesiam baptizauerant, in suis honoribus sine vlla in quoquam repetitione baptismatis receperunt, nec eos vt corrigerent per publicas potestates agere destiterunt, nec eorum crimi nibus per sui concilij sententiam vehementer exaggeratis communionem suam contaminare timuerunt.

trac. 4. & 5. & i de verb. dñi ser. 49. & in li. 50. Homil. Homi. 23. in Tom. 10.

Priscillianistę quos in Hispania Priscillianus istituit, maxime Gnosticorum & Manichæorum dogmata permixta sectantur, Quamuis & ex alijs hæresibus in eas sordes, tanquam in sentinam quandam horribili confusione confluxerint. Propter occultandas autem, contaminationes, & turpitudines suas habent in suis dogmatibus & hæc verba: Iura, periura, secretum prodere noli. Hi animas dicunt eiusdem naturę, atque substantiæ, cuius est Deus, ad agone quendam spontaneum in terris exercendum, per septem cœlos & per quosdam gradatim descendere principatus, & in malignum principẽ incurrere, a quo istum mundum factum volunt, atque ab hoc principe per diuersa carnis corpora seminari. Astruunt etiam fatalibus stellis homines colligatos, ipsumq; corpus nostrum secundum duodecim signa cœli esse compositum, sicut hi qui Mathematici vulgo appellantur, Constituentes in capite arietem, taurum in ceruice, geminos in humeris, cancrum in pectore: & inde cætera nominatim signa percurrentes, ad plantas vsq; perueniunt, quas piscibus tribuunt, quod vltimum signum ab astrologis nuncupatur. Hæc & alia fabulosa, vana, sacrilega, quæ persequi longum est, hæresis ista cõtexit. Carnes tanquam immundas escas etiam ipsa deuitat. Coniuges quibus hoc malum potuerit persuadere dissiungens, & viros a nolentibus fœminis, & fœminas a nolentibns viris: Opificium quippe omnis carnis non Deo bono & vero, sed malignis Angelis tribuunt: hoc uersutiores etiam Manichæis, quod nihil scripturarum canonicarum repudiant, simul cum Apocryphis legentes omnia & in authoritate sumentes, sed in suos sensus allegorizando vertentes quicquid in sanctis libris est quod eorum euertat errorem. De Christo Sabellianam sectam tenent, eundem ipsum esse dicentes, non solum Filium, sed etiam Patrem, & Spiritum Sanctum. Dicit Philaster, esse alios hæreticos qui cum hominibus non sumunt escas, sed vtrum cum alijs qui eiusdem secte nõ sunt, an etiam inter seipsos id faciant, non exprimit. Dicit etiam eos de Parte & Filio recte, de Spiritu autem Sancto non catholice sapere, sed quod eum opinentur esse creaturam. A Rethorio quodã exortã hęresim dicit nimium mirabilis vanitatis, quę oẽs hęreticos recte ambulare, & vera dicere affirmat: quod ita ẽ absurdum

70

Iura periura secretũ prodere noli.

Priscillianistæ carnes tanq; immũdas escas deuitãt, vna cum Manichæis, de qbus sup. c. 46.

71

72

73 dum, vt mihi incredibile videatur. Alia est hęresis, quę dicit in Christo diuinitatem doluisse, cum figeretur ca-
74 ro eius in cruce. Est alia quę triformem sic asserit Deū vt quædam pars eius sit Pater, quędam Filius, quędam Spiritus Sanctus: hoc est quod Dei vnius partes sint, quæ istam faciunt trinitatem, velut ex his tribus partibus compleatur Deus, nec sit perfectus in seipso, vel Pa
75 ter, vel Filius, vel Spiritus Sanctus. Alia est, quę dicit
76 aquam non a Deo creatam, sed ei semper fuisse coęternam. Alia dicit corpus hominis non animam esse ima-
77 ginem Dei. Alia dicit, innumerabiles mundos, sicut
78 opinati sunt quidam philosophi gentium. Alia, scelerum animas conuerti in dęmones dicit, & in quęque
79 animalia suis meritis congrua. Alia descendente ad inferos Christo credidisse incredulos, & omnes inde exi-
80 stimant liberatos. Alia sempiterne natum non intelligens Filium, putat illam natiuitatem sumpsisse a tempore initium: & tamen volens coæternum Patri Filiū confiteri, apud illum fuisse antequam de illo nasceretur existimat: hoc est, semper eum fuisse, veruntamen semper eū Filium non fuisse, sed ex quo de illo natus est Filium esse cœpisse. Has hæreses quæ absque authorum nominibus sunt, putaui ī hoc opus meū de Philastri opere trās-
ferędas & alias quidem ipse cōmemorat, sed mihi appel landę hereses non videntur. Quascunque autem sine nominibus posui, nec ipse earum nomina commemoraui.

81 Luciferianos a Lucifero Caralitano episcopo exortos, & celebriter nominatos, nec Epiphanius, nec Philaster inter hæreticos posuit: credo tantūmodo schisma, non hęresim eos condidisse, credentes. Apud quendam tamen, cuius nomen in eodem eius opusculo non inueni, in hęreticis Luciferianos positos legi per hęc verba Luciferiani, inquit, cum teneant in omnibus catholicā veritatem, in hunc errorem stultissimum prolabuntur, vt animam dicant ex transfusione generari: eandemq; dicunt & de carne, & carnis esse substantiam. Vtrum ergo iste propter hoc quod de anima ista sentiunt, si tamen vere ita sentiunt, eos inter hæreticos ponendos esse creliderit, rectęq; crediderit: an etiam si id non sentirent, siue non sentiunt, ideo tamen sint hæretici: quia dissensionem: suam pertinaci animo sitate firmarunt, alia quæstio est, neque hoc loco mihi videtur esse tractāda.

Anima p̄ trāsfusionē generari.

82 Iouinianistas quoque apud istum reperi, quos iam nouerам. A Iouiniano quodam monacho ista hæresis orta est ætate nostra cum adhuc iuuenes essemus. Hic omnia peccata, sicut Stoici Philosophi, paria esse dicebat, nec posse peccare hominem lauacro regenerationis accepto, nec aliquid prodesse ieiunia, vel a cibis aliquibus

De ista hęresi habes idem ab August. ī. 2. retract. cap. 22. ī To. 1.

bus abstinentiam. Virginitatem Marię destruebat, dicens eam parīedo fuisse corruptam. Virginitatē etiā sanctimonialium, & continentiā sexus virilis in sanctis eligentibus cœlibē vitam, coniugiorum castorum atq; fidelium meritis adæquabat: ita vt quædam virgines sacræ prouectæ iam ætatis in vrbe Roma, vbi hæc docebat, eo audito nupsisse dicantur. Non sane ipse vel habebat, vel habere volebat vxorē quod nō propter aliquod apud Deum maius meritum in regno vitæ perpetuę profuturum, sed propter presentem prodesse necessitatem ne homo coniugales patiatur molestias, disputabat. Cito tamen ista hęresis oppressa & extincta est, nec vsque ad deceptionem aliquorū sacerdotū potuit peruenire. Cū Eusebij historiam perscrutatus essem, cui Ruffinus, a se in Latinam linguam translatæ, subsequē tium etiā tēporū duos libros addidit, nō inueni aliquā hęresim, quam nō legerim apud istos, nisi quam in sexto libro ponit Eusebius, narrans eam extitisse in Arabia. Itaque hos hæreticos, quoniam nullum eorum ponit authorem, Arabicos possumus nuncupare, qui dixerunt animas cum corporibus mori, atque dissolui, et in fine seculi utrunque resurgere. Sed hos disputatione Origenis presentis, & eos alloquentis, celerrime dicit fuisse correctos. Iam nunc illæ commemorandę sunt hęreses, quę a nobis non apud istos repertæ sunt, sed in recordationem nostram quomodocunque uenerunt. Heluidiani exorti ab Heluidio, ita virginitati Mariæ contradicūt, ut eam post Christum alios etiam filios de viro suo Ioseph peperisse contendant: sed mirum ni istos prętermisso Heluidij noīe, Antidicomarianitas Epiphanius appellauit. Paterniani, inferiores partes humani corporis non a Deo, sed a diabolo factas opinantur, & omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes impurissime viuunt. Hos etiam Venustianos quidā uocāt. Tertullianistæ, a Tertulliano, cuius multa leguntur opuscula eloquentissime scripta, vsque ad nostrum tempus paulatim deficientes, in extremis reliquijs durare potuerunt in vrbe Carthaginensi: me autem ibi posito ante aliquot annos, quod etiam te memisse arbitror, omni ex parte consumpti sunt. Pauci si-
mi etiam qui remanserunt: in catholicam transierunt, suamque basilicam quę nunc etiam notissima est catholicæ tradiderunt. Tertullianus ergo sicut scripta eius indicant, animam dicit immortalem quidem, sed eam effigiatum corpus esse contendit: neque hanc tātum, sed ipsum etiam Deum corporeum esse dicit, licet non effigiatum. Nec tamen hinc hæreticus creditur factus. Posset enim quoquo modo putari ipsam naturam substan-

O scelus: Adæquare virginitatē sanctimonialiū cōiugio q̄ Euāg. et paulo repugnat. Nā Mat. 19. noster saluator Virginitatē comendās, aliquos inquit illam propter regnum cœlorū

83 seruasse testatur, q̄ donū dei ē. Idēq; cōfirmat et paulo. 1. Cor. 7. virginitatē dicēs, bonū scđm cōsiliū. Matrimoniū bonū scđm indulgentiā. cui ipsam preponit Virginitatis ob

84 seruantiā et sequentes agnū quocūq; ierit Virgines dicuntur apoc.

85 Matrē voluit virginē. Sup. c. 56. se. vir-

86 ginem, pcur sorē virginē & dilectum Ioannem Euāgelistā virginem elegerit & seruauit. Ar. ratiōes quibus id probare nitebat Iouinianus habet in. 2. retrac. c. 22. in 1. Tom. et in de peccatorū me-

ritis & remissione, ē ca. 7. in To.7.& cōtra istū compositū. Audibrū de bono cōiugali,& de sancta virginitate,vt ab ipso hī i.2.retrac.c.22. & 23.i To.1.q libri habent in Tom.6.

Tertullianus nō ē hęreticus, qa dixit Aiam & deum esse corpora. 87

Aię statū p̄ traducē propagari.

tiamq; diuinam corpus vocare, non tale corpus cuius partes alię maiores, alię minores valeāt vel debeant cogitari, qualia sunt omnia, quę proprie dicimus corpora quāuis de anima tale aliquid sentiat sed potuit, vt dixi, propterea putari corpus Deum dicere, quia non est nihil, nō est inanitas, nō est corporis vel animæ qualitas, sed vbiq; totus, & per locorum spatia nulla partitus in sua tamen natura, atq; substantia immutabiliter permanet. Nō ergo ideo est Tertullianus factus hæreticus, sed quia transiens ad Cataphryges, quos ante destruxerat, cœpit etiam secundas nuptias contra apostolicā doctrinam tanquam stupra damnare, & postmodum etiam ab ipsis diuisus, sua conuenticula propagauit. Dicit sane ip se animas hominum pessimas post mortem in dæmones verti, statum autem animæ credit p̄ traducē propagari.

Est quędam hęresis rustica na in campo nostro: id est, Hipponensi, vel potius fuit: paulatim enim diminuta in vna exigua villa remanserat in qua quidem paucissimi, sed omnes hoc fuerūt qui omnes modo correcti & catholici facti sunt, nec aliquis illius superfedit erroris, Abelonij vocabātur, punica declinatiōe nominis. Hos nonnulli dicūt ex filio Adę nominatos qui est vocatus Abel: vnde Abelianos vel Abeloitas eos nos possumus dicere. Non miscebantur vxoribus, & eis tamen sine vxoribus viuere sectę ipsius dogmate non licebat. Mares ergo & fœmine sub cōtinentię professione simul habitantes, puerū & puellam sibi adoptabant in eiusdē cōiunctionis pacto successores suos futuros: morte prævenientis quibusq; singulis alij surrogabantur: dum tamē duo duobus disparis sexus in illius domus societate succederēt. Vtrolibe q̄ppe parēte defuncto vno remanēti, vsq; ad eius quoq; obitū filij seruiebant. Post cuius mortem etiam ipsi puerum & puellam similiter adoptabant: nec vnquam eis defuit vnde adoptarent generationibus circumquaq; vicinis, & filios suos inopes ad spem hæreditatis alienæ dantibus libenter. Pelagianorum est hęresis hoc tempore omnium recentissima a Pelagio monacho exorta, Quem magistrum Cœlestius sic secutus ē vt sectatores eorum Cœlestiani etiam nuncupentur. Hi Dei gratiæ, qua prædestinati sumus in adoptionem filiorū per Iesum Christum in ipsum, & qua eruimur de potestate tenebrarum, vt in eum credamus atq; in regnū ipsius transferamur, propter quod ait: Nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. Et qua diffunditur charitas in cordibus nostris vt fides per dilectionē operetur, intantum inimici sunt, vt sine hac posse hominē credant facere omnia diuina mādata: cum si hoc verū esset, frustra Dominus dixisse videretur: Sine me nihil potestis facere. Denicq; Pelagius a fratribus increpatus, quod nihil tribueret adiutorio gratię Dei ad eius mandata faciendā, correptioni eorum hactenus cesserit, vt non eam libero arbitrio præponeret, sed infideli calliditate supponeret dicens: ad hoc eam dari hominibus, vt quæ facere per liberum iubentur arbitrium, facilius possint impleri per gratiam. Dicendo vtiq; vt facilius possint, voluit credi, etiam si difficilius, tamen posse homines sine gratia diuina facere iussa. Illam vero gratiam Dei, sine qua nihil pussumus facere, non esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis suis præcedentibus meritis ab illo accepit nostra natura, ad hoc tantum ipso adiuuante p̄ suam legem atque doctrinam, vt discamus quę facere, & quæ sperare debeamus. Nos autem ad hoc per donum Spiritus Sancti, vt quę didicerimus esse facienda faciamus. Ac per hoc diuinitus nobis dari scientiam confitentur, qua ignorantia pellitur. Charitatem autem dari negāt qua pie viuitur: vt scilicet cum sit Dei donum, scientia quæ sine charitate inflat, non sit Dei donum ipsa charitas, quę vt scientia non inflet, ædificat. Destruunt etiam orationes, quas facit Ecclesia, siue pro infidelibus & doctrinę Dei resistentibus, vt conuertantur ad Deū: siue pro fidelibus, vt augeatur eis fides, & perseuerent in ea. Hæc quippe non ab ipso accipere, sed a seipsis homines habere contēdunt gratiam Dei, qua liberamur ab impietate dicentes secundum merita nostra dari. Quod quidem Pelagius in episcopali iudicio Palæstino damnari metuens, damnare compulsus est sed in posterioribus suis scriptis hoc inuenitur docere. In id etiam progrediuntur, vt dicant vitam iustorum in hoc seculo nullum omnino habere peccatum, & ex his Ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, vt sit omnino sine macula, & ruga, quasi non sit Christi Ecclesia, quæ in toto terrarū orbe clamat ad Deum: Dimitte nobis debita nostra. Parulos etiam negant, secundum Adam carnaliter natos, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contrahere. Sic enim eos sine vllo peccati originalis vinculo esse iunt nasci, vt prorsus non sit, quod eis oporteat secunda natiuitate dimitti: sed eos propterea baptizari, vt regeneratione adoptari admittantur ad regnum Dei, de bono in melius translati, non ista renouatione ab aliquo malo obligationis veteris absoluti. Nam etiam si non baptizentur, promittunt eis extra regnum quidem Dei, sed tamen æternam & beatam quandam vitam suam. Ipsum quoque Adam dicunt etiam si non peccasset, fuisse corporem morituram, neque mortuum merito culpæ, sed conditione naturæ. Obijciuntur eis & alia nonnulla, sed ista sunt maxima, ex quibus

Pelagius dixit nos p̄ gram facilius posse Deī plere mādata, si ne ipsa gra volu it nos posse, sed difficilius facere iussa & p̄ ista hę resi vide diuum Au. in de gra & li. arb. ad Val. c. 13. ī. To. 7. & in Epist. 95. i. 2. T. quę ē. 5. episcoporū & contra duas Pelagiānorū epist. li. 3. c. 5. & ī d Ecclesiasticis dog. c. 48. & ī cōcil. Mileuita. can. 5. & in cōcil. Arau. cā. 21. & de conse. dis. 4. c. placuit. Eph. 5.

Mat. 6.

Quod paruuli sine originali baptizentur vt ad regnū admittant. fuit ab Ecclesia cōdēnatū ī con. Mileuita. can. 2 & de cōse. dist. 4. c. placuit q̄cū que paruulos.

Pelagiani dicūt Adā et si nō peccasset corpore moriturū, si me-

rito culpę, ſi cõ intelliguntur etiam illa vel cuncta, vel pene cuncta pertinere. Eccè quam multas cõmemorauimus hæreſes, nec tamen modum tuæ poſtulationis impleuimus. Ex quo enim Chriſtiana religio, vt Verbis tuis vtar, hęreditatis promiſſę nomen accepit, quæ hęreſes ortæ ſint, quo modo commemorare omnes potui, qui omnes noſſe nõ potui? Quod ideo exiſtimo, quia nullus eorum, quorũ de hac re ſcripta legi, omnes poſui: Quando quidem inueni apud alium, quas apud alium non inueni, & rurſus apud iſtum quas, ille non poſuit. Ego autem propterea plures quã ipſi poſui, qa collegi ex omnibus quas omnes apud ſingulos non inueni, additis etiã his quas ipſe recolens apud vllum illorum inuenire non potui. Vnde merito credo nec me poſuiſſe omnes, qa nec omnes qui de hac re ſcripſerunt legere potui, neque hoc quenquam eorum video feciſſe quos legi. Poſtremo etiam ſi omnes forſitan poſui, quod non puto, vtrum omnes ſint vtique neſcio. Et ideò quod vis me loquente finiri, non ſaltem poteſt me cognoſcente cõprehendi. Audiui ſcripſiſſe de hæreſibus ſanctum Hieronymum, ſed ipſum eius opuſculum, nec in noſtra bibliotheca inuenire potuimus, nec vnde poſſit accipi ſcimus. Quod ſi tu ſcieris * perueniat illud, & forſitan habebis melius aliquid quam hoc noſtrum: quamuis nec ipſum, licet hominẽ doctiſſimum, omnes hęreſes arbitrer indagare potuiſſe. Et certè Abeloitas noſtræ regionis hæreticos quantũ exiſtimo, ille neſciuit. Sic fortè & alibi alios in obſcuriſſimis locis reconditos, eiuſque notitiam ipſa locorum obſcuritate fugientes, Iam verò illud quod habent tuæ literæ, vt oĩa omninò dicamus quibus hæretici à veritate diſſentiunt, etiam ſi omnia ſcirem, facere non poſſum: quãto minus poſſim qui omnia ſcire nõ poſſum. Sunt enim hęretici, quod fatendum eſt, qui ſingulis vel non multo amplius dogmatibus oppugnãt regulam veritatis, ſicut Macedoniani, vel Photiniani atque alij quicunque ita ſeſe habent. Illi autem, vt ita dixerim, fabulones, ideſt, qui fabulas vanas eaſdemque longas, perplexaſque contexuerunt, tam multis falſis dogmatibus pleni ſunt, vt ipſi quoque illa numerare non poſſint, aut difficillimè poſſint. Nec Vlli alieno Vlla hæreſis facile ſic innoteſcit vt ſuis: vnde nec earũ, quas cõmemorauí omnia dogmata me * dixiſſe profiteor. Quis enim non videat quantam res iſta operã, & quã multas literas flagitet? Nec ideò tamen parum prodeſt errores iſtos, quos huic operi intexui, lectos, cognitosque vitare. Quid enim contrà iſta ſentiat catholica Eccleſia, quod à me dicendum putaſti, ſuperfluo quæritur, cum propter hoc ſcire ſufficiat, eam contra iſta ſentire, nec

Per oratio. can. 1. & in cõcil. Aphri. can. 76. & de hoc fuſius ab Au. in li. Hypognoſti. contra Pelagianos li. 1. in Tom. 7.

Forte perueni ad illud.

alias didiciſſe

nec aliquid horum in fidem quenquam debere recipere. Quomodo autem quæ contra hæc veritas habet, aſſerẽda ac defendẽda ſint, modulũ operis huius excedit, Sed multum adiuuat cor fidele, noſſe, quid credendum non ſit, etiam ſi diſputandi facultate id refutare non poſſit. Omnis itaque Chriſtianus catholicus iſta nõ debet credere, ſed non omnis qui iſta non credit cõſequenter debet ſe Chriſtianum catholicum iã putare vel dicere. Poſſunt enim & hęreſes aliæ quę in hoc opere noſtro commemoratę non ſunt, vel eſſe vel fieri, quarum aliquam quiſquis tenuerit, Chriſtianus catholicus nõ erit. Quid ergo faciat hæreticum deinceps requirendum eſt. vt cũ hoc Domino adiuuante vitamus, non ſolum ea quæ ſcimus, verum etiam quę neſcimus, ſiuè quę iam orta ſunt, ſiue quæ adhuc oriri poterũt hęretica venena vitemus. Huius autem ſit iam Voluminis finis, quem propterea vobis antequam totum hoc opus perficerem credidi eſſe mittendum, vt eum quicunque legeritis, ad id quod reſtat implendum, quod tam magnum eſſe cernitis, meis orationibus adiuuetis.

Multũ adiuuat cor fidele, noſſe, quid credendũ non ſit, etiam ſi diſputãdi facultate id refutare non poſſit.

In exemplari Gembl. abſoluto lib. de hęreſibus adiectum erat ſequens cap. adſcripto numero. 89.

Timotheani, dicunt filium Dei verum quidem hominem ex virgine Maria natum, ſed non ita vnam reddiſſe perſonã, vt non in vnam ſit redactus naturam: conflatorium quoddam volentes fuiſſe interiora virginis, per quod duę naturę id eſt Deus & homo, in Vnam reſolutæ & compactę maſſam, vnam Dei & hominis exhibuerint formam: immutatam videlicet naturam proprietate efficientiarum Coitionum. Et ad confirmandã huiuſmodi impietatem, quę Deum aſſerit a ſua verſum natura, cogunt Euangeliſtæ teſtimonium dicentis: Et verbum caro factum eſt, quod ita interpretãtur: Diuina natura in humanã verſa eſt. O abolitionem, illi inuiolabili impingentem ſubſtantię. Huius impietatis initiũ, Timotheus, apud Bizam Bithynię modo exulans ciuitatem, continentis & religioſę vitę imagine multis illudit.

Ioan. 1.

DE QVINQVE HAERESIBVS ORATIO.

NON necessitate, sed charitate cogente, sed quod est vehemētius charitate. Ad cōpellēdū te cōpulsus. CAP. I.

DEBITOR sum fateor, non necessitate cogente, sed quod est vehemētius charitate. Ad cōpellēdū non potest esse molestus exactor, quando ad reddendum debitus est debitor. Sed vt impleam quod promisi adiuuante me sanctis orationibus vestris vt Deus omnipotens det gratiam sermonibus meis, vt satisfaciam piis mentibus & auribus vestris. Si meminisse dignamini qui in tempore afuistis, quinq; hostium genera esse diximus: contra quę expugnāda inducias postulauimus, vt necessaria arma præparare possemus. Promissus dies illuxit, nos quoque impigre ad certamen Domino adiuuante processimus. Adiutorium nostrum a Domino qui fecit cœlū & terram. Donabit certanti victoriam, qui certandi dedit audaciam. Non nos hostium turba, non nos bellantium reuocet forma * nō quasi vitrea fulgentia terreāt arma. Goliā magnū robustum, armis terribilem, ingentique turba munitum, Dauid solus, puer, paruus, atque inermis vno lapidis ictu prostrauit, totaq; Allophylorū castra turbauit atque fugauit. Quid autem aliud petra contra Goliam manu Dauid missa, nisi Christum contra diabolū ex femine Dauid vēturū significauit? Aggrediamur iā, & errorū quæ diximus q̄inque genera ꝓponamus. Pagani dicūt: Quid est, quod nos exhorretis, atq; abiicitis tāquā multos colētes deos? Ecce & vos Deū, quē p̄dicatis colēdū, Filiū hr̄e dicitis, et sine alterius cōmixtiōe sexus natū eē configitis. Iudæi dicūt: Quō vnū collitis Deū, qñ et hominē quē patres nostri crucifixerūt dominū dicētes, hominibus extorquetis vt tanq; Filiū dei vobiscū venerenī & colant? Manichæi dicunt phātasma esse quod dicitur Dominū Christum fœmineo potuisse nasci ex vtero. Non enim dignū est, inquiūt, vt tā ta maiestas per sordes & squalores fœminę transisse credatur. Sabbelliani, iidem Patripassiani, dicunt, Vnus est Deus Pater & Filius, qm̄ qui pater, ipse est Filius. Nā si aliter dixerimus, dicemur multicolæ. Arriani: dicunt, Alius est Pater, alius est Filius, sed minor est Filius: Quō, n, fieri pōt, vt genitori genitus existat ęqualis? Alius

Non quasi fulmē- Ful- 1. Re. 17. gens vitrea terreat armatura. Pagani,

Iudæi,

Manichęi.

De hęresi manichæorū in de hęresibus c. 46.

Sabelliani.

De hęresi. Sabellinorū in de hęresibus cap. 41.

Arriani.

Fiducia aduersus hęreticos. CAP. II.

De hęresi Arrianorum in de hęresibus c. 49

ECCE sunt errorum propositæ questiones, quasi hostium compositæ acies. Contra istas acies pestiferas sanctissimi fratres, sumite arma Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus pfecti stare. Accingimini lūbos in veritate, nemo trepidet, nemo formidet: est loricа iustitię, est scutum fidei, in quo saggittę malignorum ignitę excipiantur & extinguantur. Est galea salutis, est gladius spiritus, quod est verbum Dei. Quisquis fidelium Christi militum his fuerit armis munitus * nō cuiusquam formidabit personam, non terrore * temporis a certamine reuocabitur. Eia fratres certamē in prōptu est, feruet opus vrget aduersarius spicula parat, iacere tentat, nemo espauescat. Fratres, plures sunt nobiscū quam cum illis. Nobiscum est Moyses ille magnus amicus Dei qui vt hostē vinceret pręliantem, manus ad cœlum extendit, iā tunc figuram crucis Christi ostendens: ipse diuino imperio, tumentis ponti volutes flexuosis finibus vndas, vno ictu virgę pcussit, & traiiciēdo populū, aridos interim vertit in cāpos. Nobiscū est Iesus post Moysē populi dux Israelitici, fortissimus p̄liator, cuius ēt nomē indicat saluatorē, ipse potētia sui et diuina fiducia, diē, sui cursus metas ne pageret, statuit [& noctі ne accederet iperauit. Ipse gentiū reges nō sigillatī, ſ3 gregatim supauit? captiuauit, humiliauit, et occidit. Nobiscū est Dauid manu fortis. Quid dicā? Seruus Dei, electus Dei amicus Dei, parens Dei: nouerat & bene nouerat, non solum parcere subiectis & debellare superbos, verū ēt virtutes oīdere & patientiā custodire. Ipse inimicos suos cū persequeretur nō pernicios⁹us, & cū vinceret nō extitit impius. Nobiscū sunt alii atque alii sancti viri, q omnia futura p̄uiderūt & prædixerunt. Non est ergo qđ nos terreat. Tm̄ expectate, audite & orate, itētior et auctior circa me vra sit oro. Nō diutius immoremur, iam quæ proposuimus prosequamur.

* Aſs idutus alias ſcorporis

Exod. 17.

Exod. 14.

Iehosue. 10.

Ex Hermete et Sibylla.

QVID dicis Pagane? Deus, in q⁹, si delectatus est Filio, idiguit cōiugio: si horruit cōiugiū, solus ē sine filio. Quid, n, poterat inueniri simile Deo, qđ cōiūgere Deo & pareret Filiū Deo? Deinde sit vt dicitis, hēt Deus Filium, iam non vnum colitis Deum. Quid agimus? Ab Allophilo telū missum excepimus, quid remittimus? Quod libet miserimus telū, licet peruenīat ad illum nihil, prodest. Quare? Quia durus est, quia lapideus est, idola colit: Et si scriptum est: Similes illi fiant oēs qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis: Sanctas scripturas non accipit. Q ueramus ergo lapidem quo percutiatur, vt percussus quassetur, quassatus comminuatur, comminutus in puluerē conuertatur, conuersus in

CAP. III.

Psal. 113.

P iiii puluerem

puluerem compluatnr, complutus feratur, satus faciat fructum, non qui igne consumatur, sed qui in horreo recondatur. Hermes, qui latine Mercurius dicitur, scripsit librum qui λογὸς τέλειος appellatur, idest, verbum perfectum. magnum nomen libri huius, quia magnus est, de quo scriptus est liber. Quid enim perfectius verbo, qui solus est inter mortuos liber? Audiamus quid loquatur Mercurius de verbo perfecto. Dominus, inquit, & omnium factor deorum, secundum fecit Dominum. Et post pauca vt ostenderet quid dixerit, repetiuit & dixit: Quoniam ergo hunc fecit primum & solum & * vnū. Bonus autem ei visus est & plenissimus omnium bonorum. Quantum plenissimus Ioannes euangelista dicat: De plenitudine eius nos omnes accipimus, gratiam pro gratia. Bonus autem ei visus est, & plenissimus omnium bonorum. Et sequitur: Lætatus est. Cui, vel cum quo lætatus est? Dicat ipsa sapientia Dei, Filius Dei: Ego eram cui aggaudebat. Ergo lætatus est & valde dilexit tanquam vnigenitum suum. Quem primo factum dixit, postea vnigenitum appellauit. Item alio loco sic dixit, Filius benedicti Dei atque bonę voluntatis, cuius nomē non potest humano ore narrari. Querebas Pagane conIugem Dei? Audi Mercurium, para frontē, & excipe lapis lapidem, cade vt erigaris, frangere vt confirmeris, destruere vt edificeris, Ictus lapidis non cutem diuidat frontis, non venam rumpat sanguinis, non aperiat foueam vulneris, sed signum faciat crucis. Coniugem Dei quæris? Abiiciatur ex corde tuo rogo impura * prauitas. Coniux Dei bona voluntas est. Quomodo autem Pater sit Deus, et filius Deus, nec tñ duo dij sȝ vnus sit Deus, tecū disputare nō debeo ga nisi crediderīs intelligere nullatenus poteris. Et tamē filiū Dei Deum fatetur Mercurius. Hoc lapide percussus, lapideus desinat esse sacrilegus. Audiamus quid etiam Sibylla vates eorum de eodem dicat, Alium, inquit, dedit Deus filiis hominum colendum. Quantum apparet, in his sententiis Mercurii & Sibyllæ, Sabellius etiam iudicatur. Mercurius & Patrem Deum dicit, & Filium, & Sibylla dicit Deum alium. Sabellius dicit non alium, quia eundē Patrem asserit esse quem Filium. Optimum valde est, si modo non ad vnum tantum, sed etiam ad quantoscunque missus peruenire poterit, aduersarios hoc ictu percutiamus. Item Sibylla dicit, Ipsum tuum cognosce Deū Dei Filium esse Versus iste & paganum increpat & Iudęum. Alio loco Filium Dei συμβολὴν appellat, id est, consilium vel consiliarium. Et Prophęta dicit, Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, Deos fortis, Pater futuri

Hermes latine mercurius.

Et quomodo in ter mortuos liber Christus habes ab Au. 13. de trinita. cap. 14. in Tom. 3. alias verum Ioan. 1.

Heb. 1.

Nomen filij Dei nō potest humano ore narrari.

* Alias improba Coniux Dei est bona voluntas, Esai. 7.

Esa. 9.

seculi. Hinc Arrianus arguitur, qui cū dicit minorē Dei Filium, dicit aliquando Deum non habuisse Filiū. Et si fuit sine Filio, fuit sine consilio. Ecce ad quæ & ad quanta pericula prouocamur. Sed quia Deus vnquam fuit sine consilio, etiam contradicente Arriano, nunquā Pater potuit esse sine filio. Quid agis Pagane? Aperi aures, noli esse sicut aspis surda, quæ obturat aurem ne audiat vocem incantantis. Non tibi meos authores profero, tuus est Mercurius cui inter deos tātus honor cultusque a vobis allatus est, ut eius nomine diem Dominivocaretis. Ipsum audi ipse te cōuincat, ipse expugnet, vt cum te vicerit, illi cedas & mihi credas, Mercurius dixit, Dilexit Deus vnigenitum suum. Ipse dixit, Filius benedicti Dei atq; bonæ voluntatis. Et ne de eius nomine tædium interrogationis substineret, secutus adiunxit, Cuius nomen nō potest humano ore narrari. Quid tu Mercuri, ab hominibus dicis nomen Dei Filij narrari non posse? A te narretur qui non homo sed Deus ab hominibus æstimaris. Loquitur autem ad Filium suum dicens, Est enim quis Filij inenarrabilis sermo sapientiæ Spiritus Sanctus. Nonne hoc est. In principio erat verbum? Dic Hermes, sermo iste sapientiæ habet matrem? Sequitur de solo Deo, Dominus est omnium dominante Deo mortalibus. Et quia ab hominibus indagari nō potest, addit & dicit, Super homines est. Nomen Filii Dei narrare non possum, quia Deus non sum: dicant homines quasi homines quod non sum, ego agnosco quod sum. Sermo Sapientiæ de solo Deo est. Non ergo ibi Pagane humanum suspiceris aut fingas fuisse coniugium, de solo Deo est Dominus Deus, & super homines est. Increpat te Sibylla dicens, ipsum tuum cognosce Dominū Dei Filium esse. Ipsum tuum cognosce Deum: Ipsum non alium, non Martem, non Iouem, non Mercurium, sed quem confitetur Mercurius. Quid miraris Christiane, quod talia isti de Patre & Filio dicant? Et dęmones credunt & contremiscunt. Nempe in Euāgelio transeunte Domino dicunt, Nouimus quod sis Filius Dei, venisti ante tempus perdere nos. Vtinam quomodo dæmones iudicem, sic homines agnoscerent saluatorem.

Quia Pater nū quam fuit sine consilio nūquā fuit sine filio cō tra Arriano. Idē super Ioā. trac. 1, ī Tho. 9.

Cōcordat Mercurius & Ioan. euāgelista. ca. 1

Iaco. 2.

Marci. 1.

Quid dicit Iudæus? Vnus est nobis Deus Pater, ipsum, non alium nouimus. Illum vero quē dicitis Christum, patres nostri non Deum sed hominem occiderunt. Nempe hoc est quod dixi vtinam quomodo dæmones iudicem, sic homines agnoscerent saluatorem. Ecce dæmones viderunt & tremuerunt: homines viderūt & occiderunt. Dæmones confessi sunt, homines persecuti sunt. Quæ infelicitas & quanta miseria, imparē etiā dæmonibus inueniri? Item homines credunt, dæmones pereūt homines?

Ex vetere testamēto. CAP. IIII.

Iaco. 2.

Marci. 1.

homines saluantur, dæmones puniuntur. Sed hæc immutatio est dexteræ excelsi, non præsumptio hominis de suis viribus confidentis. Contra istum Iudæum non laboro, pugnent contra illum codices sui, pugnent lex & Prophetæ & aut victus & humiliatus saluabitur, aut superbus & pertinax punietur. Dixit Dominus ad Moysen, Ecce ego mitto Angelum meum qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem parauí. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes. Audisti Angelum, agnosce Dominum: nec contemnendum esse putes. Quare? Quia non remittet, cũ peccaueris, & est nomen meum in illo. Quis est ille tã magnus, cui Deus & potestatem suam dedit, & nomen? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Et vnde probamus quod cum dicitur Angelus debeat intelligi Deus? In libro qui appellatur Genesis, Venerunt inquit, duo Angeli Sodomam vespere, sedente Loth pro foribus ciuitatis: quos cum vidisset, surrexit, & iuit obuiã eis. Quid plura? Suscepit, & obsecutus est eis tãquam peregrinis. Consuetudine hospitalitatis liberatus est a periculo ciuitatis, & temporale euasit incendium & æternum consecutus est præmium. Discite Christiani, sine discretione hospites suscipere, ne forte cui domum clauseritis, cui humanitatem negaueritis, ipse sit Christus. Nõ amplius euagemur a proposita actione. Angeli venerũt ad Loth & dixerunt. Videte, & aduertite, quia Angeli loqui dicuntur. Quid dixerunt Angeli? Salua animam tuam, noli respicere post tergum. Quia nemo ponens manum super aratrum, & retro respiciẽs, aptus est regno Dei. Neque stes in omni circa regione: terrenis non inhæreas voluptatibus, sed in monte saluum te fac. Spes tua Deus sit, ne & tu simul pereas cum Sodomitis. Dixitque Loth ad eos. Videte hominem videntem non cæcum sicut Iudæum & Sabellianum: non Lippientem sicut Arriani: sed oculos sanos habentem, sicut catholici Christiani. Et Angelos vidit, & Dominum intellexit. Quid dixit Angelis? Dixitque Loth ad eos: Domine mi quia inuenit seruus tuus gratiam ante te, & magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti mecum, vt saluares animam meam. Magna res, cum volo Iudæum ferire, Moyses fortissimus vir hastam verbi sui vibrauit, & misit factum est vt per Iudæum ad Sabellianum transiret. Arrianumq; percuteret. Quid agis Loth sancte? Angelos vides non vnum, sed duos & dicis, Domine mi. Ad vnum verbum facis, vnum præcaris, & non metuis ne alteri iniuriam facere videaris? Abiit, inquit, Recedite Iudæi, recedite Sabelliani, quia non videtis: recedite Arriani, quia parũ videtis. Ego video, quod video: & quia

Exod. 19. et. 33.

Psal. 32.

Gene. 19.

Loth consuetudine hospitalitatis, liberatus ẽ a periculo ciuitatis.

Luc. 9.

& quia video nec contẽno, nec erro. Duos video, æquales video. Vnum rogo, nulli iniuriam facio: quia Patrẽ & Filium non diuido. Nam vt intelligatis me non falli, cum duos tanquam vnum deprecor, videte vtrum duo, an vnus respondeat. Precibus petiit, vt in modica ciuitate, & proxima refugium haberet & viueret. Respondetur ei. Videamus quot sunt qui respondent. Verba libri subsequuntur, Dixitque ad eum: Quasi responsio singularis est. Adhuc sequere, videamus. Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem, pro qua locutus es. Festina ergo, & saluare ibi: quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Vides Iudæe, & dici Angelum, & esse Deum? * Audis Arrianę duos, Patrem & Filium dicentem, nec tamen eundẽ Patrem quẽ Filium propter Sabellianos: sed Patrem et Filium Audis quid dictum est? Suscepi preces tuas. Audis quid dicit. Non subuertam vrbem. Audis, Non potero facere quicquam? Ergo Iudæus legat Angelum, intelligat Deũ: Sabellianus legat duos venisse, Arrianus legat vnum respondisse: & non contemnant, sed errorẽ fugiant, ne ad ignem æternum perueniant. Sed vt plenius ostendamus dictum Angelũ debere intelligi Deũ, huius lectionis sequẽtia recitemus. Igitur inquit, Dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem a Domino de cœlo. Quid est Dominus a Domino, nisi Filius a Patre? Sicut & alio loco, Dixit Dñs Domino meo: id est Pater Filio suo, sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorum. Item in Exodo, Apparuit, inquit, Moysi, Angelus Dñi in flamma ignis de rubo ardebat igni, rubus autem nõ cremabatur. Et dixit Moyses Vadam & videbo hoc grande visum, quare non crematur rubus. Cum vidisset autem Dominus quia accedit videre, vocauit eum dñs de rubo. Ecce Angelus ipse Dominus. Et sequitur dicens, Moyses, Moyses, Et ille dixit, Quid est Domine: Ait illi Dominus, Ne accesseris huc, nisi soleris calciamẽta de pedibus tuis: locus enim i quo stas, terra sancta est. Adhuc audi qd dixerit ei. Ego sum Deus patrum tuorum: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Et ideo Iudeus sic audiat Angelum, vt intelligat Dominum, & timeat Deum. Sabellianus sic confiteatur Patrem, vt non neget Filium. Arrianus sic confiteatur Patrem & Filium, vt non minuat Filium. Iesus etiã Nue, sicut liber dicit, qui eius nomine conscriptus est, cum contra hostes dimicaret, in ipso constitutus procinctu, vidit virum stantem contra se, & euaginatũ tenentem gladium: perrexitque ad eũ, & ait Noster es an aduersariorũ? Qui respondit, Nequaquã, sed sum princeps

* al's dominũ

Exo. 3.

Iehosue. 5

princeps exercitus Domini, & nũc aduenì. Cecidit autem Iesus pronus in terram, & adorauit. Et nũc sequere Iudęę ducem tuum. Videt, interrogat, & adorat. Visio communionem habet: videtur enim & quod agnoscitur, & quod non cognoscitur. Ergo visio communionem habet interrogatio ignorationẽ. adoratio fidẽ. Quem videt? Hominem. Quis est homo iste? Ipse est cuius contra inimicas gentes prænunciabatur, desiderabatur, expectabatur aduentus. Et homo est, inquit, & quis cognoscet eum? Quis iste princeps exercitus Domini? Nonne ipse est, qui in Euãgelio interrogatus si s esset, respondit, Principium, qui & loquor uobis? Quid turbaris Iesu Naue? Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania, aduersus Dominũ, & aduersus Christum eius? Vides armatum, noli metuere: non contra te venio, sed pro te: quia non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Quid est Iesu quod vides, interrogas, & adoras? Audi, Hominem video, interrogo quẽ video: audio quem video adoro non quod video, sed quod credo. Quia fides ax auditu, auditus autem per Verbum Dei. Quid ergo quæris? Aduerte & sequere, Hominem video, sed præ filiis hominũ est quod intelligo. Nescio quid mihi coruscat & tanquam de latebris fulgidum aliquid splẽdet. Vado ad eum, qui venit ad me, perscrutabor, quæram & videbo hoc tam grande visum quod video. Et Homo est, & homo non est. Imo & homo est, propter Manichæum: & plus quã homo est, propter Iudæum. Perge Iesus meus dux meus perge. Quare, nisi quia cum tu me inquiris, me acquiris? Ecce venio, hominem inuenio: intus nescio quid intelligo, obscurum est, nondum video: tecta est facies Moysi, velamen impedit aciem, latet veritas. Non cognosco quid sit, opus est interrogatione. Dic tu homo, Noster es an aduersariorum? Si aduersariorum es, & homo es, & inimicus es: si noster es, & homo es, & Saluator es. Post me venit, sed ante me factus est. Si Iesus es, & Saluator es. Interroget Iesus Iesum, Interroget priorem posterior, sed tamen minor maiorem interroget deficiens crescentem: figura interroget veritatem, imo figura intelligat ueritatem: vt lucescat dies, & remoueãtur tenebrę tẽporales. Ecce venio, sed quia scio, spiritus carnẽ & ossa nõ habet, inquiro, palpo carnem: quæro, intueor armatum. Adhuc latet mysterium. Interrogo virum, audio verbum, credo verũ, remoueo velũ, adoro Deũ. In eo quod Iesus vidit, nec cognoscit, furiosam gentem Iudęorum significabat: quæ si vidẽs cognouisset, nunquã Dominũ glorię crucifixisset. In eo autẽ, qđ audicdo credidit et adorauit, istũ significabat popu

Ioan.8.
Psal.2.
Math.15.
Rom.10.
Vado ad Deũ & ia uenit ad me.
Exod.34.
2.Corin.3.
Ioan.1.
Iehosue.5.
Luc.24.
1.Cor.1.

lũ: de

lũ: de quo scriptũ est, Populus quẽ non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Audi adhuc qui negas Deum genuisse Filium, audi quid dicit Pater per Esaiam prophetam: Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam dicit Dominus? Ergo ego, qui generationes cæteris tribuo, nunquid sterilis remanebo, dicit Dominus Deus tuus? Cui dictum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quid me stimulas Arriane, & rides, cum audis hodie: Apud Deum nũ quam crastinus, nunquam hesternus dies est, sed semper hodie: Non mensium circulis voluitur annus, non succedentibus ac decedentibus transigitur mensis diebus, non horę mutantur, non variantur tempora vel momẽta, vbi dies nec termino includitur, nec initio inchoatur. Audiat adhuc Iudæus quid per Propheram dicat Dominus, audiat Arrianus: audiant & omnes qui Filium Dei aut non esse aut esse minorem dicunt. Ego, inquit, Deus, & non est alius. Et quid de Filio Domine, si tu solus. Es Deus? Audi adhuc quid festinas? In memetipso iuraui. Vbi est iuratio, nulla est dubitatio. In memetipso iuraui. Egredietur de ore meo iustitiæ verbum, Ecce habes Filium, Egredietur de ore meo iustitię verbum, & non reuertetur. Quid, est non reuertetur? Ne Sabellianus dicat, Ipse est Pater qui Filius, Egressum verbum non reuertetur: quia Pater, Pater est: Filius, Filius est. Si eat aliquantulum hæreticorum loquacitas, nullã habens verecundiam, impleat Domini sententiam, & Filio Dei aut nullus aduersabitur: aut qui aduersus extiterit, confundetur. Egredietur, inquit, de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, & cõfitebitur omnis lingua. & Filius quid? Audi ergo in Domino dici, Meæ sunt summæ iustitiæ & imperium. Age ergo. Et quid postea? Ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. Ita nunc omnes Pagani, Hæretici, Iudæi, aduersamini, & repugnate Filio Dei. Ad eum venietis, & confundemini omnes qui repugnatis ei. Non parua de Filio Dei secundum diuinitatem locuti sumus, & resistentibus in quantum potuimus aduersarijs non pepercimus. Nunc volo ad eius incarnationem accedere, & Manichæus obsistit impurus. Quare? Quia Dei Filium non vult dici etiam hominis Filium. Et vbi est quod scriptum est. Rorate cœli de super, & nubes pluant iustum: aperiatur terra: & germinet Saluatorem, & iustitia oriatur simul ego Dominus creaui eum? Item, Ecce paruulus natus est nobis, & Filius datus est nobis: & factus est principatus eius super humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis,

Psal.17.
Esa.66.
Psal.2.
Heb.1.
Apud Deũ nunquã crastinus, aut hesternus dies, sed semper hodie.
Esa.45.
Esa.45.
Esai.9.

Esai.7. pacis. Item, Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium et vocabitur nomẽ eius Emanuel. Dicit aliquis, Cũ Manichæo certare dispoſueras, nõ cum Iudæo. Cõtra Manichæum noua tela ſunt neceſſaria, nõ antiqua: quia nouum, non uetus accipit teſtamentum. Sed mihi, q̃ cõtra vtroſq; ſuſcepi certamẽ, undiq; arma ſunt neceſſaria: maxime, q̃a iſta noua ex veteribus fabricata ſunt: ergo nec illa abijciẽda, & iſta portãda ſunt. Diuerſis. n. telis diuerſi cõcidũt aduerſarij. Ordo itaq; iſte ſeruãdus ẽ, vt loquẽs de Euãgelio, nõ ſileã de Prophetis.

cõtra Manichęum CAPV.

SED ego, inquit Manicheus, nec Moyſen accipio, nec Prophetas. Quid ais de Paulo apoſtolo, q̃ in exordio Epiſtolæ ſuę ad Romanos ſcribens, ait, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus ſegregatus in Euãgelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de Filio ſuo, q̃ factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecũdũ carnẽ? Audis, quia Euangelium paſtolos non exhiberetur, niſi per Prophetas antea promitteretur? Audis quia Dei filius ſecundum diuinitatem factus eſt, filius hominis ſecũdum carnem? Quid eſt, enim, in quo Prophetæ contrarij ſunt Euãgelio? Dixit enim Propheta, Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum. Veniat Angelus & prædicet verbum: aperiatur terra, audiat Maria, germinet Saluatorem, pariat Ieſum. Propheta dixit, Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel. Hoc etiam Euangeliſta cum diceret, ſecutus eſt, & expoſuit dicens. Nobiſcum Deus, Fruſtra Manichæe conaris aduerſari Prophetis. Ecce Apoſtolus dicit, De filio ſuo qui factus eſt ei de ſemine Dauid ſecundum carnem. Quod Prophetæ præuiderunt & prædixerũt, hoc Apoſtoli viderunt & prędicauerũt: qui erat, factus eſt? Verbum erat, caro factus eſt. Quid erat? quid factus eſt? Verbum erat, caro factus eſt. Deus erat, homo factus eſt: ſuſcepit humanitatem, nõ amiſit diuinitatem: factus humilis, manſit ſublimis: natus eſt homo, non deſtitit eſſe Deus: natus eſt paruulus, latens magnus: qui libenter amplectitur Deum natum, non horreat virginis partũ. Dicit tibi Deus creator hominis, filius hominis, Quid eſt quod te permouet in mea natiuitate? Non ſum libidinis conceptus cupiditate. Ego matrem, de qua naſcerer, feci: ego uiam meo itineri præparaui, atque munda ui. Hanc quam deſpicis Manichæe, mater eſt mea, ſed manu fabricata eſt mea. Si potui inquinari cum eam facerem, potui in illa inquinari cum ex ea naſcerer. Sicut tranſitu meo illius non eſt corrupta virginitas, ſic & mea non eſt ibi maculata maieſtas. Si Solis radius cloacarum ſordiciem deſiccare nouit, eis inquinari nõ nouit

Rom.1:

Esai.45.

Esai.7:

Math.1:

Rom.1:

Ioan.1.

Similitudo.

nouit, quanto magis ſplendor lucis æternæ, in quo nihil inquinamenti incurrit, quocunque radiauerit, mundare poteſt, ipſe pollui non poteſt? Stulte vnde ſordes in virgine matre, vbi non eſt concubitus cum homine patre? Vnde ſordes in ea quæ nec concipiendo libidinẽ, nec pariendo eſt ppeſſa dolorẽ? Vnde ſordes in domo, ad quam nullus habitator acceſſerit? Solus ad ea Dominus & fabricator eius venit, veſtẽ quam non habebat, induit: eamque ſicut inuenit, clauſam reliquit. Sicut ille natus eſt ſolus inter mortuos liber: ſic iſtius, ex qua natus eſt matris pudor, ſolus eſt integer. Eua inobediens meruit pœnam, Maria obediendo conſecuta eſt gratiam. Illa guſtando prohibitum, maledicta: hæc credens Angelo, eſt benedicta. Illa nobis mortem contulit, hęc virgo vitam nobis peperit. Quid agis Manichęe? Chriſtianum præmis, non Chriſtum defendis. Taceat immunda vanitas, quia munda nata eſt veritas.

Pſal.87.

Contra Arrianos. CAP. VI.

VELLEM adhuc Manichæum perſequi, ſed infeſtũ patior Arrianũ q̃ cõfidit in virtute ſua, & gloriat̃ in portẽtia ſua. Iã q̃dẽ cũ alijs rñderemus, nec ipſi tacuimus. Sed iã nunc ſeruato ipſius ordinis mõ videamus quæ ſpicula iaciat. Nullius terreat perſona potentis, omnis caro fœnum. Vides quotidie fœnum creſcere, uides florere, quid expaueſcis? Tales fructus deſerta germinat terra. Agricolas nũ accuſo, ſed quæro. Vbi mihi eſtis o boni agricolę? Quid agitis? Quare vacatis? Videtis quo malo iſta plena ſit terra? Hinc ſpinę, hinc tribuli, hinc fœnum ſurgit. Spinas incendite, tribulos eradicate, fœnum ſecate, bona ſemina ſpargite, non terreat hyems & ſi abundat iniquitas, ueſtra tamen ferueat charitas. Serite hyeme, quod meratis æſtate. Sed q̃bus dico? Vbi eſtis fontes lachrymarum? Quibus agricolis loquor? Alij ſunt mortui, alij fugati: terra tradita eſt in manu impij, tribulatio & neceſſitas * inuenerunt nos Domine. Da nobis auxilium de tribulatione, ut ſalus hominis non ſit uana, ſed vera. Quid dicis Arrianę? Interroganti quæſo reſpondeas. Nolo deſpicias paruulum, non te grandis forma iuuabit, non magna protegunt arma, vnius lapidis ictus frontem penetrat galeatã. Dic mihi ergo quod te interrogo, Credis in Deũ Patrem omnipotentem? Credo, inquis. Credis in Filium eius Ieſum Chriſtum Deum & Dominum noſtrum? Credo, inquis. Credis Deum & hominem Ieſum Chriſtum conceptum de Spiritu Sancto, natum ex virgine Maria? Credo, inquis. Bene facis. Adhuc interrogo, Sicut Pater Deus eſt, ita & filius Deus eſt? Ita. Alius eſt Pater, alius Filius? Et maxime. Aequalis eſt Patri Filius? Aequalis, inquis. Quid reſtat? Ecce ad

Pſal.59:

Angustia.

Matth.24:

ce ad omnia quę interrogauit, respondit. In eo quod credere se dicit Deum Patrem & Deum Filium, contrarius est mecum Pagano. In eo quod Christum Deum & hominem conceptum de Spiritu Sancto, natum ex virgine Maria, mecum est contra Iudæum & Manichæum. In quo quod credit alium esse Patrem, alium Filium, mecum est contra Sabellianum. Age si mecum est in omnibus, quare litigamus? Sed vna nobis est hæreditas, si mul possideamus, fratres sumus, Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Si bonum & iucundum est habitare fratres in vnum, quæ est noua fabrica ante murum? Simul ad custodiam nostrę hæreditatis vigilemus. Ecce enim hæreditas nostra præclara est nobis. Habemus inuidos, habemus inimicos, Ipsi possidere volunt, non nobiscum, sed contra nos. Nemo sibi vsurpet aliquid, hæreditas ista sic est nobis dimissa, vt indiuisa possideatur, non paribus dispetur. Simul colliganus, ne diuidendo perdamus. Paupertas solicitum me fecit, rogo te noli foras præter me colligere: ne incipiamus spargere. Qui enim mecum non colligit, spargit. Quasi oblitus sum, cum quo agebam: sed non sum oblitus, interrogo Arrianum, quem desidero esse catholicum Christianum. Dicit aliquis, Ad omnia quę voluisti respondit, in responsionibus illius nihil inuenitur aduersum: Quid amplius queris? Expecta frater noli facile iudicare, habeo adhuc quod interrogem: noli cito te illi committere, responsio claret, virus latet. Quid dixisti? Aequalis est Patri Filius? Aequalis, inquis. Eia modo vigila, modo manifestabitur quod latebat. Quomodo dicis æqualem Patri Filium? Operatione, an origine? Potestate, an æternitate? An forte in vtroq? Absit inquis, Operatione & potestate æqualis est, non æternitate: quomodo enim fieri potest, vt vnigenitus sit æqualis ingenito? En ad est ille, qui mecū quasi cohęres ambulabat, dolus apparuit qui latebat. Mecum possidere putabatur, vult diuidere, sed non permitto: Prorsus resisto. Leges habent vt testatoris voluntati in omnibus pareatur. Si quis contra voluntatem testatoris facere voluerit, careat hæreditate. Sed silent leges inter arma? Non prorsus. Ad hoc laboratur, ad hoc pugnatur vt legibus seruiatur. Testamentum profero, verba testatoris recito: si est quod diuidatur, ibi inuenio: si non est quod diuidatur de ipso testamento, ibi resisto. Audi quid habet testamentum. Pacem meam do vobis, pacē relinquo vobis. Hęc est hęreditas. Et quis est ipse testator. Lege testamentū, & inuenies. Cum Propheta de Domino loqueretur, ait: Magnificabitur vsque ad terminos orbis terræ, & erit ipse pax, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus

Pſal. 132.

Pſal. 15.

Matth. 21. Luc. 11.

Cic. Silēt leges inter arma.

Ioan. 14.

Mic. 5.

Luc. 2.

nibus, non diuisoribus sanctę vnitatis, sed hominibus bonę voluntatis. Ipse est hæreditas, ipse testator, ipsum quæris diuidere. Quid partiris vnum? Si vnum diuiseris, integrum nihil habebis. O Arriana hęresis, o crudelis & impia meretrix, erubesce iudicari a Salomone. Meretrix ne vnum viuum, ne vndecunque conceptum, iamque partum perderet, non permisit diuidi filium suum, & tu diuidis Dominum Deum tuum? Illa & si meretrix, tamen pia, quia mater: tu autem et meretrix & impia, nō vt mater, quod paris, prefocas: quod non paris, congregas. Quomodo alienum lactas, quę tuum necas? viscera tua duruerunt, illius tremuerunt. Quid dixit? Date illi puerum, ne diuidatis eum: filius enim meus est. Sed melius apud illam integrum gaudeo viuum, quam diuisum lugeam mortuum. Filius meus est, inquit, sed quid prodero mater puero, si vitam quam non confero, afferro: volo illius crudelis a paruulo auferre vbera, sed magis cogor iudicis timere machæram. Date illi filium meum, meus est natus: sed migret ad illam totus, apud me maneat affectus. Date illi puerum totum veruntamen non auferatur vita membrorum, non diuidatur integritas mihi non eripitur pietas, Quid dixit, Date illi puerum, nolite diuidere eum? Ecce & ego dico, totum posside, & noli diuidere Deum. Non, inquit, sed si vis habere pacē, sine præiudicio diuide hęreditatem. Et quomodo habeo diuidere, Pater maior est, Filius minor? O partes, o iustitia, o equalitas. Vna pars maior est, alia minor. Non cōsentio, non facio partem, quia non diuido pacem. Si enim fracta fuerit pax, iam non erit pax. Sed quomodo apud te pax illibata esse potest, apud quem fides integra non est? Quare? Quia mecum non vis possidere, & pacem vis dimittere, hęreditatem non potes obtinere. Postremo si more tuo non parcis, sed perfidię studes, vade interpella iudicem, videamus quid tibi dicturus est. Habes iudicem ordinarium, nolo mihi adducas ex diuersis partibus alias atque alias potestates. Non mihi armiger sed legifer necessarius. Et vbi, inquis, istū inuenio? Vbi autem eum non inuenies? Audi Prophetam dicentem: Dominus iudex noster Dominus legifer noster. Nec cōtemnendum iudicem putes, audi quid sequitur, Dominus rex noster, Dominus ipse saluabit nos. Ecce habeas iudicem. Si parum est, & rex noster ante te est. Sic est in cœlo, vt non deserat terram. Cœlum, inquit, & terram ego impleo. Vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Nobiscum est, & cum patre est, quia nec patrem dimisit, cum ad nos descendit: nec nos deseruit, cum ad patrem ascendit. Ipsum interpella, ipsi dic domine, dic fratri meo, vt diuidat mecum hęreditatem,

3. Reg. 3.

Iesa. 33.

Irmeia. 1. Hiere. 23. Matt. 28.

Luc.12. tem Audi responsum diuinum, audi iudicem iustum: audi pacem, fugientem litem, quid ait? Amice, quis me cõstituit iudicem, aut diuisorem inter vos? Vis diuidere pacem: & quæris adire iudicem pacem? Iudex tuus nolo esse, Ego pax sum, litigare non noui: consentientibus assideo, litigantes fugio. Si tu cum esses inimicus patri meo, reconciliaris te per me, quomodo ergo a patre meo separabis me? Ego cum esses longe, veni vt reducerem te: cum inter montes & syluas errares, quæsiui te: inter lapides & ligna inueni te: in lapidibus offendebas, ipsis adhærebas, quia ligna & lapides adorabas. Et ne luporum ferarumque auido ore laniareris, collegisse, hu meris meis portaui te, Patri meo reddidi te, laboraui, su daui, caput meum spinis supposui, manus meas clauis obieci, lancea latus meum aperuit: quantis non dicam iniurijs, sed & asperitatibus laceratus sum: sanguinem meum fudi, animam meam posui, vt mihi coniungerem te, & tu diuidis me? Audi quid respondeatur discipulo, qui filium nouerat, & patrem quærebat. Ait Philippus domino, domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Nunquid non & ipse filium separabat a patre? Iam te, inquit nouimus, sed patrem tuum non nouimus. Et quid vis? Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Et dominus ad eum, Si velis & tu Arriane audire, cum Apostolo erraſti, redi cum Apostolo. Sit illius obiurgatio & tua curatio. Quid ait Dominus? Tanto tempore, inquit, vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe ego ve ni patri meo te applicare, & tu noli me separare. Quid quæris quasi alterum præter me? Qui me videt, videt & patrem: tanta in nobis est vnitas, tanta similitudo, tanta charitas: vt ego in patre sim, & pater in me. Sentio Sabelliane quid mussitas, aut in Arriano me concludere, aut ab Arriano auocare festinas. Sed in nomine patris & filij & spiritus sancti: non trium, sed vnius Dei: cum illi respondeo, te non prætereo. Quid dixit dominus? Qui me videt, videt & patrem. Nunquid dixit, Qui videt me, videt patrem: aut, Ego sum filius simul & pater? Sed dixit, Ego in patre, & pater in me: & qui me vi

Ioan.14.

* Alias. Interpositio vnius syllabæ q̃ dr̃, &

det, videt & patrem. * Vnius substantiæ qui dicit, & patrem discernit, & filium: teque demonstrat nec patrẽ habere, nec filium. Dic mihi Arriane, Patrem dicis Deum? Et maxime. Quid filium? Ipsum quoque Deum profiteor. Bene, agnoscis, quia cum prænunciaretur in carne venturus, de ipso Propheta dixit, Dicite, Pusillanimes, confortamini: nolite timere, ecce deus noster vltionem adducet retributionis, deus ipse veniet & saluabit nos. Agnosce, in eo quod te agnoscere dicis, si prophetæ non aduersaris, Quid ergo dicis de patre? deus est.

Iesai.35.

Quid filius? deus est. Coæternus est patri filius? Non. Ergo erat tempus, quando non erat filius secundum te. Si erat tempus, quando non erat filius, ergo fuit tempus quod non fecit filius, non omnia per ipsum facta sunt: iam enim erat tempus, quando non erat filius. Si erat tẽpus, quando non erat filius euangelista non debuerat dicere, In principio erat verbum: sed, In principio erat tẽpus. Ioannes dicit, Omnia per ipsum facta sunt: & Arrianus contradicit. Dic Arriane, Vnde scis quia erat tempus, quando non erat filius? An forte dicturus es, & Ioannes vnde scit, quia in principio erat verbum? Quia super pectus domini discumbebat, & inde hauriebat quod in conuiuio Christi bibebat, quia in principio erat verbum. Tamen dic mihi, Quando in principio erat uerbum, uel quando Ioannes super pectus domini recumbebebat, & a uerbo domini discebat, quia uerbum erat in principio, & uerbum deus erat, Arrius ubi erat? Nescio si audes dicere ibi erat. Notũ est enim, & legitur quo tẽpore natus est, meritoq; sit damnatus. Notum est etiam quomodo uixerit, quomodo mortuus fuerit: & ideo non audes dicere de Arrio, sicut de verbo, & fuit, & est: quia nec tunc fuit Arrius, nec modo est: Sed vt in omnibus excludatur Arrianus, audi qd per Salomonem dicatur, dominus fecit regiões & fines inhabitabiles sub cœlo. Cum pararet cœlum, aderam illi. Et posi pauca. Eram ego apud illum cuncta disponens. Ego eram quando faciebat fortia fundamenta terræ. Ego eram cui aggaudebat. Sed dicis, de tempore agitur, vtrum fuerit filius antequam esset tempus? Audi ipsum per propheram dicentem: Ex tempore ego eram. Ex tempore, inquit. Quid est ex tempore? Nunquid ex eo esse tempus cœpit? Non sic impie Arriane, non sic: sed ex tempore antequam fierent tempus, ibi erat. Quære iam quando non erat, qui antè tempora erat. In principio erat verbum. Melius græci dicunt λογος. Logos quippe verbum significat & rationem. Vides ergo quia semper erat, de quo tu audes dicere, non erat. Aut si dicis deum aliquando sine verbo, aut sine ratione fuisse, iam non filio tantum, sed & patri aduersarius eris. Ego, inquit, ex ore altissimi prodij. Quis dicit? Verbum. Et verbum hoc quid est? Ioannes dicat, deus erat verbum. Et verbum ergo, & cuius erat verbum, non duo, sed vnum sunt. Non inquis, quia verbum posterius est eo, cuius est verbum: vndè apparet filium patre esse minorem. Negas itaque filium dei esse deum. Non nego, inquis, & patrem deum dico, & filium deum: sed patrem maiorem, filium minorem. Quandiu pater maior, filius minor? Dic mihi quia uideo te calculari velle ęternitatẽ

Ioan.1. Idẽ sup Io. trac. 16. & 18. & 20 in Tom. 9:

Ioan.13. & 21.

Prouerb.8.

Ioan.1.

Ecclc. 24.

quot annis præcedit deus pater filium ſuum? Vbi diem natiuitatis filij dei legiſti? Filij dei dico, non dico filij dei & hominis. Vbi ergo diem natiuitatis ipſius ex patre legiſti? Cum quo Mathematico creatoris ſyderũ cõ ſtellationem quęſiſti, atque tractaſti? Quæ tẽpora, quas horas, quæ momẽta, quos numeros, quas minutas momentorum natiuitatis illius, quia omnia condidit, collegiſti? Qui ſcat ergo hæretica, non religio, ſed ſuperſtitio: de Chriſti initio deficit calculatio. Quia cũ auditur, ſine initio ęternitas, nulla ibi quærit ętas. Si pater deus, & filius deus, Pater maior, filius minor: iam non vnus deus, ſed duo dij. Si duo dij ſunt, quid eſt ergo quod dicit dominus per prophetam, Ante me non eſt formator deus, & poſt me non erit? Quid dicis Arriane? Cui iſtas deputas voces? Si patris ſunt, dicendo, Ante me nõ eſt formator deus, & poſt me non erit: aut ipſe pater non erit, aut filius non erit deus. Si enim hoc diceret. Ante me non eſt formator deus: nec adderet, poſt me nõ erit: liberum tibi erat hæc verba patri tantummodo applicare. Cum autem ſequitur, & dicit, Poſt me non erit: ſecundum te, vt dixi, & ſe patrem & filium negat deum. Item ſi filij ſunt hæc verba, patrem ſuum & deum negat & patrem. Si enim non diceret, Ante me non eſt formator deus, ſed tantum diceret, poſt me non erit, poſſet forſitan dici filium illud fuiſſe locutum. Modo autem cum dicit, Ante me non eſt formator deus, & poſt me non erit: patrem ſuum nec deum dicit eſſe, nec patrem. Item ſi patris ſunt hæc verba, quis dicit, cui dicit, Filius meus es tu, ego hodie genui te? An forte, quod abſit, mendacij arguẽdus eſt deus? Sed ſi filij verba ſunt, quis dicit, de quo dicit, Pater meus vſque modo operatur? An forte et iniurioſus patri iudicandus eſt & ingratus? Sed nunquid ingrato diceretur, Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſsionem tuã terminos terræ? An forte propheta, aut quid diceret neſciuit, aut fallere voluit: aut vt mitius aliquid de prophe ta dicamus, finxiſſe credo ſibi duos confabulantes: id eſt, patrem & filium: & patre dicente, Ante me non eſt formator deus, adiunxit filius dicendo, Et poſt me non erit. Mimica ſunt & iocularia quæ agimus, an diuina? O ſcelus, Proh dolor, parce, parce hæretica impietas. Cum tu deum non capias, nos quoq; ad blaſphemiam prouocas. Non hoc docet ſancta Eccleſia. Pater, pater eſt: Filius, filius eſt: & ille nunquam non fuit pater, & iſte nũquã non fuit filius: ambo æterni: nec cœperũt eſſe nec deſierunt: Quod pater loquit, filius logit, qa verbũ patris eſt: & quod filius loquitur, pater logtur quia pater verbi ẽ. Ipſum verbũ dicit, Verba quę ego loquor, a

Eſai. 42.

Pſal. 2.

Ioan. 5.

Pſal. 2.

Ioan. 14.

meipſo non loquor. Cõcedite quęſo creatori quod ipſe preſtitit creaturę, & in creatura ſi poteſtis capite creatorem. Ecce ignis & ſplendor duo ſunt, alter ex altero eſt, nec ſine altero alter eſt. Ignis pater, ſplendor filius. Ipſe ſi poſſet, diceret, quod luceo, non a me ipſo luceo ſed q me miſit, ipſe mihi dedit ut luceã. Ignis enim ſplẽdorem mittit. Et ſicut filius de deo patre dicit, Pater me cum eſt: ita & ſplendor diceret ſi dicere poſſet, ignis me cum eſt. Extingue ignem, ſplẽdor nuſquam apparebit. Iſte ergo ignis pater, & ſplendor filius, vnus ſine coniuge pater, alius ſine matre filius. Nec dtuidi alter ab altero poteſt: & cũ ſit alter ex altero initiũ tamẽ alterius eẽ nõ poteſt ſine altero. Hoc enim poſſe, a creatore tributũ ẽ creaturæ. Quid põt ipſe creator? Accedat Paganus, accedat Sabellianus, videat Arrianus: contẽplenẽ lucernam, in ipſa videant quod in deo videre non poſſunt. Nõ facio iniuriã, ſi aliqua parte tanti creatoris cupiẽs oſtendere poreſtatem, ignis ſine lucernę afferam tantillam ſimilitudinem. Scriptum eſt enim, Lucerna pedibus meis verbum tuum domine, et lumen ſemitis meis. Et de deo dictum eſt, Ignis conſumens. Accedite ergo, & lucernam diligenter conſiderate, veſtraſque fatuas tenebras remouete. Paganus intueatur, & illic ſine cõiugio eſſe patrem diſcat, & filium, et quomodo natus eſt filius: & ſi cęcus non es, ibi vide: inter ignem & ſplẽdorem quære medium, Si nullum eſt medium, nullum eſt coniugium. Noli velle ſcrutari medium, ne magnũ patiaris incendium. Accedat Sabellianus, videat duos in vnum, ignem & ſplendorem. Nunquid non recte dicere poteſt ſplendor, ego in igne, & ignis in me: ſicut & filius dicit, Ego in patre, & pater in me? accedat Arrianus, videat & ipſe alterum ax altero, nec tamen naſci poſſe alterum ſine altero, Nemo eorum prior, nemo poſterior. Coæui ſunt pater & filius, ſplẽdor & ignis. Nec ignis ſine ſplendore, nec ſplendor ſine igne. Aut certe ſi placet mitte manum diuide alterum ab altero; oſtende mihi ignem ſine ſplẽdore, vel ſplendorem ſine igne. Abſit, abſit, ardere tantummodo poteris, ſeparare alterum ab altero nõ poteris. Sicut enim ignis & ſplendor, alter ex altero eſt, vt eſſe alter ſine altero non poſſit: ita deus pater & filius deus alter ex altero eſt, nec tamẽ ſine altero eſſe poreſt. Non illis ortus qui non eſt, ſed ęterni tas vna eſt, vna ſubſtantia. Ignis & ſplendor tẽporales ſunt, pater autem & filius ęterni ſunt. Sunt dico, quia pater & filius: deus dico, quia vnum: Dualitas in prole, vnitas in deitate. Alterum facit vnius natiuitas, ſed vnum oſtendit eſſe diuinitas. Cum dico filius, alter eſt: cum dico deus, vnus eſt, alius eſt, quia filius eſt: aliud

Ioã. 12. Ignis & ſplendor duo ſunt & alter ex altero, ſed nõ vnũ ſine altero. & ſi erit ignis ſine ſplendore erit & pater ſine filio. ſup Euang. Ioa. trac. 20. in To. 9. & in de verb. dñi in ſer. 58. in. To. 10.

Augu. ſup pſal. 21. in. Tom. 8.

Pſal. 118.

Deut. 4.

Quod hic dicit Augu. ex. li. Sapiẽtiæ elicit. c. 7. ex illis verbis cãdor eſt. n. lucis eternę quę expoſita ab Au. 4. de trinitate ca. penult. oñdunt prīs & filij in eſsẽtia vnitatẽ, indurationem ęternitatẽ, i pſonis alietatẽ, & in maie ſtate æqualitatẽ. Nã iquit, qđ emanat & de q̃ emanat unius eiuſdẽq; ſubſtãtiæ eſt, neq; n. ſicut aqua d fonte aut lapidis emanat, ſed ſicut lux de luce, Nã

Ioã. 14.

qđ dictũ est, cãdor ẽ. n. lucis ẽternæ, qđ aliud est, quã lux lucis æternæ, quę lux coęterna luci, et alietatẽ patefacit i ꝑsonis cũ ingt, emanatio q̃ dãest claritas omnipotẽtis đi, et vt æqualitatẽ i maiestate oñderet, ingt, Maluit autẽ dicere cãdor lucis, quã lux lucis, ne obscurior putaretur ista q̃ emanat, quã illa de qua emanat, & sic lucẽ emanãtem ęqualẽ ostendit luci đ qua emanat, Si. n. minor est obscuritas illius est, Si autẽ maior est nõ exeã manat, non enim vinceret de qua gẽita ẽ. Vesti mẽta hois crucifixi, sunt sacramẽta ipsius q̃ p hęreses diuidi potuerũt, ꝙ ibi erat vestimẽtũ quod nemo diuisit ꝙ sup illud miserũt sortẽ, nã vt ingt, Euãgelista erat tunica Esa.45. Esa.42. Ioan.8.

Universidad de Navarra Biblioteca

quidem non est, quia deus est. Erubescite Arriani, Tunicam hominis iam iudicati in cruce pendentis carnifices Pilati non sunt ausi conscindere: & vos conamini charitatem dei in cœlo sedentis, imo deum ipsam charitatem diuidere? Sed conamini quantum potestis, conamini, vos iam in infernũ ruistis: nam illam tunicã nunquã rũpetis. Itẽ per ꝓphetã dominus dicit. Nõ ẽ vltra absque me deus. Deus iustus & saluãs nõ ẽ ꝑter me.

Contra Sabellium CAP. VII.

HIC Sabellianus exultat, Vt enim vnum eundemque patrem ostendat & filium, talibus se testimoniis credit muniri. Et contra Arriani, vt probent aliũ esse patrem, alterum filium, alia proferunt testimonia, in quibus dicant, Alter est pater, alter est filius: alter maior, alter minor: vt pater dicat filio, Dedi te in lucem gentiũ: & filius dicat, Pater misit me. Quantum intelligo luxista gentium tam clara est atque ꝑspicua, ut Hæretici eã comprehendere non valentes atque perspicere: vnde eę cati, non in eam possint ambulare, sed potius oberrare. Arrianus aliud, Sabellianus aliud. Quale bellũ? Quid ad hęc catholicus? Arma, inquit, quæ portant, mea sunt, mihi militant ambo: contra se pugnant, sed pro me: vtinam ambo deficiant, & non alter ad alterum transeat, sed ad me properent: & ego aliquid, vnde vtrique percutiantur, proferam. Tu Arriane dicis, maiorem esse q̃ mittit, minorem qui mittitur. Interrogo te & ego, Quis est maior, qui præcedit, an qui præceditur? Item quis est maior, cui præparatur aliquid venienti, an qui præparat? Cui exhibetur officium, an qui exhibet? Vtique si hominum genus interroges, respondebit illum esse maiorem, cui præparatur, qui præceditur, vel cui officium exhibetur. Tu autem inde vis probare minorem filiũ, quia missus est: & ego ostendam eum qui misit præcedere illum, quem misit: nec vnum dico eorũ maiorem, qa non audeo dicere vel minorem. Esaias prophęta dicit, Hęc dicit dominus Christo domino meo, cuius apprehendi dextram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, Ecce iã filio misso, comes est pater. Adhuc sequere me, Et dorsa regum vertam, & aperiam corã eo ianuas, & portæ non claudentur, Ecce ille qui miserat, pręcursor factus est. Quis enim maior aut supertor, ante minorem ianuas aperit? vel quomodo fiet, nisi paululum prȩcesserit? Audi adhuc, Et portę inquit, non claudentur. Quomodo? Ego quoque ante te ibo. Audis quia qui miserat, & comitatur & prȩcedit: mittit, & non discedit? Parum est quia non discedit, insuper & prȩcedit. Iam tu discerne qui sit maior, qui potior: ego enim nullam discretionem video, sed potius ęqualitatem conspicio. Filius dicit de

cit de patre, Misit me. Pater filio dicit, Ego ante te ibo. Recedat de medio discordiosa calamitas: ęqualitas hoc exhibet, non disparilitas. Adhuc sequere, vt clarius appareat quis cui dicat, Ego ante te ibo, & gloriosos terrę humiliabo. Hic esto & tu Pagane. Audi qđ dicat propheta: Non mihi ego quod volui scripsi. Codex in quo hęc scripta legũtur, in armario. Iudęi habentur. Inimicus meus testis est meus, ab ipso quęre: aperi, lege, & crede. Dorsa, inquit, tergum vertam, & gloriosos terrę humiliabo. Nonne reges terrę vides, qui ante persequebantur Christianos, nunc integros esse Christianos? Nonne vides eos, qui humiliabant ecclesiam, humiles introire in ecclesiam? Nõne ipsos habere defensores, quos ante habuit persecutores? Ego inquit, ante te ibo, & gloriosos terrę humiliabo. Portas ęreas conteram, & vectes ferreos confringã. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: vt scias quia ego sum deus, qui voco nomen tuum, quoniã deus Israel. Audiat Sabellianus, Deus dicit, Deo dicit. Ergo duo, non vnum: qui dicit, et cui dicit. Audiat & Arrianus, Ego deus, & nõ est alius extra me. Diu est, ex quo contra istas duas hęreses certãdo laboro, & pene fum fatigatus. Veni domine meus Iesu prȩliator fortissime, princeps exercitus domini, qđ diabolum vicisti, & seculum. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Processurus ad prȩlium, & victurus in mundo mundum, orauit: non tanq̃ virtutis omnipotens, sed vt nobis, propter quod venerat, humilitatis ministerium exhiberet. Et qđ dixit, Pater clarifica filium tuum. Modo Arrianus maledictus dicit, Vides quia minor est, & claritatem non haberet, nisi patrem petisset? Expecta homo, quid festinas? Tu hominem vides, in qua forma non solum patre, sed & angelis minor est, Homo patet, deus latet. Tu mihi ostendis hominem humilem, aperi oculos, & vide deum sublimen, nõ angelis minorem, sed patri coęqualem. Pater, inquit, filium tuũ clarifica: ecce minorem. Adhuc sequere, Vt & filius tuus clarificet te: Ecce ęqualem. Inueni mus filium agnoscentem patrem, atque orantem, eique coniunctum, non vt putabatur ingratũ. Videamus qđ de filio dicat & pater. Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem frȧtrem eius, Euangelii verba sunt, et duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus ẽ ante eos, Et resplẽduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuit illis Moyses & Helias cũ eo loquentes. Qui sunt Moyses & Helias, nisi lex & prophetę? Loquebantur cum illo, quia locuti erãt de illo, ostẽdebãt q̃ ꝓdixerãt, manifestabãt quę ꝓphetauerant. Loquebantur. Putas,

Ioan.8. desuꝑ texta, ergo đ cœlo, ergo a patre, ergo de spiritu sancto quę ẽ ista tunica nisi vnitas quã nemo ꝑtest diuidere, q̃ ẽ ista tunica nisi vnitas quã nemo ꝑtest diuidere, sacramenta hęretici diuiserunt, charitatẽ nõ diuiserunt, ob id recesserũt et ipsa manet in tegra, sorte obuenit q̃busdã, qui hẽt hãc securus est, nemo illã momouet de ecclesia catholica & si foris illã iciat hẽ, intromittitur quõ ramus oliuę a columba. Ieho. 5. Pf.34. Idẽ ifra in pref. psa.29. Matth.17. Trãsfiguratio Saluatoris.

quid loquebantur? Vt Iudæi conuincerentur, Pagani conuerterentur, Manichæi confunderentur, Hæretici comprimerentur, Catholici confirmarentur. Loquebatur lex & gratia, lenitas & asperitas, terror & mansuetudo, præceptum & adiutorium, ferramentum & medicus, vmbra & lux, præco & iudex, sententia & misericordia. Et quid postea? Respondens Petrus dixit ad Iesum, Domine, bonum est nobis hic esse, Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Heliæ vnum. Quid dicis sanctæ Petre? Mundus parturit, & tu secretum petis? Vides tot gentes in vnum conuenisse, & tu requiem quæris? Vides tenebras mundi, & tu lumen abscondis? Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt. Ista domus totus est mundus, lucernæ accensio, verbi est incarnatio, Candelabrum autem, crucis est lignum, Lucerna in candelabro lucens, Christus in cruce pendens. Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt. Vides tu, videamus & nos. Tenebræ sunt, non offendamus in Paganis, non erremus cum Hæreticis, luceat nobis lucerna, doceat nos verbum in carne. Videamus quid dicit Euangelista, videamus si admissum est consilium Petri. Adhuc, inquit, eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, Et ecce vox de nube dicēs. Omnes audiamus, nemo aures claudat. Audiant Pagani irrisores, audiant Iudæi persecutores, audiāt Manichęi phantasmatum somniatores, audiant Hæretici erronei litigatores, audiant & maxime audiant etiam Catholici, fideles dei cultores. Isti audiant Vt instruantur, illi vt corrigantur: aut isti audiant ne seducantur, illi vt puniātur. Quid dicit vox de nube? Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui. Vbi estis qui aduersamini filio dei? Pater dicit, Hic est filius meus: & tu dicis, non habet filium deus. Tu Pagane, quid stas foris & murmuras? Intra huc in scholam dei, aperi aures cordis tui, audi vocem domini tui, & disce filium dei. Quo fugietis Iudæi, qui occidistis filium dei. Quo fugietis, vbi vos absconderis? Qui montes, quæ petræ super vos cafurę sunt? Et si in cauernis petrarum vos absconderitis, inde extraham vos dicit dominus. Sed & vos venite, intrate, consilium meum audite, desperare nolite quoniam sunt reliquię homini pacifico. Sæuistis, occidistis, sanguinem Christi fudistis, Filio dei incredituli fuistis, in periculo positi estis. Quid ergo facere nūc habetis? Hoc, vt credentes baptizemini, & baptizati bibatis sanguinē quem fudistis. Nō est quod horreatis, Fusus est sanguis medici, & factus ē medicamētum phreneticis. Quid

Matth. 5.

Idē in ser. 39. de verb. dñi i T. 10.

Mat. 17.

Oseæ. 10.
Luc. 23.

Psal. 36.

Fusus, ē sanguis medici, & fa-

Quid dubitatis? Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Quid tu Manichæe quandiu phantasmata somniabis? Euigila, & vide, nubila tonant. Quid tonāt? Hic est filius meus dilectus. Vide in terra hominem verum, audi de cœlo deum verum. Vide in terra hominis filium, audi de cœlo dei esse filium. Vtrunque verum esse cognosce, id est deum & hominem filium dei & filium hominis vnum eundemq; esse deum & hominem. Agnosce hominem, & placabis deum. Cauę ne offendas in petra, ne mortis patiaris ruinam: quia quod tu somnias, vanitas est: quod deus tonat, veritas est. Auditu Sabelliane, audi de cœlo patrem, vide in terra filium, & noli dicere, idē pater qui filius. Audi & tu Arriane, & in patre & in filio noli errare, sed sequere vnitatem, & vide diuinitatem. Domine, audiamus quid dicis de filio tuo. Hic est, inquit, filius meus. Vide in terra hominis filium audi de cœlo dei esse filium. Meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et quid aliud? Ipsum audite. Deo gratias. Intonuit præceptum dei, & remotum est consilium Petri. Gratias tibi Deus ęterna virtus, gratias tibi deus pater omnipotens, qui & filium tuum ostendisti, & mihi doctorē dedisti. Recedat Sabellianus, recedat Arrianus, recedant cæteræ pestes recedat omnis iniqua doctrina. Doceat deus, non iniquus Arrius: doceat dei filius non filij aduersarius. Dic domine meus Iesu, doce, discam quę doceam. Sabellianus dicit, ipse est pater qui filius. Arrianus dicit, alius est pater, alius filius: pater maior, filius minor. Aduersatur, clamat, litigat, pugnat, turbas congregat, cōtra Christum dimicat. Ille sanguinem fudit, Vt redimat: iste pecuniam spargit, Vt perimat: Speluncam fabricat, illic Catholicum prefocat, Christianū vocat Paganū, baptizato ingerit baptismum contra id quod scriptum est, Qui semel lotus est, non indiget denuo lauari. Clamat homo, Christianus sum: quid me dicis esse quod nō sum? Clamat, fidelis sum: & ille dicit, Accipe a me pecuniam. Clamat, Redēptus sum: & ille dicit, Accipe a me aurū. Quid das, aut quid auferis? Das pecuniam, vt auferas gratiam, das pecuniam, vt auferas vitam: das preciū, vt auferas quod emptus sum. Quid emis ab empto? Precium meum nō aurum, sed sanguis Christi est: nō me seducis, nō me decipis: quantuncunq; mihi cōferas, non mihi tollis precium meum. Pecunia tua tecum sit in perditionem: nam precium meum nō habet æstimationem. Clamat homo, fidelis sum, & tu exufflas: clamat in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizatus sum, & exufflas. Quid ergo Christiano referuas, in quo patrem & filium & spiritum sanctum exufflas? An forte nouam fidem: nouum baptisma, nouum deum de transmarinis

partibus

Psa. 33. ctus est medicamentū phreneticis, & sanguinē, quē seuiēdo fudērunt, postea credēdo biberūt vt nemo ā pietate & misericordia dei desperet, si illi q̄ seuiēdo filiū suum crucifixerūt, ī illū postea credendo, a petro baptizati act. 2. salutē cōsecuti sunt super Euāg. Io. tra. 31 & 38. i To. 9.

Deus nobis dedit Christū doctorē. supra. i de doc. christ. c. 4.

Ioan. 13:

Act. 8.

Pauli apostoli laudes.

partibus aduexisti? Dic meus sancte Paule, doce diuini iuris perite, sponsi amice, homo iste modo venit, mundū subuertit, & fidei vnitatē scindit, trinitatem diuidit, sibi non consentientem rebaptizare contendit. Quid facio? In Christo Iesu per Euangeliū tuum me genuisti, in ipso baptizatus sum. An forte est alia fides, aut aliud baptisma? Absit iquis. Vna fides, vnum baptisma, vnus deus & pater omniū. Si ergo vna fides, imo quia & vna fides, vnū baptisma, vnus deus & pater omniū iā credidi, iā baptizatus sum, iā deum habeo patrē: quare homicidā patior Arrianū? Subueni dñe meus Iesu, & accingere gladiū tuum circa femur potentissime. Omniū potētissime egredere: occide eos in se, vt viuant in te, & desinant persequi me. Sabelliani te subtrahunt, Arriani te minuūt: tu qd dicis de te? Pater dixit vt te audiamus. Cum te audimus, ipsum audimus: vno ictu vtrosque percute aduersarios. Pereant, inquit, vaniloqui, & mentis seductores, Arrianus & Sabellianus: nam ego & pater vnum sumus. Nō dixit, ego & pater vnus sum: sed, ego & pater vnum sumus. Quod dico, vnum: audiat Arrianus: quo dico, sumus: audiat Sabellianus. Non diuidat Arrianus, vnum: non deleat Sabellianus, sumus: sed ambo veniant, & sint etiam ipsi in nobis vnum, sicuti ego & pater vnum sumus. Ergo si pater & filius vnū sunt, imo quia indubitanter vnū sunt, non duo dij, sed vnus deus: non iniquum aliquid Propheta scribit, sed verum dixit deum dicentem, Ante me non est formator deus, & post me non erit. Docuit veritas veritatem, et gladio bis acuto omnem peremit errorē. Si adhuc Hereticī reluctātur, audiāt Catholici definitiuā sniam, quā sequāt.

Ephe.4.

Psal.44.

Occide īse, ut uiuāt ī te. sic facit fidelis, qñ ex īfideli fidelē facit. ob id act. 10. Petro dictū fuit Occide, et manduca, Hoc ē, Occide qđ sunt, Nēpe ī fideles, & fac qđ tu es, nempe in fideles, super psalm. 30. in To. 8. & in fine huius .1. T. opusculo. Gal. 1. Ioā. 10. Es. 43.

Conclusio. CAP. VIII.

AVDISTIS patrē qd dixerit de filio, audistis filium quid de patre dixerit vel de se. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis: anathema sit. Diximus de patre & filio, quod potuimus, & quantū potuimus, si tamen aliquid digne potuimus. De spiritu sancto tacuimus, sed non eum separauimus: quicquid enim de patre & filio diximus, ēt de spiritu sancto diximus. Est enim in illis, & cū illis æqualis vnus & verus deus: non minor aut tertius deus. Quid adhuc dicā fatigatis, fatigatus? Qui spiritū sanctū a patre, & filio æternitate & substantia, vel cōmunione separat, & qui negat spiritum sanctū non esse patris & filii, plenus est spiritu immūdo, vacuus est spiritu sancto. Ideo. n. dicit deus charitas, qa partibus non diuidit unitatē, sed ineffabiliter coagulat Trinitatē. Ipsa est. n. Trinitas unus deus turris fortitudinis a facie inimici, qui in se credentes custodit in secula seculorum. Amen.

Hier. 31. Ioan. 3. & 1. Ioa. 3. et, 4.

Psal. 60.

D. AVRELII

AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI DE VTILITATE CREDENDI AD Honoratū, Liber.



I MIHI Honorate vnum atque idem videre esse, hereticus, & credens hereticis homo, tam lingua quam stilo in hac causa conquiescendum mihi esse arbitrarer. Nūc vero cum inter duo plurimum intersit: quando quidē hereticus est, vt mea refert opinio, q alicuius tē poralis commodi, & maximē glorię principatusque sui gratia, falsas ac nouas opiniones vel gignit vl' sequit: ille autē qui huiusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam veritatis ac pietatis illusus. Cum hęc ergo ita sint, non putaui apud te silendum esse, quid mihi de inuenienda ac retinenda veritate videatur, cuius vt scis ab ineunte adolescētia magno amore flagrauimus: sed res est longe remota a vanorum hominum mentibus, qui nimis in hæc corporalia progressi atque lapsi, nihil aliud putant esse, quam quod istis quoque notissimis nunciis corporis sentiūt, & quas ab his plagas atque imagines acceperunt, eas secum volunt etiam cum conantur recedere a sensibus: & ex ea rum mortifera & fallacissima regula, ineffabilia penetralia veritatis rectissime se metiri putant. Nihil est facilius mi charissime, quā non solum se dicere, sed eriā opinari verū inuenisse: sed quā re ipsa difficilimū sit, agnosces, vt confido his literis meis. Quę vt tibi prosint, aut certe nihil obsint, omnibusq; omnino quorū in manus forte deuenerint, & rogaui deū & rogo, & spero ita fore: si bene mihi conscius sum, quod ad hunc stilum pio & officioso animo, non vani nominis appetitione, ac nugatorię ostentationis accessi. Est igitur mihi propositum, vt probem tibi si possim, quod Manichęi sacrilege ac temere inuehantur in eos, qui catholicę fidei authoritatē sequentes, antequam illud verum quod pura mente conspicitur intueri queant, credendo præmuniuntur, & illuminaturo præparantur deo. Nosti enim Honorate, non aliam ob cām nos in tales homines incidisse, nisi quod se dice-

Quis sit hęreticus & quō per Manichæos Aug. deceptus euaserit.

CAP. I.

Hęreticus ē qui alicuius tēporalis cōmodi & maxime glorię, principatusque sui gratia, falsas ac nouas opiniones vel gignit vel sequitur.

se dicebant, terribili authoritate separata, mira & simplici ratione eos qui se audire vellent introducturos ad deum, & errore omni liberaturos. Quid enim me aliud cogebat annos fere nouem spreta religione, quæ mihi puerulo a parentibus insita erat, homines illos sequi ac diligenter audire, nisi quod nos superstitione terreri, & fidē nobis ante rationem imperari dicerent: se autem nullum premere ad fidem, nisi prius discussa & enodata veritate? Quis non his pollicitationibus illiceretur, præsertim adolescentis animus cupidus veri, etiam nonnullorum in schola doctorum hominum disputationibus superbus & garrulus: qualem me tunc illic inuenerunt, spernentē scilicet, quasi aniles fabulas, & ab eis promissum, apertum & syncerum verum tenere atque haurire cupientē? Sed quę rursum ratio reuocabat ne apud eos penitus hærerem, vt me in illo gradu quem vocant auditorum tenerem, vt huius mundi spem atque negocia non dimitterem: nisi quod ipsos quoque animaduertebam plus in refellendis aliis diffidentes & copiosos esse, quam in suis probandis firmos & certos manere? Sed de me quid dicam qui iam catholicus Christianus eram: qui nunc vbera ecclesię, post longissimam sitim pene exhaustus atq; auidus, tota auiditate repetiui, eaque altius flens & gemens concussi & expressi, vt id manaret quod mihi sic affecto ad recreationem satis esse posset, & ad spem reducendam vitę ac salutis? Quid ergo de meipso dicam? Tu nondum Christianus, qui hortatu meo cum eos vehemēter execrareris vix adductus es, vt audiendi tibi atque explorandi viderentur, qua quæso alia re delectatus es, recordare obsecro te, nisi magna quadam præsumptione ac pollicitatione rationum? Sed quia diu multumque de imperitorum erroribus latissime ac vehementissime disputabant, quod cuius mediocriter erudito esset facillimum, sero didici. Si quid etiam suorum nobis inferebāt, necessitate retinendum, cum alia nō occurrerēt in quibus acquiesceremus, arbitrabamur. Itaque nobis faciebant, quod insidiosi aucupes solent, qui viscatos furculos prope aquam defigunt, vt sitientes aues decipiant. Obruunt enim, & quoquo modo cooperiunt alias quæ circa sunt aquas: vel inde etiam formidolosis molitionibus deterrent, vt in eorum dolos non electione, sed inopia decidatur. Sed cur non ipse mihi respōdeo, quod istę lautę ac lepidæ similitudines, atque huiusmodi reprehēsiones, in omnes qui aliquid docent, a quouis aduersario effundi vrbanissimè ac dicacissimè possunt? Sed ob hoc putaui aliquid tale inferendum literis meis, vt eos admoneam, desinant talibus agere: vt quemadmodum ille ait, separatis nugis locorum communium, res cum re, causa cū causa, ratio cum ratione confligat. Quare desinant dicere illud quod in ore habent quasi necessariū, cum eos quisque deserit quid diutius audisset, lumē per illum transitum fecit. Vides enim tu mea maxima cura, nam de illis non nimis æstuo, quam hoc inane & facillimum ad reprehendēdum cuiuis esse possit, Iraque hoc discutiendum dimitto prudentiæ tuę. Non enim vereor ne me arbitreris inhabitatum lumine, cum vitę huius mundi eram implicatus, tenebrosam spem gerēs, de pulchritudine vxoris, de pompa diuitiarum, de inanitate honorum, ceterisq; noxijs & pernicioſis voluptatibus. Hæc enim omnia, quod te non latet, cum studiose illos audirem, cupere & sperare non desistebam. Neque hoc eorum doctrinæ tribuo. Fateor enim & illos sedulo monere, ut ista caueantur: sed modo me dicere desertum lumine, cum ab his omnibus vmbris rerum me auerterim, soloque ictu ad valetudinem corporis necessario contētus esse decreuerim: illustratum autem atque fulgentem fuisse cum ista diligerem & his inuolutus tenerer, hominis est, vt mittissimè dicam, minus acute considerantis res de quibus loqui multum amat. Sed veniamus ad causam si placet.

Similitudo.

NAM bene nosti quod reprehendentes Manichæi catholicam fidem, & maximè vetus Testamentum discerpentes & dilaniantes, commouent imperitos: qui profecto nesciunt quatenus sint accipienda illa, & quēadmodum hausta vtiliter in venas quasi uagentiū adhuc animarum medullasque descendant. Et quia sunt ibi quædam quę suboffendebāt animos ignaros & negligentes sui, quæ maxima turba est, populariter accusari possunt: defendi autē populariter propter misteria quę his continentur, non a multis admodum possunt. Qui vero pauci hoc facere nouerunt, non amant propatula & famigerula quædam in disputatione certamina, & ob hoc minime noti sunt, nisi his qui eos instantissime requirunt. De hac igitur Manichęorum temeritate qua vetus Testamentum & catholicam fidē reprehēdūt, accipe obsecro quæ me moueant. Opto aūt ac spero te hoc animo accepturum, quod me dicuntur. Scit autē deus, cui nota sunt arcana conscientiæ meę, nihil me in hoc sermōe malitiosē agere, sed vt existimo accipiendum esse veri probandi causa: cui vni rei viuere iam diu statuimus, & incredibili solicitudine: nē mihi errare vobiscum facillimum fuerit, iter autem rectū tenere vobiscum sit, nè durius loquar difficillimū. Sed præsumo quod & in hac spe, qua spero vos viam sapiētiæ mecum obtenturos, non me deseret ille cui sacratus sum: quem dies noctesque intueri conor; & quoniā propter

Manichæi damnant vetus Testamentū. CAP. II.

Sed de hoc fusius in de hæresibus cap. 46. & in de. 5. hæresibus cap. 1. & 5. in Tom. 6. & supra in isto 1. Tom. opuscul.

propter peccata mea, propterq; consuetudinem plagis veternosarum opinionum sauciatũ oculũ animę geres, inualidum me esse cognosco, sæpe rogo cũ lachrymis. Et quẽadmodũ post lõgam cæcitatem ac tenebras lumi nibus uix apertis, & adhuc lucem palpitãdo atq; auersando, quam tamẽ desiderant, recusantibus, præsertim si eis solẽ istum quispiam conetur ostendere: ita mihi nunc euenit, non neganti esse ineffabile quoddã & singulare animę bonũ quod mente videatur, & me ad contemplandum nondum idoneum cum fletu & gemitu cõfitenti. Non me ergo deseret, si nihil fingo, si officio duor: si veritatem amo, si amicitiam diligo, si multum me tuo ne fallaris.

Rogat cũ lachrymis.

Similitudo ista fusius habetur & in propositũ applicatur, sup. in prologo .1. de doct. christiana.

Quadruplex scripturæ ẽtellectus.

CAP. IIII.

OMNIS igitur scriptura', quę Testamentum uetus uocatur, diligenter eam nosse cupientibus quadrifariã traditur, secundum historiã, secundum ætiologiam, secũdum analogiam, secundum allegoriam. Ne me ineptum putes, Græcis nominibus utentem. Primum quia sic accepi, ne tibi hoc aliter audeo intimare quam accepi, deinde tu quoque animaduerteris, nõ esse harũ rerũ apud nos usitata nomina: quæ si fabricassem interpretando, essem profecto ineptior: si autem circũloquerer, minus esse in differendo expeditus. Id tantum oro credas, quoquo modo errem, nihil a me inflato ac tumido fieri.

Historicus scripturæ ẽtellectus.

Secundum historiam ergo traditur cum docetur quid scriptum aut quid gestum sit: quid non gestum, sed tantũmodo scriptum quasi gestum sit. Secundũ ætiologiã, cũ ostenditur quid, qua de causa vel factum vel dictum sit. Secundum allegoriam cum docetur non ad literam esse accipienda quędam quę scripta sunt, sed figurate intelligenda. His omnibus modis dominus noster Iesus Christus & apostoli usi sunt. Nam de historia illud sumptum est, cum obiectum esset, quod die sabbati discipuli eius spicas euulsissent: Non legistis, inquit, quod fecit Dauid cum esuriret & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum dei, & panes propositionis manducauit, quos non licebat ei manducare, neque eis qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Ad ætiologiam vero illud pertinet, quod cum Christus prohibuisset uxorem abijci, nisi fornicationis causa, relatum que esset ab interrogantibus, Moysen libello dato repudij permisisse licentiam, Hoc, inquit, Moyses fecit propter duritiem cordis uestri. Hic enim causa reddita est, cur illud a Moyse pro tempore bene permissum sit, vt hoc quod Christus præcipiebat, alia iam tempora demõstrare uiderentur. Horum autem temporum vices atque ordinẽ, mira quadam diuinę prouidentiæ dispositione digestum

Allegoricus,

Matt. 12. 1. Reg. 21.

Mat. 10.

Analogicus scri

atq; cõpositũ, lõgũ est explanare. Iam porro analogia, qua

qua vtrisque Testamẽti cõgruẽtia perspicitur, quid ego dicam vsos fuisse omnes quorum authoritati illi cedũt: cum secum ipsi considerare possint, quã multa soleãt dicere * immtxta esse scripturis diuinis, a nescio quibus corruptoribus veritatis? Quæ vox mihi semper quidẽ etiam cum eos audirem inualidissima visa est: nec mihi soli, sed etiam tibi: nã bene memini, & nobis omnibus, qui paulo maiorem diligentiam in iudicando habere conabamur, quã turba credentium. Nunc vero posteaq; mihi sunt expositæ atq; enodatæ multa quę me maxime mouebant, ea scilicet in quibus illorum plerunque se iactat, & quo securius sine aduersario eo effusius exultat oratio: nihil mihi videtur ab eis imprudentius dici, velut mitius loquar, incuriosius & imbecillius, quam scripturas diuinas esse corruptas: cum id nullis in tam recenti memoria extantibus exemplaribus possint conuincere. Si enim dicerent, eas sibi penitus accipiendas non putasse, quod ab his essent cõscriptæ, quos verum scripsisse non arbitrarentur, esset vt cunque tergiuersatio eorum tectior, vel error humanior. Hoc enim de illo libro fecerunt, qui actus Apostolorũ inscribitur, quod eorum consilium, cum mecum ipse pertracto, nequeo satis mirari. Non enim sapientiam hominum in hac re, sed cor mediocre desidero. Tanta enim liber iste habet quę similia sint his quę accipiunt, vt magnæ stultitiæ mihi videatur, nõ & hunc accipere, & si quid ibi eos offendit, falsum atque immissum dicere. Aut si talis oratio impudens est, si cuti est, cur in Pauli epistolis, cur in quatuor Euangelii libris ea valere aliq̃d putẽt, in q̃bus haud scio in multo plura sint proportione, quam in illo libro esse potuerunt quæ a corruptoribus interiecta credi uoluntꝰ Sed nimirũ illud est, quod mihi videt, quod pernicio pla cidissimo & serenissimo iudicio mecum consideres. Nosti enim quod authoris sui Manichæi personam in apostolorum numerum inducere molientes discunt spiritum sanctum quem dominus discipulis se missurum esse promisit, per ipsum ad nos uenisse. Itaque si illos actus apostolorum acciperent, in quibus euidenter aduentus sancti spiritus p̃dicatur non inuenirent, quomodo id immissum esse dicerent. Volunt. n. nescio quos corruptores diuinorũ librorũ ante ipsius Manichæi tẽpora fuisse. Corrupisse autẽ illos, qui Iudęorũ legẽ Euãgelio miscere cupiebant. Hoc autẽ de spiritu sancto dicere nequeunt, nisi forte diuinasse illos asserant, & posuisse in suis libris quod contra futurũ aliquãdo Manichęum, q̃ spũm sanctũ p se missum eẽ diceret, ꝓfereꝰ Verũ de spiritu sancto alias planius aliq̃d eloquemur. Nunc ad hoc quo intenderam redeamus. Nam & historiam

Veteris

ptur̃ę ẽtellectus,

alias immissꝰ.

Nõ sapientiam hominũ, ꝫ cor mediocre desiderat Aug. vt manichęos lib. de act. apost. negantes, conuinceret.

veteris testamenti, & ætiologiam & analogiam in nouo testamento inueniri satis vt puto est demonstratum: de allegoria restat ostendere. Ipse liberator noster in Euangelio allegoria utitur ex veteri Testamento. Generatio, inquit, hæc signum quærit, & non dabitur ei nisi signum Ionę prophetæ, sicut enim Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus fuit, sic & filius hominis tribus diebus et tribus noctibus erit in corde terrę. Nam quid ego de apostolo Paulo dicam? qui etiam ipsam Exodi historiam futuræ Christianæ plebis allegoriam fuisse significat ad Corinthios epistola prima, Nolo autē vos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierūt, & omnes in Moyse btptizati sunt in nube & in mari: & omnes eundem cibum spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autē de spiritali, consequente eos petra, petra autē erat Christus. Sed non in pluribus eorum bene placuit deo, Prostrati enim sunt in deserto. Hæc autem figuræ nostræ fuerunt, ut non simus cupidi malorum, sicut & illi concupierunt. Neq; idola colamus, sicut quidam ex illis, sicut scriptum est: Sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidā ex illis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria milia hominum. Neque tentemus Christum, sicut quidem eorum tentauerunt, & a serpentibus interierunt. Neque murmuremus, sicut quidam ex illis murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Omnia autem ista in figura contingebant illis. Scripta autem sua ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Est item apud Apostolum allegoria quædā sane ad causam maximè pertinens, ideò quod ijdem ipsi in disputando proferre atque ostentare consueuerunt. Idem enim Paulus dicit ad Galatas: Scriptum est enim quod Abrahā duos filios habuit, unū de ancilla, & vnū de libera: sed is qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per promissionem: quæ sunt per allegoriam dicta. Nam hęc sunt duo testamenta, vnum quidem de monte Sina in seruitutē generans, quod est Agar. Sina mons est in Arabia, qui confinis ei quę nunc est Hierusalem, & seruit cum filijs suis. Quę autem sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum. Hic igitur illi homines nimium mali, dum frustrare legem conantur, eas scripturas approbare nos cogunt. Attendūt enim quod dictum est, in seruitute esse eos qui sub lege sunt, & id vltimum præ ceteris ventillant, Euacuati estis a Christo qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Nos hæc omnia vera esse concedimus, nec illam legem necessariam esse dicimus, nisi eis quibus est adhuc vtilis seruitus: ideoq; vtiliter esse latam, quod homines qui reuocari a peccatis ratione non poterant, tali lege coercendi erant, pœnarum scilicet istarum quæ videri ab stultis possunt, minis atque terroribus: a quibus gratia Christi cum liberat, non legem illam damnat, sed ali quando nos obtemperare suæ charitati, non seruire timori legis inuitat. Ipsa est gratia id est, beneficium, quod non intelligunt sibi venisse diuinitus, qui adhuc esse cupiunt sub vinculis legis, Quos merito Paulus obiurgat tanquam infideles, quia a seruitute cui certo tempore iustissima dei dispositione subiecti erant, iam per dominū nostrum Iesum se liberatos esse non credunt. Hinc est illud eiusdem Apostoli: Lex enim pędagogus noster erat in Christo. Ille igitur pædagogum dedit hominibus quē timerent, qui magistrum postea, quem diligerent. In quibus tamen legis præceptis atque mandatis, quibus nūc Christianos vti fas est, quale vel sabbatum est, vel circūcisio, vel sacrificia, & si quid huiusmodi est: tanta mysteria continentur, vt omnis pius intelligat nihil esse perniciosius, quam quicquid ibi est accipi ad literam: id est, ad verbum: nihil autem salubrius quam spiritu reuelari. Inde est: Litera occidit, spiritus autem viuificat. Inde est idipsum velamen in lectione veteris Testamēti manet, quod nō reuelaī, quoniam ī Christo euacuatur. Euacuaī nāque in Christo non vetus Testamentum, sed velamen eius, vt per Christum intelligatur & quasi denudetur, quod sine Christo obscurum atque adopertum est. Statim quippe idem Apostolus subijcit: Cum autem transieris ad Christum auferetur velamen: Non enim ait, auferetur lex, aut Testamentum vetus: Non igitur per domini gratiam tanquam inutilia ibi tegerentur, ablata sunt, sed tegumen potius quo vtilia tegebantur. Hoc modo agitur cum ijs qui studiosę ac pie, non turbide atque improbe scripturarum illarum sensum requirunt, demonstranturque sedulò & ordo rerum, & causę factorum atque dictorum, & veteris Trstamenti ad nouum tanta congruentia, vt apex nullus qui non consonet relinquatur: & figurarum tanta secreta, vt omnia quæ interpretando eruuntur, miseros esse cogant fateri, qui hæc volunt ante condemnare, quam discere.

Matth. 12. Ioann. 2. & 3.

1. Corin. 10. Exodi. 13. Exod. 14.

Hęc Exod. 61. ab Exo. 17. Augu. ex posita sunt in li. 3. Hi pognos, in Tom. 7. & in 3. To. horū opus. & sup Ioan. trac. 21. & 26. & 45 in To. 9. quibus uerbis Paulus ostendit, eadē fidē & eadē sacrāmēta habuisse patres nostros quę & nos habemus, quibus hi saluati, vt nos modo saluamur. & si carnaliter alia videbant, spiritaliter tamē erāt eadem.

Num. 20 & 26. Exo. 32. Num. 25. Num. 21. Iudith. 8.

Gal. 4. Ge. 21.

Galat. 5.

Galat. 3. 1. Retrac. 14.

In veteri testamēto deus ūdit hominibus pędagogū quē timerēt, in nouo vero nobis dedit magistrū quē diligamus, di

2. Co. 3.

lectionis causa ad nos venit, et nos dilexit, vt illū diligere ualeamus, & illi fide Adhere re possimus Io. Io. 3. &. 4. & in de gra. & lib. arb. ad val. c. 18. i To. 7. & i. 2. T. hoꝛ

3. & 1.

4.

opusculorum. & in de prędest. sanct. 17. & 19 in Tom. 7. & in 3. Tomo horum opusculorum, & in concil. Arauf. can vltimo in primo Tomo concil, & sic non vetus testamentum sed velamen (quod super faciem suam posuit moses) Euacuatur, vt per Christum nostrum præceptorem intus docentem & illuminantem, a nobis intelligatur, Et paul. 2. ad Cor. 3. testatur.

Trifariã errãdi. CAP. IIII.

SED vt omissa interim altitudine scientiæ, sic agam tecum quomodo agendum arbitror cum familiari meo: id est, sicut ego possum, non sicut doctissimos viros posse miratus sum, Tria genera sunt erroris quibus homines errant cum aliquid legunt. De singulis dicam. Primum genus est in quo id quod falsum est verum putatur cum aliud, qui scripsit putauerit. Alterum est quanuis non tã late patens, non tamen minus noxium, cum id quod falsum est verum putatur, id tamen putatur, quod etiam ille qui scripsit putauit. Tertium est, cum ex alieno scripto intelligitur aliquid veri, cum hoc ille qui scripsit nõ intellexerit. In quo genere non parum est utilitatis, imo si diligentius consideres, totus legendi fructus est integer. Primi generis exemplum est, vt si quisquam, verbi gratia, dicat & credat Rhadamanthum apud inferos audire ac dijudicare causas mortuorum, eo quod Maronis in carmine id legerit. Hic enim errat duobus modis qđ & rem non credendam credit, neque id putandus est credidisse ille quem legit. Alterum genus animaduerti sic potest, si quis quia Lucretius animam ex atomis esse scribit, eamque post mortem in easdem atomos solui atque interire, id verum ac sibi credendum arbitretur. Nam & hic non minus miser est, si de re tanta id quod falsum est pro certo sibi persuasit, quanquã id Lucretius cuius libris deceptus est, opinatus sit. Quid.n. huic prodest de authoris sententia certum esse, quando sibi cum non per quẽ erraret, sed cũ quo erraret elegerit? Tertio generi est illud accommodatum, si quis Epicurum lectio eius in libris aliquo loco vbi continẽtiam laudat, in virtute illum summum bonum posuisse asseueret, & ideo non esse culpandum. Huic enim quid obest error Epicuri, si summum bonum hominis, voluptatem ille corporis credit, cum iste non se dederit tam turpi noxięq; sententiæ, nec ob aliam causam ei placeat Epicurus, nisi quod eum sensisse non putat, quod sentiri non oporteat? Hic error non modo humanus est, sed sæpe etiam homine dignissimus. Quid enim si mihi de aliquo quem diligerem nunciaretur, quod sibi cum esset barbatus pueritiam atque infantiam ita placere multis audientibus dixerit, vt etiam iurauerit se similiter velle viuere, id que ita mihi probaretur, vt impudenter negarem, num reprehendendus viderer, si eum existimarem cum hoc diceret significare voluisse, sibi placere innocentiam, & ab eis glibus hominum genus inuolueretur cupiditatibus animũ alienum, & ex eo illum magis magisque diligerem, quã antea diligebam, etiam si forte ille in puerorum gratibus libertatem quandam in ludendo & cibando, atque ignauum otium stultus adamasset? Fac enim cum esse

Primũ genus erroris.

Secundum genus erroris.

Tertiũ genus erroris.

Exemplum. 1.

Aeneid. 6.

Exemplum. 2.

Exemplum. 3.

se defunctum postquam hoc mihi nunciatum est, nec interrogari a me potuisse quicquam vt aperiret sententiã suam: esset ne quisquam tam improbus qui mihi succenseret, cum hominis laudarem propositum & voluntatem per illa ipsa verba quæ acceperam? Quid quod etiam iustus rerum existimator non dubitaret forte laudare opinionem ac voluntatem meam cum & innocentia mihi placeret, & homo de homine in re dubia bene potius existimarem, cum etiam male diceret?

Scripturę vitatis. CAP. V.

QVAE cum ita sint, audi etiam earundem scripturarum totidem conditiones & differentias. Nam necesse est totidem occurrant. Aut enim vtiliter scripsit quispiã, & non vtiliter ab aliquo intelligitur. Aut vtrunq; inutiliter fit, aut vtiliter intelligit lector, cum ille contra qui legitur scripserit. Horum trium primum non improbo, ultimum non curo. Nam nequè possum reprehendere hominem, qui nulla sua culpa male intellectus est: nec moleste habere quenquam legi, qui verum non viderit, cũ obesse legentibus nihil videam. Vnum igitur genus est probatissimum, & quasi purgatissimum, cum & bona scripta sunt, & in bonam partem accipiuntur a legentibus. Id quoque tamen adhuc in duo diuiditur, non enim penitus excludit errorem. Nam euenit plerumquè vt cũ bene senserit scriptor, bene etiam lector sentiat, sed aliud quam ille, & sæpe melius, sæpe inferius, vtiliter tamen. Cum autem & hoc sentimus quod ille quem legimus, & id est vitæ bene agendę accommodatissimum, cumulatissime sese habet veritas, nec aliundè aperitur falsitatis locus. Quod genus cum de rebus obscurissimis lectio est, rarissimum omnino est, neque id mea sententia liquidò sciri, sed tantummodo credi potest. Quibus enim argumentis absentis vel mortui hominis voluntatem ita colligam, vt de illa iurare possim: cum etiam si præsens interrogaretur, multa esse possent, quę simulus non esset officiosissime absconderet: Illud autem nihil ad rem cognoscendam valere arbitror, qualis fuerit ille qui scripsit: honestissime tamen bonus creditur, cuius literis generi humano posteritatique consultũ est. Quamobrem vellem mihi isti dicerent, in quo genere ponant, Ecclesiæ catholicę quem putant errorem. Si in primo, graue omnino crimen, sed defensionem longinquã non requirit: satis est enim negare ita nos intelligere, vt illi cum inuehuntur existimant. Si in secundo, non minus graue est, sed eadem voce refellentur. Si in tertio, nullum crimen est. Age, ac deinde scripturas ipsas consideram. Quid enim in libris obijciunt veteris, quod dicitur Testamenti? Nunquid nam quod boni sunt, sed male intelliguntur a nobis? At eos ipsi non accipiunt.

An quia nec boni sunt, nec bene accipiuntur? Ad hoc superior defensio satis expugnat. An illud dicent, quãuis bene a vobis accipiantur, mali sunt tamen? Quid est aliud viuos cum quibus res agitur aduersarios absoluere, atque olim mortuos cum quibus nulla contentio est accusare? Ego quidem illos viros & omnia vtiliter memoriæ mandasse, & magnos ac diuinos fuisse, & illam legem dei iussu ac voluntate promulgatam esse & conditam credo; & id quanquam perpauca eius generis librorum sciam, persuadere tamen facile possum, si mihi æquus & minime pertinax animus adhibeatur: atque id faciam, cum copia nobis data fuerit beneuolarum aurium, ac mentis tuæ: sed hoc cum potero. Nunc autem non ne mihi satis est, quoquo modo se ista res habeat, deceptum non fuisse?

Sacra scriptura prius amanda quam discenda CAP. VI.

TESTOR Honorate conscientiam meam, & puris animis inhabitantem deum, nihil me existimare prudẽtius, castius, religiosius, quam sunt ille scripturæ omnes quas Testamenti veteris nomine catholica Ecclesia tenet. Miraris, noui. Non enim dissimulare possum longe aliter nobis fuisse persuasum. Sed nihil est profecto temeritatis plenius, quæ nobis tunc pueris inerat, quã quorumcunque librorum expositores deserere, qui eos se tenere, ac discipulis tradere posse profitentur, & eorum sententiam requirere ab his qui conditoribus illorum atque authoribus acerbissimum, nescio qua cogente causa, bellum indixerunt. Quis enim sibi unquam libros Aristotelis reconditos & obscuros ab eius inimico exponendos putauit, vt se his loquatur discipulis in quibus lector fortasse sine sacrilegio labi põt? Quis denique geometricas literas Archimedis legere, magistro Epicuro, aut discere voluit: Contra quas ille multum pertinaciter, nihil earum quantum arbitror intelligens, disserebat? An istę scripturę legis planissimę sunt, in quas isti quasi vulgo expositas impetum faciunt frustra & inaniter? Qui mihi similes videntur illi mulierculæ quam iidem ipsi solent deridere, quæ irata quod ei sol iste laudaretur, & a Manichæa quadam fœmina collendus commendaretur, vt erat religiose simplex, concita exiliuit: & eum locum quem sol per feneſtram illustrauerat, crebro pede percutiens, ecce solem deumque tuum calco clamare cœpit: stultè omnino atque mulieb riter, quis negat? Sed nonne tibi tales videntur isti, qui ea quæ non intelligunt, aut cur, aut omnino qualia sunt, quanuis facentibus similia, subtilia tamen intelligentibus atq; diuina, magno impetu orationis maledicisq; lacerantes, quia eis imperiti plaudunt, aliquid se proficere existimant? Quicquid est, mihi crede, in scripturis illis altum & diuinum est: ineſt omnino veritas & reficiendis instaurandisque animis accõmodatissima disciplina: & plane ita modificata vt nemo inde hauire non possit quod sibi satis est, si modo ad hauriendũ deuote ac piè, vt vera religio poscit, accedat. Quod vt ut tibi probẽ, multis rationibus & longiore oratione opus est. Agendum enim tecũ prius est, authores ipsos nõ oderis, deinde, vt ames: & hoc agẽdũ quouis alio modo potius, quam exponendis eorũ sententiis & literis. Propterea quia si Vergiliũ odissemus, imo si non eum priusquam intellectus esset maiorũ nostrorũ commendatione diligeremus, nunquam nobis satisfieret de illis eius quæstionibus innumerabilibus, quibus Grãmatici agitari & perturbari solent, nec audiremus libẽter, qui cũ eius laude illas expediret, sed ei faueremus qui per eas illum erasse ac delirasse conaretur ostendere. Nunc vero cum eas multi ac varie pro suo quisque captu aperire conantur, his potissimũ plauditur, per quorũ expositionem melior inuenitur poeta, qui nõ solũ nihil peccasse, sed nihil non laudabiliter cecinisse, ab eis etiã qui illum non intelligũt, creditur. Itaquè in quæstiuncula magistro deficienti, & quid respondeat non habenti, succẽsemus potius, quã illum mutũ vitio Maronis putamus. Iã si ad defensionẽ suã peccatum tanti authoris asserere voluerit, vix apud eũ discipuli vel datis mercedibus remanebunt. Quantum erat vt similem beneuolentiam præberemus eis, per quos locutum esse spiritum sanctũ tam diuturna vetustate firmatum est? Sed scilicet intelligentissimi adolescentes, & miri rationum exploratores non euolutis saltem illis literis, non quæsitis magistris, non aliquantum nostra tarditate accusata, non denique vel mediocri corde concesso, eis qui eiusmodi literas per totum orbem tam longo tempore legi custodiri, tractari que voluerunt, nihil apud illos credendum putauimus, eorum qui istis inimici infestique sunt voce commoti, apud quos falsa pollicitatione rationis, inaudita millia fabularum credere, & collere cogeremur.

Nõ discẽdę scitę ig ab illarũ scitę tiarũ inimici.

Similitudo.

Similitudo.

De scripturis non temere iudicandum. CAP. VII.

SED nunc quod instituí peragã si possum & sic apud te agam, vt fidem catholicam non interim aperiam, sed ad scrutanda eius magna mysteria, eis quorum animæ sibi curæ sunt, spem diuini fructus & inueniẽdæ veritatis ostendam. Nemo dubitat eum qui veram religionẽ requirit, aut iam credere immortalem esse animam cui prosit illa religio, aut etiã idipsum in eadẽ religione vel le inuenire. Animæ igitur causa omnis religio, nam corporis natura quoquo modo se habeat, nullam curã ac solicitudinẽ incutit, ei præsertim post mortẽ, cuius anima tenuerit quo beata sit. Animę igitur causa vel solius

Causa animæ omnis religio

vel maxime vera, si qua est religio, constituta est. Hæc autem anima videro quam ob causam, & obscurissimũ esse confiteor, errat tamen ac stulta est vt videmus, donec adipiscatur percipiatque sapientiam & fortasse ipsa est vera religio. Num te ad fabulas mitto? nũ aliquid cogo te temere credere? Animam nostram dico errore ac stultitia irretitam et demersam, viam si qua est, quærere veritatis. Si hoc in te non est, da veniam & participare mecũ quæso, sapientiam tuã sin id quod dico agnoscis in te, simul obsecro quæramus verũ. Puta nos adhuc neminem audisse cuiuspiam religionis insinuatorẽ. Ecce res noua est a nobis negotiumq; susceptũ. Quærendi sunt credo, huius rei, si vlla est, professores. Fac nos reperisse alios aliud opinantes, & diuersitate opinionũ ad se quemq; trahere cupientes. Sed inter hos excellere famę interim celebritate quosdam atque omnium pene occupatione populorum. Vtrum isti verum teneãt, magna quæstio est. Sed nonne prius sunt explorãdi, vt quã diu erramus, siquidem homines sumus, cum ipso genere humano errare videamur? At enim apud paucos quosdam est veritas. Scis ergo iam quę sit, si scis apud quos sit. Nonne dixeram paulo ante, vt quasi rudes quæreremus? Sed si ex ipsa vi veritatis paucos eam tenere cõiectas, qui vero sint, nescis: quid si ita pauci sunt qui verum sciunt, vt authoritate sua multitudinẽ teneant vnde se in illa secreta expedire, & quasi eliquare paucitas possit? Nonne videmus quam pauci summam eloquentiam consequantur, cũ per totum orbem rethorũ scholę adolescentium gregibus perstrepant? Nunquid nã imperitorum perterriti multitudine, quicunque boni oratores euadere volunt, Cęcilii sibi potius, aut Erucii orationibus, quam tullianis nauandam operam existimãt? Hęc appetunt omnes, quę maiorum authoritate firmata sunt. Eadem imperitorum turbę discere molliunt, quę a paucis doctis discenda recepta sunt. Assequuntur autem perpauci, agũt pauciores, clarescunt paucissimi. Quid si tale quiddam est vera religio? Quid si multitudo imperitorum frequentat Ecclesias: sed nullum augmentum est, ideo neminem illis mysterijs factũ esse perfectum? & tamen si tam pauci studerẽt eloquentię quã pauci sunt eloquentes, nunquã nos parentes nostri magistris talibus commendandos putarent. Cũ igitur ad hęc studia nos multitudo muntauerit, quę imperitorum parte copiosa est, vt id quod pauci adipisci possunt adamaremus: cur nobis esse similem in religione nolumus causam, quã cum magno animę discrimine fortasse contẽnimus. Si enim verissimus & syncerissimus dei cultus quãuis sit apud paucos, apud eos tamen est quibus multitudo,

Fortasse ipsa sapiẽtia est vera religio.

Veritas ẽ apud paucos.

Syncerissimus dei cultus est apud paucos.

titudo, quanquam cupiditatibus inuoluta, & a puritate intelligentię remota, consentit: quod fieri posse quis dubitet? quæro, si quis temeritatem vęcordiamque nostram arguat, quod non apud eius magistros eam diligenter inuestigamus, cuius inueniendę nobis magna cura ineſt, quid respondere possimus? Deterruit me multitudo. Cur ab studio artium liberalium, vix huic prę senti vitę aliquid commodi afferentium, cur ab inquirenda pecunia cur ab honore adipiscendo, cur denique a comparanda & retinenda bona valetudine, postremo cur ab ipsa beatę vitæ appetitione, cũ hi oẽs occupentur, pauci excellant, nulla deterruit multitudo? At absurda ibi dici videbãtur. Quibus asserentibus? Nępe inimicis, qualibet causa, qualibet ratione, nõ enim hoc nũc quæritur, tamẽ inimicis. Cum legerẽ per me ipse cognoui. Ita ne est? Nulla imbutus poetica disciplina, Terẽtianũ Maurũ sine magistro attingere nõ auderes. Asp. Cornutus, Donatus & alii innumerãbiles requirũtur, vt quilibet poeta possit intelligi, cuius carmina & theatri plausus videnẽ captare: tu in eos libros, q quoqũo se habebant, sancti tamen diuinarumque rerũ pleni prope totius generis humani cõfessione diffamanẽ, sine duce irruis & de his sine præceptore audes ferre sentẽtiã: nec si tibi aliqua occurrũt quę videanẽ absurda, tarditatem tuã & putrefactũ tabe huius mundi animũ qualis omnium stultorũ est, accusas potius quã eos qui fortasse a talibus intelligi nequeunt. Quæreres aliquẽ pium si mul & doctũ, vel qui talis esse multis consentientibus diceretur, cuius & præceptis melior & doctrina peritior fieres. Non facile reperiebatur, cum labore inuestigaretur. Deerat in ea tetra, quam incolebas. Quę causa vtilius cogeret peregrinari? In cõtinenti prorsus latebat, aut non erat, nauigaretur, si in propinquo trans mare non inueniebatur, progredereris vsque ad illas terras in quibus ea, quæ illis libris continentur, gesta esse dicuntur. Quid tale fecimus Honoratę? & tamen religionem fortasse santissimam, adhuc enim quasi dubitandum sit loquor, cuius opinio totum iam terrarum orbem occupauit, miserrimi pueri pro nostro arbitrio iudicioque damnauimus. Quid si illa quæ nonnullos imperitos in eisdem scripturis videntur offendere, eo sunt ita posita, vt cum res abhorrentes a sensu qualiumcunque hominum, nedum prudentium atque sanctorum legerentur, secretam significationem multo studiosius quæreremus? Nõne cernis vt Catamitũ bucoli cũ, cui pastor durus effluxit, conenẽ homines interpretari: & alexim puerum, in quẽ plato etiã carmen amatorium fecisse dicitur, nescio quid magnum significare, sed

Similitudo.

Plato Carmen

amatoriũ in alexĩ puerũ fecit,

imperitorũ iudicium fugere affirmant, cum sine vllo sacrilegio poeta vberrimus videri possit libidinosas cantiunculas edidisse? Sed reuera reuocabat nos atq; prohibebat aquærẽdo, aut alicuius legis sanctio, aut aduersantium potentia, aut sacratorum pſona vilis, aut fama turpis, aut institutionis nouitas, aut occulta profeſsio. Nihil horum est omnia diuina & humana iura permittunt quærere catholicã fidem. Tenere autem & colere per humanum certe ius licet, si de diuino quandiu erramus, incertum est. Nemo imbecillitatẽ nostrã terret inimicus: quanquã veritas atque animę salus si diligẽter quęsita vbi tutiſsime licet, inuenta non fuerit, cũ quouis discrimine quæri debeat: omnium dignitatum & poteſtatum gradus, huic diuino cultui deuotiſsime inseruiunt, honestiſsimum est religionis nomen & præclariſsimum. Quid impedit tandem perſcrutari atque discutere pia & sedula inuestigatione, vtrum hîc sit illud quod syncerissime nosse, & custodire paucos necesse est, etiã si omnium in id gentium voluntas fauorque conspiret? Quæ cum ita sint fac nos vt dixi, nũc primum quærere cui nam religioni animas nostras purgãdas instaurandasque tradamus. Procul dubio a catholica Ecclesia sumendũ exordium. Plures enim iam Christiani sunt, quam si Iudæi si mulachrorum cultoribus adiungantur. Eorũdem autẽ Christianorum cum sint hæreſes plures, atque omnes se catholicos velint videri, aliosque præter se hæreticos nominent, vna est Ecclesia, vt omnes concedunt, si totum orbem consideres, refertior multitudine: vt autem qui nouerunt affirmant. etiam veritate syncerior cæteris omnibus, sed de veritate alia quæstio est. Quod autem quærentibus satis est, vna est catholica, cui hæreſes alig diuersa nomina imponunt, cũ ipsæ singulę propriis vocabulis quę negare non audeant, appellentur. Ex quo intelligi datur iudicantibus arbitris, quos nulla impedit gratia, * cui sit catholicum nomẽ ad quod omnes ambiunt, tribuendum, sed ne id loquaciſsime aut superfluo quiſpiam differendum putet, vna est certe in qua ipse quodammodo etiam humanæ leges Christianę sunt. Nullum ergo hinc præiudicium fieri volo, sed exordiũ quærendi opportuniſsimum iudico. Non enim metuendum est, ne verus dei cultus nullo proprio robore innixus, ab eis quos fulcire debeat fulciendus esse videat: sed certe perfectæ fœlicitatis est, si potuerit ibi verum inueniri, vbi & inquiſitio eius & retentio securiſsima est: si non potuerit, tum demum alio quocunque periculo adeundum atque rimandum.

* alias qđ ei

Quę via ad discipliną pietatis.

CAP. VIII.

HIS igitur cõstitutis, quę vt opinor ita iuſta sunt, vt obtinere apud te istã causam quouis aduersario debeã edam

edam tibi vt possum, cuiusmodi via vsus fuerim, cum eo animo quęrerem veram religionem, quo nunc expoſui esse quærendam. Vt enim a vobis trans mare abſcesſi, iam cunctabundus atque hęſitans, quid mihi tenendum, quid dimittendum esset: quę mihi cunctatio in dies maior oboriebatur, ex quo illum hominem, cuius nobis aduentus vt noſti ad explicanda omnia quę nos mouebant, quaſi de cœlo promittebatur, audiui, eumq; excepta quadam eloquentia talem quales cęteros esse cognoui: rationem ipse mecum habui, magnanq; deliberationẽ iam in Italia conſtitutus, non vtrum manerem in illa secta in quam me incidiſse pœnitebat, sed quonam modo verum inueniendum esset, in cuius amorem ſuspiria mea nulli melius quam tibi nota sunt. Sæpe mihi videbatur non posse inueniri, magnicq; fluctus cogitationum mearum in Academicorum ſuffragium ferebantur. Sæpe rursus intuens quantum poteram, mentem humanam tam viuacem, tam sagacem, tam perſpicacem, non putabam latere veritatem, niſi quod in ea quærendi modus lateret, eundemque ipſum modum, ab aliqua diuina authoritate esse ſumendum. Reſtabat quærere quæ nam illa esset authoritas, cum in tantis diſſentionibus ſe quiſque illam traditurum polliceretur. Occurrebat igitur inexplicabilis ſylua, cui demum inſeri multum pigebat: atque inter hæc ſine vlla requie, cupiditate reperiendi veri animus agitabatur. Diſſuebam me tamen magis magiſque ab iſtis, quos iam deſerere propoſueram. Reſtabat autem aliud nihil in tantis periculis, quam vt diuinam prouidentiam lachrymoſis & miſerabilibus vocibus vt opem mihi ferret deprecarer. Atque id ſedulo faciebam, & iam ferè me commouerant nonnullæ diſputationes Mediolanenſis epiſcopi, vt non ſinè ſpe aliqua de ipſo veteri Teſtamento multa quærere cuperem, quæ vt ſcis male nobis commendata execrabamur. Decreueramq; tandiu esse cathecumenus in Eccleſia, cui traditus a parentibus eram, donec aut inuenirem quod vellem, aut mihi perſuaderem non esse quærendum. Opportuniſsimum ergo me ac valdè docilem tunc inuenire posſet, ſi fuiſſet qui poſſet docere. Hoc ergo modo & ſimili animæ tuæ cura ſit, diu te quoque affectum vides, & ſi iam ſatis tibi iactatus videris, finęque huiuſmodi laboribus vis imponere, ſequere Viam catholicæ diſcipliną, quæ ab ipſo Chriſto per apoſtolos ad nos vſq; manauit, & ab hîc ad poſteros manatura ẽ.

Credulus anſonet in vitium.

CAP. IX.

RIDICVLVM, inquis, iſtud est, cũ omnes hãc ſe profiteantur tenere, ac docere. Profitentur hoc omnes hęretici, negare non poſſum, ſed ità vt eis quos illectant rationẽ ſed de obſcuriſsimis rebus polliceanẽ reddituros:

eo q;

eos̄q catholicam maxime criminantur, quod illis qui ad eam veniunt præcipitur vt credant: se autem non iugum credendi imponere, sed docendi fontem aperire gloriantur. Quid, inquis, dici potuit, quod ad eorum laudē magis pertineret? Non ita est. Hoc enim faciunt nullo rohore præditi, sed vt aliquam concilient multitudinē nomine rōnis. Qua promissa naturaliter anima gaudet humana, nec vires suas valetudinemque considerans, sanorum escas appetendo, quæ male committuntur nisi valētibus, irruit in venena fallentium. Nam vera religio nisi credantur ea quæ quisque postea si se bene gesserit dignusque fuerit, assequatur atque percipiat, omnino sine quodam graui authoritatis imperio iniri recte nullo pacto potest. Sed quæris fortasse vel de hoc ipso aliquā accipere rationem, qua tibi persuadeatur, non prius rationē quam fide te esse docēdum. Quod facile potest, si modo æquum te præbeas. Sed vt commode fiat, volo quasi respondeas interroganti. Et primo dicas mihi, quare tibi videatur non esse credendum. Quod ipsa, inquis, credulitas, a qua creduli nominantur, vitium quoddam mihi videtur esse: alioquin hoc nomen nō pro conuitio obiectare soleremus. Nam si suspicionosus in vitio est, eo quod nō comperta suspicatur: quanto magis credulus, qui hoc a suspicioso differt, quod ille incognitis aliquam, iste nullā tribuit dubitationem. Interim accipio hanc opinionem ac distinctionem. Sed scis etiam curiosum non nos solere appellare sine conuitio: studiosum vero etiam cum laude. Quamobrem attende, si placet, etiam inter hæc duo quid tibi distare videatur. Id certe respondes, quod quāuis vterq; agatur magna cupiditate noscendi, curiosus tamen ea requirit, quæ nihil ad se attinent: studiosus aūt contra, quæ ad se attinent requirit. Sed quia non negamus ad hominem pertinere coniugem ac liberos, & eorum salutem, si quispiam peregre positus, quemadmodū valeant ac se se agant sua coniunx, ac liberi omnes aduenientes sedulo percontetur, magna vtique ducitur cupiditate noscendi: & tamē hunc studiosum non vocamus, qui & magnopere scire vult, & ea quæ ad se maxime pertinent. Quare iam intelligis eo vacillare istam definitionem studiosi, quod omnis quidem studiosus ea nosse vult quæ ad se pertinent, Non tamen omnis qui id agit studiosus vocandus est, sed qui ea quę ad animū nutriendum liberaliter atque ornandum pertinent, impensissime requirit, eum studentem recte appellamus, præsertim addentes, quid studeat audire. Nam etiam suorum studiosum possumus appellare, si suos tantum diligit: non tamē adiunctione nulla, communi nomine studiosorum dignum putamus. Audiendi autem cupidum, quemadmodum

Discrimē inter suspicionosum & credulum.

Discrimē inter curiosum et studiosum.

dum se suo haberent, nō appellarē studiosum audiēdi, ni si gaudens fama bona, idipsum sæpe vellet audire, studentem vero etiam si semel. Refer nunc animum ad curiosum, & dic mihi, vtrum si quis fabellam libenter audiret, nihil sibi omnino profuturam, id est, rerum ad se nō ptinentiū, neq; id odiose atque crebro, sed rarissime ac modestissime vel ī cōuiuio vel in aliquo circulo, vlloue cōsessu, videreter ne tibi curiosus? Nō opinor, sz certe habens illius rei curam, quam libenter audiret, profecto videretur. Quapropter etiam curiosi definitio, ea regula qua studiosi emendanda est. Videigitur vtrum & illa superiora emendanda sint. Cur enim nō & suspicionosi nomine indignus sit, qui aliquando aliquid suspicatur: & credulus qui aliquando aliquid credit? Itaque vt inter studentem alicuius rei, & omnino studiosum, rursumque inter curam habentem atque curiosum ita inter credentem & credulū plurimū interest.

Quare credulitas via est ad religionem. CAP. X.

SED nunc vide, inquies, vtrum in religione credere debeamus. Neque enim si concedimus aliud esse credere, aliud credulum esse, sequitur vt nulla culpa sit in religionibus credere. Quid enim si & credere & credulum esse vitiosum est, qnēadmodum & ebrium & ebrio sum esse? Quod qui certum existimat, nullum mihi habere posse amicum videtur. Si enim turpe est aliquid credere, aut turpiter facit qui amico credit, aut nihil amico credens, quomodo amicum vel ipsum vel se appellet non video. Hic fortasse dicas, Concedo, aliquid aliquando esse credendum; nunc expedi quomodo in religione turpe non sit credere, antequam scire. Faciam si potero. Quo circa ex te quæro quid existimes in graviore culpa esse, religionem tradere indigno, an id quod ab eis qui illam tradunt dicitur credere? Si quem dicā indignum, non intelligis: eum dico, qui ficto pectore accedit. Concedis, vt arbitror, magis culpandum esse, talī homini pandere si qua sunt sancta secreta, quam religiosis viris, de ipsa religione aliquid affirmantibus, credere. Neque enim te aliud respondere decuerit. Quare nunc fac putes eum adesse, qui tibi religionem sit traditurus: quonam modo illi fidem facturus es, vero animo te accedere, neque quicquam in te quod ad hanc rē attinet doli atque simulationis esse? Dices, bona tua conscientia nihil te fingere, quantis poteris idipsum asserens verbis, sed tamen uerbis. Non enim animi tui latebras, ita vt intime sciaris, homo homini aperire possis. At ille si dixerit, Ecce credo tibi: sed non ne est æquius vt etiam tu credas mihi, cum tu beneficium si aliquid veri teneo sis accepturus, daturus ego quid reipō debimus, nisi esse credendum? Sed inquis, Nōne erat

melius

melius rationem mihi reddere, vt ea quocunque me duceret, sine ulla sequerer temeritate? Erat fortasse: sed cũ res tanta sit, vt deus tibi ratione cognoscendus sit, omnes ne putas idoneos esse percipiendis rationibus, quibus ad diuinam intelligentiam mens ducitur humana, an plures, an paucos? Paucos, ais, existimo. Horum ne in numero esse te credis? Non est meum inquis, hoc respondere. Illius ergo putas, etiam hoc tibi credere: quod quidem facit. Tu tantum memento, iam eum bis credidisse tibi incerta dicenti: te illi religiose admoneti, ne semel quidem velle credere. Verum fac ita esse & vero animo te ad accipiendam religionẽ accedere: & ita paucorum te esse hominum, Vt rationes quibus ad certam cognitionem vis diuina perducitur capere possis, quid cæteris hominibus qui tam sereno ingenio prædi ti non sunt, negandam religionem putas? An eos pedetentim quibusdam gradibus ad illa summa penetralia esse ducendos? Vides plane quid sit religiosius. Neque enim tibi quiuis homo in rei tantæ cupiditate vllo modo deserendus aut respuendus videri potest. Sed non ne cẽses, nisi primo credat se ad id quod instituit peruenturum, mentemque supplicem præbeat, & quibusdam magnis necessarijsque præceptis obtemperans quadam vitę actione perpurgetur, non eum esse aliter illa, quę pure uera sunt adepturum? Censes profecto. Quid ergo istis quorum de genere te esse iam credo, qui facillime diuina secreta, ratione certa capere possunt, si hac via veniãt, qua illi qui primitus credunt, nunquid tandem oberit? Non arbitror. Sed tamen ais. Quid eos morari opus est? Quia & si facto sibi nihil nocebunt, nocebunt tamẽ exemplo cęteris. Vix enim est qui de se tantum sentiat, quantum potest. Sed qui minus, excitandus est: qui amplius, reprimendus: vt neque ille desperatione frangatur, neque iste præcipitetur audacia. Quod facile sit, si etiam ij qui valent volare, ne cui sit periculo inuitamentum, paulisper cogantur incedere, qua etiam cęteris tutum est. Hæc est prouidentia veræ religionis. Hoc iussum diuinitus, hoc a beatis maioribus traditum, hoc ad nos vsque seruatum: hoc perturbare velle atque peruertere, nihil est aliud quam ad veram religionem, sacrilegam viam quærere. Quod qui faciunt, nec si eis concedatur quod volũt, possunt quo intendunt peruenire. Cuiusmodi enim libet excellant ingenio, nisi deus adsit, humi repunt. Tũc autem adest, si sobrietatis humanæ in deum tendentibus cura sit. Quo gradu nihil firmius in cœlum reperiri potest. Ego quidem huic rationi non possum resistere, nam nihil sine cognitione esse credendum, qui possum dicere? tum & amicitia, nisi aliquid credatur quod certa

ta ratione demonstrari nõ potest, omnino nulla sit, & sępe dispensatoribus seruis sine ulla culpa dominorũ creditur. In religiõe vero quid iniquius fieri potest, quam vt dei antistites nobis non fictum animum pollicentibus credant, nos eis præcipientibus nolimus credere? Postremo quæ potest esse via fallubrior, quam idoneũ primo fieri percipiendæ veritatis, adhibendo ijs fidem quæ ad præcolendum & ad præcurãdum animum sunt diuinitus constituta? Aut si iam prorsus idoneus sis, circumire potius aliquantum qua tutissimũ est ingredi quã et tibi eẽ authorẽ piculi, & cæteris temeritatis exẽplũ.

Intelligere, credere opinari.

CAP. XI.

QVARE iam superest vt consideremus, quo pacto hi sequendi non sint, qui se pollicẽtur ratione ducturos. Nam quomodo sine culpa possimus sequi eos qui credere iubent, iam dictum est: ad hos autem sponsores rationis, non modo sine vituperatione, sed etiam cum aliqua laude se venire nõnulli putant, sed non ita est. Duę enim psonæ in religione sunt laudabiles. Vna eorum qui iam inuenerunt, quos etiam beatissimos iudicare necesse est: Alia eorum qui studiosissime et rectissime inquirunt. Primi ergo sunt etiam in ipsa possessione, alteri in via, qua tamẽ certissime peruenitur. Tria sunt alia hominum genera, profecto improbanda ac detestanda. Vnum est opinantium, id est, eorum qui se arbitrantur scire quod nesciunt. Alterũ eorum qui sentiunt quidẽ se nescire, sed nõ ita quærunt vt inuenire possint. Tertium eorum, qui neque se scire existimant, nec quærere volunt. Tria sunt item velut finitima sibimet in animis hominũ distinctione dignissima, intelligere, credere, opinari. Quæ si per seipsa considerentur, primum semper si nevitio est, scẽm aliqñ cũ uitio, tertiũ nũquã sine vitio, & hoc ad eãdẽ beatitudinẽ referre debemus. In hac enim vita quãtũcunque id sciaẽ, nõdũ est beatissimũ, quoniã incomparabiliter lõge est amplius, quod inde nescitur. Nam intelligere magna & honesta vel etiam diuina, beatissimum est. Intelligere autẽ superflua, nihil nocet, sed fortasse discere nocuit, cum tempus necessariorum occuparẽt. Ipsa enim noxia non intelligere, sed facere aut pati, miserum est. Non enim si quis intelligat quomodo possit inimicus sine suo periculo occidi, intelligentia ipsa, ac nõ cupiditate reus est: quę si absit, quid innocentius dici potest? Credere autem tunc est culpandum, cũ vel de deo indignum aliquid creditur, vel de homine facile creditur. In cæteris vero rebus si quis quid credit, si se id nescire intelligat, nulla culpa est. Credo enim sceleratissimos coniuratos virtute Ciceronis quondam interfectos: atqui id non solum nescio, sed etiam nullo pacto me scire posse certe scio. Opinari autem duas ob

1. Retrac. c. 14.

Duę personę in religiões laudabiles, quæ inuenerunt, quę inquirunt.

Tria hoĩum genera in scripturis improbanda, ac detestanda.

1 2 3

Intelligere, credere, opinari.

Intelligere semper sine vitio.

Credere qñ culpandum.

Opinari qñ tur-

res

pissimum.

res turpissimum est: quod discere non potest qui sibi id scire persuasit, si modo illud disci potest: & per seipsa te meritas non bene affecti animi signum est. Nam etiam si hoc ipsum quod de Cicerone dixi, scire se quisquam arbitratur, quanquam nihil eũ impediat a discendo, quia res ipsa nulla scientia teneri potest, tamen quod non intelligit multum interesse, vtrum aliquid mentis certa ratione teneatur, quod intelligere dicimus: an famæ vel literis credendum posteris vtiliter commendetur: profecto erat, nec quisquam error turpitudine caret. Quod intelligimus igitur, debemus rationi: quod credimus, authoritati: quod opinamur, errori. Sed intelligens omnis etiam credit: credit omnis & qui opinatur: non omnis qui credit intelligit: nullus qui opinatur intelligit. Hęc ergo tria si ad illa quinque hominũ genera quę paulo ante commemorauimus, referantur: id est, duo probãda quæ priora posuimus, & tria reliqua vitiosa inuenimus primum beatorum genus ipsi veritati credere. Secundum autem studiosorum amatorumque veritatis, authoritati. In ꝙbus duobus gñibus laudabiliter creditur. In primo aut em vitiosorum: id est, eorum qui opinantur se scire quod nesciant, est, profecto vitiosa credulitas. Cætera duo improbanda genera nihil credunt, & illi qui verum quærunt cum desperatione inueniendi, & illi qui omnino non quærunt, & hoc duntaxat in rebus ad aliquam pertinentibus disciplinam. Nam in alio vitæ actu, prorsus nescio quo pacto possit homo nihil credere. Quanquam in illis etiam qui se in agendo probabilia sequi dicunt, scire potius nihil posse quam nihil credere, volunt videri. Quis enim quod probat nõ credit: aut quomodo est illud quod sequuntur, si non probatur, probabile? Quare duo genera possunt esse aduersantium veritati: unum eorum, qui scientiam tantum oppugnant, non fidem: alterum eorum, qui vtrunque cõdemnant. Qui tamen vtrum in rebus humanis inueniri possint, rursus ignoro. Hæc dicta sunt, vt intelligeremus nos retenta fide, illarum etiam rerum quas nondum cõprehendimus, a temeritate opinantium vindicari. Nam qui dicunt nihil esse credẽdum nisi quod scimus, id vnũ cauent nomen opinationis, quod fatendum est turpe ac miserrimum: sed si quis diligenter consideret plurimum interesse, vtrum se scire quis putet, an quod nescire se intelligi, credat aliqua authoritate commotus profecto erroris & in humanitatis atque superbiæ crimen vitabit.

Nullus error turpitudine caret.

Duo gña aduersantiũ veritati.

Tutissimũ credere sapiẽtibus.

CAP. XII.

Simũitudo.

QVAERO enim, si quod nescitur, credendum non est, quomodo seruiant parentibus liberi, eosque mutua pietate diligant, quos parentes suos esse non credant. Non enim ratione vllo pacto sciri potest, sed interpositã matris authoritate de patre creditur: de ipsa vero matre plerunque nec matri, sed obstetricibus, nutricibus, famulis. Nam cui furari filius potest, aliusque supponi non ne potest decepta decipere? Credimus tamen, & sine vlla dubitatione credimus, quod scire nõ posse confitemur. Quis enim non videat pietatem, nisi ita sit sanctissimum generis humani vinculum, superbissimo scelere violari? Nam quis vel insanus eum culpandum putet, qui eis officia debita impenderit, quos parentes esse crediderit, etiam si non essent? Quis contra non exterminandum iudicauerit, qui veros fortasse parentes minime dilexerit, dum ne falsos diligat, metuit? Multa possunt afferri, quibus ostendatur nihil omnino humanæ societatis incolume remanere, si nihil credere statuerimus, quod non possumus tenere preceptum. Sed nunc accipe, quod iam facilius me tibi persuasurum esse confido. Cum de religione, id est, cum decolendo atque intelligendo Deo agitur, ij minus sequendi sunt, qui nos credere vetant, rationem promptissime pollicentes. Nam nemini dubium est, omnes homines, aut stultos, aut sapientes esse. Nunc autem sapientes voco, non cordatos, & ingeniosos homines, sed eos quibus ineſt, quanta ineſſe homini potest, ipsius hominis Deiq firmissime percepta cognitio, atque huic cognitioni vita moresque congruentes: cæteros autem cuiusque modi artibus inertissque affecti sint: quolibet victu probandi siue improbandi, stultorũ in numero deputauerim. Quæ cum ita sint, quis mediocriter intelligens, non plane viderit stultis vtilius atq; salubrius esse præceptis obtemperare sapientium, quã suo iudicio uitam degere? Nam omne factum, si recte factum non est, peccatum est. Nec recte factum esse vl lo modo potest, quod non a recta ratione proficiscitur. Porro recta ratio est ipsa virtus. Cui autem hominum virtus, nisi sapientis animo prẽsto est? Solus igitur sapiẽs non peccat. Stultus ergo oĩs peccat, nisi i ijs factis in quibus sapẽti obtẽperauerit: a recta enim ratiõe talia facta, pficiscũtur, nec vt ita dicã, dĩus sui facti stultus existimandus est, cum est tanquã instrumentũ ministeriumque sapientis. Quare si omnibus hominibus non peccare, quam peccare melius est: melius profecto stulti omnes viuerent: si serui possent esse sapientium. Atque hoc si in rebus minoribus, vt in mercando vel colendo agro, in vxore ducenda, in suscipiendis educandisque liberis, in ipsa denique re familiari administranda expedire nemo ambigit, multo magis in religione. Nam & res humanæ, promptiores ad dignoscendum sunt, quam diuinæ: & in quibuscunque

Omne factum si recte factum nõ est, peccatũ est.

Sapiens nõ peccat, omnis stultus peccat.

Similitudo.

1. Retra. ca. 14

Sapientes, stultiq; qui sint.

cunque sanctioribus & prestantioribus, quo maius eis obsequium cultumque debemus, eo sceleratius periculosiusque peccatur. Nihil igitur nobis restare amodo vides, quandiu stulti sumus, si nobis vita optima & religiosa cordi est: nisi Vt quæramus sapientes, quibus obtemperando dominationem stultitiæ neque ita multum sentire, dū ineſt nobis, & euadere aliquando possimus.

Initium religionis a fide. CAP. XIII.

HIC rursus oritur difficillima quæstio: quonā enim modo stulti sapientem inuenire poterimus, cum hoc nomen, tametsi nemo fere audeat palam, plerique tamen ex obliquo sibi vendicant, cum de rebus ipsis, quarum cognitione constat sapientia, ita inter se dissentiant, ut aut nullum eorum, aut certum vnum necesse sit esse sapientem. Sed qui nam iste sit, cum ab stulto requiratur, quo pacto queat dignosci plane atque percipi, omnino non video: neque enim signis quibuslibet cognoscere aliquid potest, nisi illud ipsum, cuius ea signa sunt, nouerit. Atqui sapientiam stultus ignorat. Non enim vt aurum & argentum, cæteraque id genus, & cognoscere cū videas, & non habere concessum est. ita sapientiam mētis eius oculo, qui ea carcat, videri fas est. Sensu enim corporis quæcunque attingimus, forinsecus nobis offeruntur. Et ideo licet quoque res alienas oculis cernere, cum earum vel eius generis nos nihil habeamus. Quod autem intellectu capitur, intus apud animum est: nec id habere quicquam est aliud, quam videre. Caret autem stultus sapientia: non igitur nouit sapientiam, non enim oculis eam posset videre. Nō autem potest videre, et nō habere: neque habere: ac stultus esse. Nescit hanc igitur & dum nescit, in alio loco cognoscere non potest. Non ergo potest, quandiu stultus est quisquam, certissima cognitione inuenire sapientem, cui obtemperando tanto stultitiæ malo liberetur. Huic igitur tam immani difficultati, quoniā de religiōe quærimus, Deus solus mederi potest: quem nisi & esse, & humanis mentibus opitulari credimus, nec quærere quidem ipsam veram religionem debemus. Quid enim tandem tanto molimine inuestigare cupimus? Quid optamus attingere? Quo peruenire desideramus? Eo ne quod esse, aut ad nos pertinere non credimus? Nihil est tali mente peruersius. Tu ne cum beneficium a me petere non auderes, aut certe impudenter auderes, inuentionem religionis postulatū venis, cum Deum neque esse, neque si sit, curare nos putes? Quid si tanta res est, quę nisi sedulo atque omnibus viribus quæsita nequeat reperiri? Quid si ipsa difficillima inuentio ad capiendum quod inuentum erit, mentem quærentis exercet? Quid enim oculis nostris hac luce iucūdius & familiarius? Quam tamē perperi atque

Comparatio.

Stultus quādiu stultus ē, nō potest inuenire sapientem.

tolerare

tolerare post diuturnas tenebras nequeūt. Quid exhausto ægrotatione corpori ac commodatius, quam cibus & potio? Videmus tamen conualescentes refrenari atq; cohiberi, ne saturitati valentium committere sese audeant: cibisq; ipsis agere vt ad illum morbum, qui eos repudiabat, reuertantur. De conualescentibus loquor. Quid, ipsos ægrotantes non ne vrgemus vt aliquid sumant? In quo profecto nobis cum tanta molestia non obtēperarent, si se illum morbum euasuros esse non crederent. Quando ergo tu te operosissimæ ac laboriosissimæ inquisitioni dabis? Quando tantam, quanta ipsa res digna est, curam negociumq; tibi audebis imponere, cū id quod quæris, esse non credas? Recte igitur catholicæ disciplinæ maiestate institutum est, vt accedentibus ad religionem, fides persuadeatur ante omnia.

Xps ipse maxime exigit fidē. CAP. XIIII.

ITAQVE ille hęreticus, si quidē de his nobis sermo est, qui se Christianos dici volunt, quam mihi rationem afferat quæso te? Quid est, vnde me a credēdo, veluti a temeritate reuocet? Si nihil me credere iubet, hanc ipsam veram religionem vllam in rebus humanis esse non credo: quam cum esse non credo, non quęro. At ille, vt opinor, quærenti monstraturus est, ita enim scriptum est, Quęrens inueniet. Ad eum igitur, qui me verat credere, non venirem, nisi aliquid crederem. Est ne vlla maior dementia, quam vt eis sola, quę nulla scientia, subnixa est, fide displiceam, quæ ad eum ipsum me sola perduxit? Quid quod omnes hęretici Christo nos credere hortantur? Possuntne magis sibi aduersari? In quo dupliciter vrgendi sunt. Primum quærendum ab his, vbi sit ratio quam pollicebantur, ubi obiurgatio temeritatis, vbi præsumptio scientiæ. Si enim turpe est sine ratione cuiquā credere, quid expectas, quid satagis, vt alicui sine ratione credam, quo facilius tua ratione duci possim? An firmum aliquid superędificabit ratio tua fundamento temeritatis? Secundum illos loquor, quibus credēdo displicemus. Nam ego credere ante rationem, cum percipiendæ rationi non sis idoneus, & ipsa fide animum excolere excipiendis seminibus veritatis, non solum saluberrimum iudicio, sed tale omnino, sine quo ęgris animis salus redire non possit. Quod illis cum deridēdum & plenū temeritatis videatur, profecto vt Christo credamus, agunt impudenter. Deinde fateor me iam Christo credidisse, & in animum induxisse, id esse verum quod ille docerit, etiam si nulla ratione fulciatur. Hoc hęretice principio me docturus es. Sine pauiulum mecum ipse considerem: Christum ipsum, quomodo apparere hominibus voluit, qui istis etiam vulgaribus oculis visus esse prædicatur, ego non vidi; quibus de illo crediderim vt ad te

Mat. 7.

iam tali fide præstructus accedam, nullis me video credidisse, nisi populorum atque gentium confirmatę opinioni, ac famæ admodum Celeberrimæ: hos autem populos Ecclesiæ catholicæ mysteria vsquequaque occupasse. Cur non igitur apud eos potissimum diligentissime requiram, quid Christus præceperit, quorum authoritate commotus, Christum aliquid vtile præcepisse iam credidi? Tu ne mihi melius expositurus es quid ille dixerit? Quem fuisse, aut esse non putarem, si abs te mihi hoc commendaretur esse credendum. Hoc ergo credidi, vt dixi, famæ celebritate, consensione, vetustate roboratę. Vos autem & tam pauci, & tam turbulenti, & tam noui, nemini dubium est, quin nihil dignum authoritate preferatis. Quæ igitur ista tanta dementia est? Illis crede, Christo esse credendum: & a nobis disce quid dixerit. Cur obsecro te? Nam si illi deficerent, nec me quicquam docere possent: multo facilius mihi persuaderem, Christo non esse credendum, quam de illo quicquam, nisi ab ijs, per quos ei credidissem, discendum. O ingentem confidentiam, vel potius ineptiam: ego te doceo, quid Christus præceperit, cui credis. Quid si non ei crederē, num aliquid de illo me docere posses? Sed oportet, inquit, vt credas. Non vobis eum commendantibus? Non, inquit, nam nos illos, qui ei credunt, ratione ducimus. Cur igitur illi credam? Quia fama fundata est. Vtrum per vos an per alios? Per alios, inquit. Illis ergo credam, vt tu me doceas? Deberem fortasse, nisi me hoc illi præcipue monerent, vt omnino ad te non accederem: dicunt enim pernicioſas vos habere doctrinas. Respondebis, Mentiuntur. Quomodo igitur eis de Christo credam, quem non viderunt: de te non credam, quem nolunt videre? Scriptis, ait, crede. At scriptura omnis, si noua & inaudita proferatur vel commendetur a paucis, nulla confirmante ratione, non ei, sed illis, qui eam proferunt, creditur. Quamobrem scripturas istas si vos profertis tam pauci & incogniti, non libet credere: simul etiam contra promissum facitis, fidem potius imperando, quam reddendo rationem. Rursus me ad multitudinem famamq; reuocabis. Cohibe tandem pertinaciam, & nescio quam indomitam propagandi nominis libidinem: & mone potius vt huius multitudinis primates queram, & queram diligentissime ac laboriosissime vt ab his potius de his literis aliquid discam: qui si non essent, discendum omnino esse nescirem. Tu vero in latebras tuas redi, nec quicquam insidiare sub nomine veritatis, quam conatis eis adimere, quibus authoritatē ipse concedis. Si autem Christo etiam credendum negant, nisi indubitata ratio reddita fuerit, Christiani non sunt. Nam id aduersus nos Pagani quidam dicunt, stulte quidem, sed non sibi aduersi, nec repugnantes. Hos vero quis ferat ad Christum se pertinere profiteri, qui nisi apertissimam rationem stultis de Deo protulerint, nihil credendum esse contendunt? At ipsum videmus quantum illa, cui & ipsi credunt, docet historia, nihil prius, neque fortius, quā credi sibi voluisse: cum illi nondum essent idonei cum quibus eires esset ad diuina percipienda secreta. Quid enim aliud agunt tanta & tam multa miracula, ipso etiam dicente illa fieri non ob aliud, nisi vt sibi crederetur? Fide ille stultos ducebat, vos ratione ducitis. Clamabat ille vt crederetur, vos reclamatis. Laudabat credentes ille, vos obiurgatis. Nisi vero, aut in vinum aquam conuerteret, vt alia omittam, si nihil tale faciēntem, sed docentem homines sequi possent: aut nihil pendenda vox illa est, Credite Deo, & mihi credite: aut temeritatis ille culpandus est, qui eum in domum suam uenire, noluit, solo eius imperio pueri sui morbum credēs esse cessurum. Ergo ille afferens medicinam, quæ corruptissimos mores sanatura esset, miraculo conciliauit authoritate meruit fidem, fide atraxit multitudinem, multitudine obtinuit vetustatem, vetustate roborauit religionem: quam non solum hæreticorum ineptissima nouitas fraudibus agens, sed nec gētium quidē veternosus error violēter aduersans, aliqua ex parte cōuelleret,

Fidē a nobis ex Ioā. 2. gebat Xps sj nō inuenit quod Io. 14. exigat, nisi ipse donauerit quod Mat. 8. inueni at. Cū donum illius sit fides ipsa, testante nostro saluatore Io. 6. Hoc est opus dei, vt credatis in illū

quē ipse miſit, sed fusius infra in præf. psal. 31. & in epist. 95. in Tom. 2. horum opusculorum & in de spiritu & litera cap. 28. & 31. & in de predest. sanct. ca. 3. in. 3. To. horum opusc. & si prius aug. cōtrarie fīēt opinionis, id retractauit post. 1. retract. 23. & in de prędest. 5. 3. i. T. 3. horū opusc.

QVAMOBREM tametsi docere nō valeo monere tamē nō desino: vt quoniam multi sapiētes videri volūt neq; vtrum sint stulti, dignoscere facile est: omni intētione, votisq; omnibus, gemitibus deniq;, vel etiam si fieri pōt, flētibus Deū deprecare, vt te ab erroris malo liberet, si tibi beata vita cordi est, Quod facilius fiat, si p̄ceptis eius, quę tota Ecclesię catholicę authoritate firmata esse voluit, libēs obtēperes. Cū enim sapiens sit Deo ita mēte cōiunctus, vt nihil interponat quod separet. Deus eni est veritas: nec vllo pacto sapiēs quisquā est, si non veritatē mēte cōtingat: negare nō possumus inter stultitiā hominis, & syncerissimā Dei veritatē mediū q̄ddā interpositā esse hominis sapiētiam. Sapiēs enim quantū datū est imitatur Deum: homini autē stulto ad imitandū salubriter, nihil ē homine sapiēte propinquius: quē quoniam, vt dictū est, intelligere ratione nō facile est, oportebat quædam miracula ipsis oculis admoueri, quibus

Vja ad religionē cōmodissima. CAP. XV.

1. Retra. 14. li. 3. de lib. arb. c. 24.

Homo imitandus, sed nō ī ipso spes ponēda, ſ3 de hoc fusius in de vera religiōe ca. vlti. in To. 1. & super psal. 30. in To. 8. & in de gratia & lib. arbi. ad Val. cap. 4.. in To. 7. et i. 2 To. horū opus cullorum.

vtuntur ſtulti multo quam mente commodius vt commotorum authoritate hominū prius vita moreſque purgarentur, & ita rationi accipiendæ habiles fierent. Cū igitur & homo eſſet imitandus, & non in homine ſpes ponenda: quid potuit indulgentius & liberalius diuinitus fieri, quam vt ipſa Dei ſyncera, æterna, incōmutabilisque ſapientia, cui nos hærere oportet, ſuſcipere hominem dignaretur? Qui non modo illa faceret, quibus ad ſequendum Deum inuitaremur, ſed etiā illa pateret quibus a ſequendo Deo deterrebamur. Nā cum adipiſci certiſsimum ac ſummū bonum nemo poſſit, niſi id plene perfecteque dilexerit: quod nullo pacto fiet, quādiu mala corporis atque fortuita formidantur: ille natſcendo mirabiliter, & operando conciliauit charitatem: moriendo autem & reſurgendo excluſit timorem. Iā vero talem ſe in cæteris rebus omnibus præbuit, quas perſequi longū eſt, vt & diuina clementia quo porrigi, & humana infirmitas quo poſsit euehi ſentiremus.

Miracula conciliant fidem.

CAP. XVI.

HAEC eſt, crede, ſaluberrima authoritas: hæc prius mentis noſtræ a terrena inhabitatione ſuſpenſio: hęc in Deum verum ab huius mundi amore cōuerſio. Sola eſt authoritas, quæ cōmouet ſtultos vt ad ſapientiam feſtinent. Quādiu intelligere ſyncera non poſſumus, authoritate quidem decipi miſerum eſt: ſed certe miſerius nō moueri. Si enim Dei prouidentia non præſidet rebus humanis, nihil eſt de religione ſatagendum. Sin vero & ſpecies rerum omnium, quā profecto ex aliquo veriſsimæ pulchritudinis fonte manare credēdum eſt: & interiori neſcio qua conſcientia Deum quærendum Deoque ſeruiendum, meliores quoſcp animos quaſi publice priuatimque hortatur: nō eſt deſperandū ab eodem ipſo Deo authoritatem aliquam conſtitutam, qua velut gradu in certo innitentes, attollamur in Deum. Hæc autem ſepoſita ratione, quam ſyceram intelligere, vt ſæpe diximus, difficilimum ſtultis ē, dupliciter nos mouet: partim miraculis, partim ſequentium multitudine. Nihil horū eſt neceſſarium ſapienti, quis negat? Sed id nunc agitur, vt ſapientes eſſe poſsimus: id eſt, inhærere veritati: quod profecto ſordidus animus non poteſt. Sunt autem ſordes animi, vt breui explicem, amor quarumlibet rerū, præter animū et Deum: a quibus ſordibus quāto eſt quis purgatior; tanto verum facilius intuetur. Verum igitur videre velle, vt animum purges, cum ideo purgetur vt videas peruerſum certe atcp præpoſterum eſt. Homini ergo non valenti verū intueri, vt ad id fiat idoneus, purgaricp ſe ſinat, authoritas præſto eſt, quam paulo ante dixi partim miraculis, partim multitudine valere nemo ambigit. Miraculum voco, quicquid arduum aut inſolitū

Si dei prouidentia nō pſidet rebus humanis, nihil eſt de religiōe ſatagēdū.

Velle videre, vt purgemus animū. e p uerſum, & prcpoſterū.

Authoritas ptī miraculis. et ptī

ſolitum ſupra ſpem vel facultatē mirantis apparet. In quo genere nihil eſt populis aptius, & omnino ſtultis hominibus, quam id quod ſenſibus admouetur. Sed rurſus hæc in duo diuiduntur: quædam enim ſunt quæ ſolam faciunt admirationem, quædam vero magnā etiam gratiam beneuolentiam que conciliant. Nam ſi quis volantem hominem cernat, cum ea res nihil ſpectatori afferat commodi prēter ipſum ſpectaculum, miratur tantummodo. Si quis aūt graui & deſperato morbo affectus, mox vt iuſſum fuerit conualeſcat, admirationem ſanitatis ſuæ ſanantis etiam charitate ſuperabit. Talia facta ſunt illo tempore, quo Deus in vero homine, quantum ſat erat, hominibus apparebat. Sanati languidi, mundati leproſi, inceſſus claudis, cæcis viſus, ſurdis auditus eſt redditus. Hominis illius temporis aquā in vinum conuerſam, ſaturata quinque milia quinque panibus, tranſita pedibus maria, mortuos reſurgentes viderunt: ita quędam corpori manifeſtiori beneficio, quædam vero menti occultiore ſigno, & omnia homuibus maieſtatis teſtimonio conſulebant: ſic in ſe tūc animas errantes mortalium, diuina commouebat authoritas. Cur, inquis, iſta modo non fiunt? Quia non mouerent, niſi mira eſſent. At ſi ſolita eſſent, mira nō eſſent. Nam diei & noctis vices, & conſtantiſsimum ordinem rerū cœleſtium, annorum quadrifariam conuerſionem, decedentes redeunteſque frondes arboribus, infinitam vim ſeminum, pulchritudinem lucis, colorum, ſonorū, odorū, ſaporūcp, varietates da qui primum videat atcp ſentiat, cū quo tamē loqui poſsimus, hebeſcit obruiturque miraculis: nos vero hęc oīa, nō cognoſcendi facilitate, quid enim cauſis horum obſcurius? ſed certe ſentiendi aſſiduitate contemnimus. Facta ſunt igitur illa opportuniſsime, vt his multitudine credentium congregata atque propagata, in ipſos mores vtilis conuerteretur authoritas.

Miracula multitudine vā ſet.

1. Retract. cap. 14.

MORES autem quilibet tantum valent ad obtinendas hominum mentes, vt etiam quæ in his praua ſunt, quod fere ſuperantibus libidinibus euenit, improbari citius & deteſtari, quam deſerere aut mutare poſsimus. Parum ne conſultum rebus humanis arbitraris, quod nihil terrenum, nihil igneum, nihil denique quod corporis ſenſus attingit, pro Deo colendum eſſe, ad quem ſolo intellectu ambiendum eſt, nō pauci doctiſsimi diſputant: ſed imperitum etiam vulgus marium fœminarumque in tam multis diuerſiſcp gentibus & credit & prædicat, quod continentia vſque ad tenuiſsimum victum panis & aquæ: nō quotidiana ſolum, ſed etiam per contextos plures dies perpetuata ieiunia: quod caſtitas uſ-

Conſenſus gentiū in Chriſtū.

CAP. XVII.

Nihil quod corporis ſenſus attingit, pro deo eſt colēdū Idē. 1. retract. ca. 1. in 1. To. et i. 3. To. horę opuſ. & infra in de fi

de & symbolo cap. 7.

que ad coniugii prolisque contemptum, quod patientia usq; ad cruces flammasque neglectas: quod liberalitas vsque ad patrimonia distributa pauperibus, quod denique totius huius mundi aspernatio vsque ad desiderium mortis intenditur? Pauci hoc faciunt, pauciores bene prudenterque faciunt: sed populi probant, populi audiunt, populi fauent. Diligunt postremo populi. Populi suam imbecillitatem, quod ista non possunt, nec sine proiectu mentis in Deum, nec sine quibusdam scintillis virtutis, accusant. Hoc factum est diuina prouidentia per prophetarum vaticinia, per humanitatem doctrinamque Christi, per apostolorum itinera, per martyrum contumelias, cruces, sanguinem, mortes: per sanctorũ prædicabilem vi am, atque in his vniuersis digna rebus tãtis atque virtutibus pro temporum opportunitate miracula. Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, dubitamus non eius Ecclesiæ condere gremio, quę vsque ad confessionem generis humani ab apostolica sede per successiones episcoporum, frustra hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis culmen authoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel summę profecto impietatis est, vel præcipitis arrogantiæ. Nã si nulla certa ad sapientiam salutemque animis via est, nisi cum eos rationi præcolit fides, quid est aliud ingratum esse opi atque auxilio diuino, quam tanto labore prędite authoritati velle resistere? Et si vnaquęque disciplina, quanquam vilis & facilis, vt percipi possit, doctorem aut magistrum requirit: quid temerarię superbię plenius, quam diuinorum sacramentorum libros, & ab interpretibus suis nolle cognoscere, & incognitos velle damnare?

Cõclusio per exhortationem. CAP. XVIII.

QVAMOBREM si quid te vel ratio, vel oratio nostra cõmouit: & si veram, vt credo, curam tui geris, velim me audias: & bonis præceptoribus catholicę Christianitatis te pia fide, alacri spe, simplici charitate cõmittas: Deũq; ipsum, cuius vnius & bonitate facti sumus, & iustitia pœnas luimus, & clementia liberamur, orare non cesses. Ita tibi neque præcepta & disputationes doctissimorum hominum, & vere Christianorũ, neque libri, neque serenę ipsę cogitationes defuerint, quibus facile quod quęris inuenias. Nam istos verbosos & miseros, quid enim aliud mitius dixerim? penitus desere, qui dum nimis quęrunt vnde sit malum: nihil reperiunt nisi malum: in qua quęstione sępe auditores erigunt ad quęrendum. Sed ea docẽt excitatos, vt vel dormire semper satius sit, quam illo modo euigilare.

De lethra.

De lethargicis enim phreneticos faciunt. Inter quos morbos cũ sit vterque plerũque mortiferus, hoc tamẽ interest, quod lethargici sine aliena vexatiõe moriunt, phreneticus aũt multis, et eis potissimũ, qui volũt subuenire, metuẽdus est. Nã neq; Deus mali author est, nec vnquã eũ quicquã fecisse pœnituit, nec vllius cõmotionis animi tẽpestate turbat, nec terrę pticula regnũ eius est: nulla flagitia vel scelera probat aut impat, nunquã mentit. Hęc enim atq; huiusmodi nos mouebant, cũ ea magis inuectionibus quaterent, & hanc esse veteris Testamenti disciplinam insimularent: quod omnino falsum est. Itaque illos recte reprehendere ista concedo. Quid ergo dididici? Quid putas, nisi cum ista reprehenduntur, disciplinam catholicam non reprehẽdi? Ita quod apud eos verum didiceram, teneo: quod falsum putaueram, respuo. Sed & alia multa me docuit Ecclesia catholica, quo illi homines exangues corporibus, sed crassi mentibus aspirare nõ possunt Deum scilicet nõ esse corporeũ, nullã eius partem corporeis oculis posse sentiri, nihil de substantia eius atque natura vllo modo eẽ violabile, aut cõmutabile, aut cõpositũ, aut factũ. Quę si mihi cõcedis, nõ enim aliter de Deo sentiẽdum est, omnia illorum machinamenta subuersa sunt. Illud vero quomodo sit, vt nec Deus malum genuerit aut fecerit, nec vlla sit, fueritue vnquam natura atque substantia, quam non Deus aut genuerit, aut fecerit, & tamen a malo nos liberet: tam necessariis rationibus approbatur, vt dubitari omnino non possit: presertim tibi atque talibus, si tamen bono ingenio pietas & pax quædam mentis accedat, sine qua de tantis rebus nihil prorsus intelligi potest. Et nõ hic fama de fumo est, et ne scio qua fabella Persica, cui satis est aurem accommodare, & animum non subtilem, sed plane puerilem. Lõge omnino longe se aliter, quam vt Manichęi despiũt, veritas habet. Sed quoniã iste sermo noster multo processit lõgius quam putabam, hic finem libro faciamus: in quo memineris volo, nondum me Manichęos cœpisse refellere, & illas nugas nondum inuasisse: neque de ipsa catholica magnũ aliquid aperuisse, sed voluisse tantummodo eruere tibi si possem, falsam opinionem de veris Christianis malitiose aut imperite nobis insinuatam, & erigere ad magna quędam, & diuina discenda. Quare hoc volumen ita sese habeat: placatiore autem animo tuo facto, ero fortasse in ceteris promptior.

Discrimẽ inter lethargicum, & phreneticum.

Sine pace mentis scripturas i telligere nõ valemus.

Persicę nugæ 1. Retract. cap. 14.

FINIS

D. AVRELII
AVGVSTINI DE FIDE ET SYMBOLO
LIBER VNVS.

Quę cā & Scopus opis pñtis. CAP. I. Abac.2. Roma.1. Gal.3. Roma.10. Idem in expositione Psal:31.in Tom.8.

QVONIAM scriptum est,& apostolicæ disciplinæ robustissima authoritate firmatum,quoniam iustus ex fide viuit,eaq; fides officium a nobis exigit & cordis & linguę : ait enim Apostolus,corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem:oportet nos esse,& iustitię memores & salutis:quando quidem im sempiterna iustitia regnaturi, a præsenti seculo maligno salui fieri non possumus,nisi & nos ad salutem proximorum nitentes , etiam ore profiteamur fidē quā corde gestamus : quæ fides, ne fraudulentis calliditatibus hęreticorum possit in nobis aliqua ex parte violari, pia cautaque vigilantia prouidendum est. Est autem fides catholica in symbolo nota fidelibus,memorięque mandata,quātum res passa est breuitate sermonis Vtin cipientibus atque lactentibus, eis qui in Christo renati sunt, nondum scripturarum diuinarum diligentissima & spiritali tractatione atque cognitione roboratis, paucis verbis credendum constitueretur,proficientibus,& ad diuinam doctrinam certa humilitatis atque charitatis firmitate surgentibus, quod multis verbis exponendo esset perficiendum.Sub ipsis ergo paucis in symbolo constitutis,plerique hęretici venena sua occultare conati sunt:quibus restitit & resistit diuina misericordia per spiritales viros,qui catholicam fidem,non tantum in illis verbis accipere & credere,sed etiam domino reuelante intelligere atque cognoscere meruerunt.Scriptum est enim, Nisi credideritis,non intelligetis.Sed tractatio fidei ad munięndum symbolum valet:nō vt ipsa pro symbolo gratiam Dei consequentibus, memorię mandanda & reddenda tradatur, sed vt illa qua in symbolo retinentur contra hæreticorum insidias authoritate catholica & munitiore defensione custodiat.

Cauta vigilātia prouidēdū ne fides ab Hæreticis violetur.

Esa.7.

Pfem oīpotētē. BAP. II.

CONATI sunt enim quidam persuadere Deum patrem non esse omnipotentem:non quia hoc dicere ausi sunt,sed in suis traditionibus hoc sentire & credere conPro hac materia uincuntur.Cum enim dicunt esse naturam,quam Deus omni-

omnipotens non creauerit,de qua tamen istum mundū fabricauerit,quem pulchre ornatum esse concedunt:ita patrem omnipotentem Deum negant,vt non eum credant mundum potuisse facere,nisi ad eum fabricandum alia natura,scilicet quæ iam fuerat,& quam ipse non fecerat,vteretur:carnali scilicet consuetudine videntes fabros & domorum structores,& quoslibet opifices, qui nisi adiuuentur parata materia,ad effectum suę artis peruenire non possunt.Ita etiam intelligunt fabricatorem mundi non esse omnipotentem,si mundū fabricare non posset,nisi eum aliqua non ab illo fabricata natura, tanquam materies adiuuaret:at si omnipotentem Deum fabricatorem mundi esse concedunt, fateantur necesse est ex nihilo eum fecisse quę fecit. Non enim aliquid esse potest cuius creator non esset,cum esset omnipotens:qa & si aliquid fecit ex aliquo,sicut hominem de limo,nō vtique fecit ex eo quod ipse non fecerat , quia terram vnde limus est ex nihilo fecerat . Et si ipsum cœlum & terram,id est ipsum mundum,& omnia quę in eo sunt, ex aliqua materia fecerat,sicut scriptum est , Qui fecisti mundum ex materia inuisa,vel informi, sicut nonnulla exemplaria tenent:nullo modo credendum est illam ipsam materiam de qua factus est mundus,quanuis informem,quanuis inuisam,quocunque modo esset,per seipsam esse potuisse,tanquam coęternam & coæuam Deo: sed quemlibet modum suum quem habebat vt quomodo esset,& distinctarum rerum formas posset accipere, non habebat nisi ab omnipotente Deo, cuius beneficio est res non solum quęcunque formata , sed etiam quęcunque formabilis . Inter formatum autem & formabile hoc interest , quod formatum iam accepit formam, formabile autem potest accipere. Sed qui prestat rebus formam,ipse prestat & rebus etiam posse formari:quoniam de illo & in illo est omnium speciosissima species incommutabilis:& ideo ipse vnus est, qui cuilibet rei non solum vt pulchra sit,sed etiam vt pulchra esse possit attribuit . Quapropter rectissime credimus omnia Deum fecisse de nihilo : quia etiam si de aliqua materia factus est mundus,eadem ipsa materia de nihilo facta est vt ordinatissimo Dei munere prima capacitas formarū fieret,ac deinde formarentur quęcunque formata sunt. Hoc autem diximus , ne quis existimet contrarias sibi esse diuinarum scripturarum sententias:quoniam & omnia Deum fecisse de nihilo scriptum est,& mundum esse factum de informi materia.Credentes itaq; in Deū Patrem omnipotentem,nullam creaturam esse quę ab omnipotente non creata sit,existimare debemus . Et quia omnia per verbum creauit,quod verbū & veritas dicit & virtus

vide M.sen.ī.2. dis.1.c.1.&diuū Au.ī de Gñ. cō tra Manichęos c.2.&.5.et in de Gen.ad lit.cap. 11.in Tom.3.

Error dicentiū materiā īcreatā.

Gen.2.

Sapien.11.

Ex īuisa materia factus mūdus q̄ tñ a Deo creata est:

Qui p̄stat rebus formā, præstat & posse formari.

Io.14: 1.Corin.1.

& virtus & sapientia Dei, multisque alijs insinuatur vocabulis, qui nostrę fidei Christus Iesus Dominus commendatur, liberator scilicet noster & rector Filius Dei: non enim verbum illud per quod sunt omnia condita, generare potuit, nisi ille qui per ipsum condidit omnia.

Iesum Christũ filium. CAP. III.

CREDIMVS etiam in Iesum Christum Filium Dei Patris vnigenitum vnicum Dominum nostrum: Quod tamen Verbum non sicut verba nostra debemus accipere, quę voce atque ore prolata verberato aere transeunt, nec diutius manent quam sonant. Manet enim illud verbum incommutabiliter: nam de ipso dictum est, cum de sapiẽtia diceretur, In seipsa manens innouat omnia. Verbum autem Patris ideo dictum est, quia per ipsum innotescit Pater. Sicut ergo verbis nostris id agimus, cum verum loquimur, vt noster animus innotescat audienti, & quicquid secretum in corde gerimus, per signa huiusmodi ad alterius cognitionem proferatur: sic illa sapientia quam Deus Pater genuit, quoniam per ipsam innotescit animus secretissimus patris, verbũ eius conuenientissime nominatur. Inter animum autem nostrum & verba nostra, quibus eundem animum ostendere conamur, plurimum distat. Nos quippe non gignimus sonantia verba, sed facimus: quibus faciendis materia subiacet corpus. Plurimum autem interest inter animum & corpus. Deus vero cũ verbum genuit, id quod genuit, neque de nihilo, neque de aliqua iam facta conditaque materia, sed de seipso id quod est ipse. Hoc enim & nos conamur cum loquimur, si diligenter consideremus nostrę voluntatis appetitum, non cum mentimur, sed cum verum loquimur. Quid enim aliud molimur, nisi animum ipsum nostrum, si fieri potest, cognoscendum & perspiciendum animo auditoris inferre: vt in nobis quidem ipsi maneamus, nec recedamus a nobis, & tamen tale iudicium quo fiat in altero nostra notitia proferamus, Vt quantum facultas conceditur, quale in nobis est, tale & in illo sit. Verbum nostrum ali proferre non possumus, & ideo non potest loquentis animus penitus innotescere, vnde etiam mendacijs locus datur, cum latet. Deus autem Pater qui verissime se indicare & suum genitum scit ex animis cognituris & voluit & potuit, hoc ad se ipsum adhuc iudicandum genuit, quod est ipse qui genuit, qui virtus & sapientia esse dicitur, quia per ipsum operatus est & disposuit omnia: de quo propterea dicitur, Attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

Similitudo & differẽtia vnius & trini. c. vlt. i. T. 3. inquies ini tiũ oĩs opis ẽ ỹ bũ, igit sicut ỹ bũ nr̃m initium est ipse genuit, neque de nihilo, neque de aliqua iam facta conditaque materia, sed de seipso id quod est ipse. Deus sp differẽter dr̃ qa vnicũ ỹbũ nr̃z nõ ẽ ini tiũ oĩs opis nr̃i gignit ex tota scia nr̃a, sp ex animis gignitur, & 15. de trinita. cap. 15. Verbũ nr̃m qñ gignitur ex ignorãtia, ỹbũ Dei sp ex scia adhuc ỹbũ Dei sp ex nr̃m nõ sp verũ ỹbũ diuinũ ipa ỹitas ut Io. 1. 4. Sap. 8.

Sapien. 7. Verbum quare dictum. Similitudo.

QVAMOBREM vnigenitus filius Dei nec factus est a Patre, quia sicut dicit Euãgelista, omnia per ipsum facta sunt: nec ex tempore genitus, quia sempiternus Deus sapiẽs sempiternam secum habet sapientiã suam. Neque impar est Patri, id est in aliquo minor, quia & Apostolus dicit, Qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse ęqualis Deo. Hac igitur fide catholica & illi excluduntur qui eundem dicunt filium esse qui Pater est: quia & hoc verbũ apud Deum esse non posset, nisi apud Deum Patrem, & nulli est ęqualis qui solus est. Excluduntur etiam qui creaturam dicunt esse filium, quamuis non talem quales sunt cęterę creaturę: quantãcunque enim creaturam dicãt, si creatura est, condita & facta est: nam idem est condere quod creare, quanquam in Latinæ linguę consuetudine dicatur aliquando creare, pro eo quod est gignere, sed Græca discernit: hoc enim dicimus creaturam quod illi κτίσμα vel κτίσιν vocant. Et cum sine ambiguitate loqui volumus, non dicimus creare, sed condere. Ergo si creatura est filius, quamlibet magna sit, facta est. Nos autem in eum credimus per quem facta sunt omnia, non in eum per quem facta sunt cętera: neque enim hic aliter accipere possumus omnia nisi quęcunq; sunt facta. Sed quoniam verbum caro factum est & habitauit in nobis, eadem sapientia quę de Deo genita est, dignata est etiã in hominibus creari. Quo pertinet illud, Dominus creauit me in principio viarum suarum: via rum enim eius principium & caput Ecclesię est Christus homine indutus, per quem viuendi exemplum nobis daretur. Hęc est via certa qua peruenieremus ad Deum. Non enim redire possumus, nisi humilitate, qui superbia lapsi sumus, sicut dictum est primę nostrę creaturę, Gustate & eritis tanquam dii. Huius igitar humilitatis exemplum, id est vię qua redeundum fuit, ipse reparator noster in seipso demonstrare dignatus est, qui nõ rapinam arbitratus est esse se ęqualem Deo, sed semetipsum euacuauit formam serui accipiens, vt crearetur homo in principio viarum eius, verbum per quod facta sunt omnia. Quapropter secundum id quod vnigenitus est, non habet fratres secundum id autem quod primogenitus est, fratres vocare dignatus est, oĩs q̃ post eius & p̃ eius primatũ i Dei gr̃am renascunt̃ p̃ adoptionẽ fiunt̃, sicut apostolica doctrina cõmẽdat. Naturalis ergo filius de ipsa Patris substantia vnicus natus est, idẽ existens quod Pater, Deus de Deo, lumẽ de lumine: nos autẽ nõ lumẽ naturaliter sumus, sed ab illo lumine illuminamur, Vt sapientia lucere possimus. Erat, inquit, lumẽ verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc

Natiuitas Christi. CAP. IIII. Ioan. 1.

Phil. 2.

Creare, condere.

Ioan. 1.

Qui conceptus est de Spiritu Sancto.

Exemplum viuendi nobis p̃ Christum datũ. Gen. 3. & est quo ad humanitatem, Phil. 2. via quam ad ipsam diuinitatẽ, vttam, & veritatem valemus peruenire, supra inde doct. Christ. ca. 34. & i de catachismo c. 5. & sup. eũ. Ioan. 1. Io. trac. 13. 24.

34.&.69,in.T. 9.& in de yb. domini ser.54. in Tom.10.

in hunc mundum. Addimus itaque fidei rerum æternarum etiam temporalem dispensationem Domini nostri, quam gerere & ministrare nobis pro nostra salute digna tus est. Nam secundū id quod vnigenitus est Filius Dei: non potest dici, fuit & erit: sed tantum est: quia & quod fuit, iam non est: & quod erit, nondum est. Ille ergo est incommutabilis sine conditione temporum & varietate. Nec aliunde arbitror manare quod famulo suo Moysi tale nomen suum insinuauit. Nam cum ab eo quæreret, si se populus ad quem mittebatur cōtemneret, a quo se diceret esse missum, respōsum dicentis accepit, Ego sum qui sum. Deinde subiungit, Hæc dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos. Ex quo iā spiritalibus animis parere confido, nullam naturam Deo esse posse contrariam. Si enim ille est, & de solo Deo proprie dici potest hoc verbum: quod enim vere est, incommutabiliter manet, quoniam quod mutatur fuit aliquid quod iam non est, & erit quod nondum est: nihil habet Deus contrarium. Si enim quæreretur à nobis quid sit albo contrarium, respōderemus nigrum: si quęreretur quid sit calido contrarium, respōderemus frigidum: si quęreretur quid sit contrarium veloci, respōderemus tardum: & quæcunque similia. Cum autem quęritur quid sit contrarium ei quod est, recte respondetur quod non est. Sed quoniam per temporalem vt dixi, dispensationem, ad nostram salutem & reparationem operante Dei benignitate, ab illa incommutabili Dei sapientia natura nostra mutabilis suscepta est, temporalium rerum salubriter p nobis gestarum adiūgimus fidem, credentes in eum Dei filium qui natus est per Spiritum Sanctum ex virgine Maria. Dono enim Dei, hoc est de Spiritu Sancto concessa nobis est tanta humilitas tanti Dei vt totum hominem susciperet dignaretur in vtero virginis, maternum corpus integrum inhabitans, integrum deserēs. Cui tem porali dispensationi multis modis insidiantur hæretici. Sed si quis tenuerit catholicam fidem, vt totum hominē credat esse susceptum verbo Dei, id est corpus, animam, spiritum, satis contra illos munitus est: quippe cum ista susceptio pro salute nostra gesta sit, cauēdum est nē cùm crediderit aliquid nostrum non pertinere ad istam susceptionem, non pertineat ad salutem. Et cum homo excepta forma membrorum, quæ diuersis generibus animantium diuersa tributa est, non distet a pecore nisi rationali spiritu, qui mēs etiam nominantur, quomodo sana est fides qua creditur, quod id nostrum susceperit Dei sapiētia quod habemus commune cum pecore, illud autē nō susceperit quod illustratur luce sapiētiæ & quod hominis proprium est? Detestandi ēt illi sunt, qui Dūm nr̄um Iesum

12.d ciuita.Dei cap.2.

Exod.3.

De solo Deo p prie dici potest. hoc verbum ē.

Mens, vous

Idē & fusius infra i ps.ps.29.

Natus ex Maria virgine.

Iesum Xpum matrē Mariā in terris habuisset negāt, cū illa dispēsatio vtrūque sexū & masculinū & fœmininū honorauerit, & ad curā Dei pertinere mōstrauerit non solū quem susceperit, sed etiā illū, p quē susceperit, virum gerendo, nascendo de fœmina. Nec nos ad negandū Christi matrem cogit quod ab eo dictum est, Quid mihi & ti bi est mulier, nondum venit hora mea: sed potius admonet vt intelligamus secundū Deum non eum habuisse matrem, cuius maiestatis personam parabat ostendere, aquā in vinum vertendo. Quod autem crucifixus est, secundum hominem crucifixus est, & illa erat hora quę nondum venerat, quando dictum est, Quid mihi & ti bi, nondum venit hora mea, id est qua te cognoscam: tunc enim ut homo crucifixus cognouit hominem matrem, & dilectissimo discipulo humanissime commendauit. Nec istud nos moueat, quod cum ei nunciaretur mater eius & fratres, respondit. Quę mihi mater, aut qui fratres? &c. sed potius doceat ministerium nostrum quo verbum Dei fratribus ministramus, cum parentes impediunt nō eos debere cognosci. Nam si propterea quisq; putauerit non eum habuisse matrem in terris, quia dixit, Quæ mihi mater? cogatur necesse est & apostolos negare habuisse patres in terris, quoniam præcepit eis dicens, Nolite vobis Patrem dicere in terris, vnus est enim Pater uester qui in cœlis est. Nec nobis fidem istā uinuat cogitatio mulierbrium uiscerum, vt propterea re cusanda uideatur talis Domini nostri generatio, quod eam sordidi sordidam putant: quia & stultum Dei sapiē tibus est hominibus? & omnia munda mundis, verissime Apostolus dicit: debent enim intueri qui hoc pntāt, solis huius radios, quem certe non tanquam Dei creaturam laudant, sed tanquam Deum adorant, per cloacarum fœtores, & horribilia vsquequaque diffundi, & in his operari secundum naturam suam, nec tamen inde aliqua contaminatione sordescere, cum visibilis lux visibilibus sordibus sit natura coniunctior: quanto minus igitur poterat pollui verbum Dei, non corporeum neque visibile, de fœmineo corpore vbi humanam carnem suscepit cum anima & spiritu, quibus interuenientibus habitat maiestas verbi ad humani corporis fragilitate secretius? Vnde manifestum est nullo modo potuisse verbum Dei maculari humano corpore, quo nec ipsa anima humana maculata est. Non enim cum recipit corpus atque viuificat sed cum eus mortalia concupiscit, de corpore anima maculatur. Quod si ænimæ maculas illi vitare vellent, hæc mendacia potius & sacrilegia formidarent.

Ioan.2.

Ioan.19.

Idē sup Ioann. trac.8.in To.9.

Luc.8.

Matt.12.

Matt.13.

1.Corin.1.

Roma.14.

Tit.1.

Similitudo.

Anima nō maculat corpus sed mortalia cōcupiscēdo.

Mors Christi.

SED parua erat pro nobis Domini nostri humilitas in

CAP. V.

Passus sub Pontio Pilato. Phil.2.

in nascendo, accessit etiam vt mori pro mortalibus dignaretur: humiliauit enim se, factus subditus vsque ad mortem, mortem autem crucis: ne quisquam nostrum etiam si mortem posset non timere, aliquod genus mortis quod homines ignominiosum arbitrantur horreret.

Crucifixus mortuus et sepultus.

Credimus itaque in eum qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus. Addendum enim erat iudicis nomen propter temporum cognitionem. Sepultura vero illa cum creditur, fit recordatio noui Testamenti, quod resurrecturo ad vitę nouitatem præberet testimonium, sicut nascituro vterus virginalis. Nam sicut in illo, numero nullus altus mortuus sepultus est, nec ante nec

Tertia die resurrexit a mortuis.

postea, sic in illo vtero nec ante nec postea quicquam mortale conceptum est. Credimus etiam illum tertio die resurrexisse a mortuis primogenitū, cōsecuturis fratribus quos in adoptionem filiorum Dei vocauit, quos

Ascensio. CAP. VI. Matt.22. Gal.4.

comparticipes & cohæredes suos esse dignatus est.

CREDIMVS in cœlum ascendisse, quem beatitudinis locum etiam nobis promisit dicens: erunt sicut Angeli in cœlis, illa in ciuitate, quæ est mater omnium nostrum Hierusalem æterna in cœlis. Solet autem quosdam offendere vel impios gentiles vel hęreticos quod credamus assumptum terrenum corpus in cœlum. Ac gentiles plerunque Philosophorum argumentis nobiscum agere solent, vt dicant, terrenum aliquid in cœlo esse non posse: nostras enim scripturas non nouerunt,

1.Corin.15.

nec sciunt quomodo dictum sit, Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Non enim ita dictum est, quasi corpus vertatur in spiritum & spiritus fiat: quia & nunc corpus nostrum quod animale dicitur nō in animam versum est & anima factum, Sed spirituale corpus intelligitur, quod ita spiritui subiectum est, vt cœlesti habitationi conueniat, omni fragilitate ac labe terrena in cœlestem puritatem & stabilitatē mutata atq; conuersa. Hæc est immutatio, de qua iterum dicit Apostolus, Omnes resurgemus, sed non omnes immutabi-

1.Corin.15.

mur: quam immutationem non in deterius, sed in melius fieri docet idem cum dicit, & nos immutabimur. Sed vbi & quomodo sit in cœlo corpus domini cum: curiosissimum & superuacaneum est quærere, tantūmodo in cœlo esse credendum est. Non enim est fragilitatis nostræ cœlorum secreta discutere sed est nostræ fidei de dominici corporis dignitate sublimia et honesta sapere.

Ad dexteram Patris, CAP. VII.

CREDIMVS etiā, quod sedet ad dexteram Dei Patris: Nec ideo tamen quasi humana forma circunscriptum esse Deum Patrem arbitrandum est, vt de illo cogitantibus, dextrum aut sinistrum latus animo occurrat: aut idipsum quod sedere pater dicitur, flexis poplitibus

fieri putandum est, ne illud incidamus sacrilegiū quo execratur Apostolus eos, qui commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinē corruptibilis Rom.1.

hoīs Tale.n. simulachrū Deo nefas est xp̄iano in tēplo collocare, multo magis in corde nefarium est, vbi vere est templū Dei, si à terrena cupiditate atque errore mundetur. Ad dexteram ergo intelligendum est dictum esse in summa beatitudine vbi iustitia & pax & gaudiū est, Sicut ad sinistram hædi constituuntur: id est, in miseria, propter iniquitates & labores atque cruciatus. Sedere ergo ꝙ dicitur Deus non membrorum positionē, sed iudiciariam significat potestatem, qua illa maiestas nunquam caret, semper digna dignis tribuendo: quāuis in extremo iudicio multo manifestius inter homines Vnigeniti Filij Dei iudicis viuorum atque mortuorum claritas indubitata fulsura sit.

Simulachrū deo nefas ē christiano in templo colocare. Idem supra in de vtil. cred.c.17. &.1. retra. ca.1. Mat.25. in.1.To. operū diui.Au. &i.3. To.horū opus.

CREDIMVS etiam inde venturum conuenientissimo tempore, & iudicaturū viuos & mortuos. Siue istis nominibus iusti & peccatores significentur: siue quos tunc ante mortē nostram in terris inuenturus est appellati sunt viui, mortui vero qui in eius aduentu resurrecturi sunt: hæc dispensatio temporalis, non tantū est, sicut illa generatio secūdum Deum, sed etiam fuit & erit. Nam fuit dominus noster in terris, & nunc est in cœlis, & erit in claritate iudex viuorum atque mortuorum: ita enim veniet sicut ascendit, secundum authoritatem quæ in Actibus apostolorum continetur. Ex hac itaq; temporali dispēsatione loquitur in Apocalypsi vbi scriptū est, Hæc dicit qui est & qui fuit & qui futurus est.

Iudicium. CAP. VIII. Idē & fusius in Enchiridiō. ca. 55. in Tom.3. Act.1. Apoc.11.

DIGESTA itaque fide, atque commendata diuina generatiōe Domini & humana dispensatione, iungitur cōfessioni nostræ ad perficiendā fidē quę nobis de Deo est, Spiritus Sanctus, nō minore natura quam Pater & Filius, sed vt ita dicam consubstantialis & coæternus: qa ista trinitas vnus est Deus: non vt idē sit Pater qui est filius & Spiritus Sanctus, sed vt Pater sit Pater, & Filius sit Filius, & Spiritus Sanctus sit Spiritus Sanctus: sed hæc trinitas vnus Deus sicut scriptum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus. Deus vnus est. Tamen si interrogemur de singulis & dicatur nobis, Deus est Pater? Respondebimus, Deus. Si quæratur, vtrum Deus sit Filius: hoc respondebimus. Nec si fuerit de Spiritu Sancto talis interrogatio, aliud esse eū debemus respōdere quā Deū, vehemēter cauētes sic accipere quō de hominibus dictum est, Dij estis. Nō enim sunt naturaliter dij, quicunque sunt facti atque conditi ex patre per Filium dono Spiritus Sancti. Ipsa enim significatur trinitas cum Apostolus dicit, Quoniam ex ipso

Trinitas. CAP. IX. Credo i Spiritū Sanctum. Deut.9. Psal.81. Rom.11.

&c in

& in ipso & per ipsum sunt omnia. Quod cunque ergo de singulis interrogati, respõdeamus Deum esse de quo quæritur, siue Patrem, siue Filium, siue Spiritum Sanctũ, vt tamen non tres doceri a nobis coli quisquam existimauerit. Nec mirum quod hæc de ineffabili natura dicuntur, cum in ijs etiam rebus quas corporeis oculis cernimus & corporeo sensu dijudicamus, tale aliquid accidat. Nam cum de fonte interrogati, non posimus dicere quod ipse sit fluuius: nec de fluuio interrogati, possimus dicere quod sit fons: & rursum potionem quę de fonte vel fluuio est, nec fluuium nec fontem possimus appellare: tamen in hac trinitate aquam nominamus: & cum de singulis quæritur, sigillatim aquam respondemus. Nam si quæro vtrum in fonte aqua sit, respondetur aqua: & si quęramus vtrum aqua sit in fluuio, nihil aliud respondetur, & in illa potione non poterit esse alia responsio: nec tamen eas tres aquas, sed vnam dicimus. Sane cauendum est, ne quisquam ineffabilem illius maiestatis substantiam sicut fontem istum visibilem atque corporeum, vel fluuium vel potionem cogiter. In his enim aqua illa quę nunc in fonte est, exit in fluuiũ, nec in se manet, & cum de fluuio vel fonte in potionem transit, non ibi permanet vnde sumitur. Itaque fieri potest vt eadem aqua nunc ad fontis appellationem pertineat, nunc ad fluuij, nunc ad potionis: cum in illa trinitate dixerimus, non posse fieri vt Pater aliquando sit Filius, aliquando Spiritus Sanctus: sicut in arbore radix non est nisi radix, nec robur nisi robur, nec ramos nisi ramos possumus dicere: non enim id quod dicitur radix potest dici robur & rami, nec lignum quod pertinet ad radicem potest alio etiam transitu nunc in radice esse, nunc in robore, nunc in ramis, sed tantummodo in radice: cum illa regula nominis maneat, vt radix lignum sit, & robur lignum, & rami lignum, nec tamen tria ligna dicantur, sed vnum. Aut si hæc habent aliquam dissimilitudinem, vt possint non absurde tria ligna dici propter firmitatis diuersitatem: illud certe omnes concedunt, si ex fonte tria pocula impleantur, posse dici tria pocula, tres autem aquas non posse dici, sed omnino vnam aquam: quanquam de singulis poculis interrogatus in quolibet horum aquam esse respõdeas, quanuis nullus hic transitus fiat, sicut de fonte in fluuium dicebamus. Hæc autem nõ propter illius diuinæ naturæ similitudinem, sed etiam propter visibilium vnitatem corporalia exempla data sunt, vt intelligeretur fieri posse vt aliqua tria, non tantum sigillatim, sed etiã simul vnum singulare nomen obtineant: nec quisquam miretur & absurdum putet, quod Deum dicimus Patrem

Cõparatio sanctæ trinitatis ad sensibilia, sed in de verb. dñi sermo. 63. & in de verb. apost. ser. 1. Alis aducit similitudines, q bus ostendit, q Trinitas vna ẽ in essẽtia, & inseparabilis. & Coæterna in psonis, idq; ꝓbat exẽplo cursus, caloris, & splendoris in sole, & motus, lucis, & caloris in igne & in de verb. dñi ser. 51. et, 58, &, 64. multa alia dedit exẽpla in Tom. 10.

Cõparatio sanctæ trinitatis ad sensibilia.

trem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, nec tamẽ tres Deos in ista trinitate, sed vnum Deum, vnamque substantiam. Et de Patre quidẽ & filio multis libris disseruerunt docti & religiosi viri, quibus quãtũ homines hominibus poterãt, quemadmodũ non vnus esset Pater & Filius, sed vnum essent, & quid proprie Pater esset, & quid Filius insinuare conati sunt, quod ille genitor, hic genitus: ille nõ de Filio hic de Patre: huius ille principiũ, vnde & caput Christi dicitur, quanuis & Christus principiũ, sed nõ Patris: hic vero illius imago, quanuis nulla ex parte dissimilis & omnino idiffer ẽter ęqualis. Tractant hęc latius ab eis qui nõ tã breuiter quã nos, totius Christianę fidei professionẽ volũt explicare. Itaque inquantũ filius est, de Patre accepit vt sit, cũ ille de Filio id nõ acceperit: & inquãtum hominẽ, mutabilẽ sci licet creaturã in melius commutãdã ineffabili misericordia, tẽporali dispẽsatione suscepit, multa de illo in scriptu ris inueniunt ita dicta, vt impias hęreticorũ mẽtes prius volẽtes docere quã nosse in errorẽ miserint, vt putarẽt eũ nõ ęqualẽ Patri, nec eiusdem substãtiæ: qualia sunt il la, Quoniã Pater maior me est: & caput mulieris vir: ca put Viri Christus, caput ãt Christi Deus: &, Tũc ipse subiectus erit, ei, qui illi subiecit oĩa: &, Vado ad Patrem meum & Patrẽ vestrũ Deũ meum et Deũ vestrũ: & nõ nulla huiusmodi: quę oĩa posita sunt, nõ vt naturæ atq; substãtiæ inæqualitatẽ significẽt, ne falsa sint illa, Ego & Pater vnũ sumus: &, Qui me vidit, vidit & Patrẽ meũ: &, Deus erat verbum: non enim factus est, cum oĩa per ipsum facta sint: &, Nõ rapinã arbitratus est esse ęqualis Deo: & cętera talia: sed illa posita sunt, partim propter administrationẽ suscepti hominis, qua dicit, Semetipsum exinaniuit: nõ quia mutata est illa sapiẽtia, cũ sit omnino incõmutabilis, sed quia humiliter hominibus innotescere volu t: partim propter hãc administrationẽ illa ita scripta sunt, de qbus hæretici calumniant: partim ꝓpterea quia Filius Patri debet quod est, hoc etiã vtique debens Patri quod eidẽ Patri æqualis, aut par est, Pater aũt nulli debet qcquid est. De Spiritu Sãcto ãt nondum tã copiose ac diligẽter disputatũ est a doctis, & magnis diuinarũ scripturarũ tractatoribus, vt intelligi facile possit & eius propriũ, quo proprio sit Vt eũ neq; Filiũ neq; Patrẽ dicere possimus, sed tantũ Spiritum Sanctum: nisi quod eum donũ Dei esse prędicant, vt Deum credamus nõ seipso inferius donum dare: seruant tamẽ vt non genitum Spiritum Sanctum tanquã Filium de Patre prędicent, vnicus enim est Christus, neq; de Filio tanquã nepotem summi Patris: nec tamẽ id quod est, nulli debere, sed Patri ex quo oĩa: ne duo cõstituamus principia sine

Pater & filius nõ vnus, sꝫ vnũ sunt. Io. 10. ego & pater vnum sumus.

Ioan. 8.

Ioan. 14.

1. Corin. 11.

Heb. 2. & 1.

Corin. 15.

Ioan. 16.

Ioan. 10.

Ioan. 1.

Phil. 2.

Filius debet pr qcquid est, sed non debet id pater alicui.

De spiritu sancto qũo a pre & filio ꝓcedit, patri & filio coeternus, i de ẏb. dñi ser. 51. & 58. & 64. & in de verb. apost. 1, in Tom. 10.

 principio,

principio, quod falsissimũ est & absurdissimum, & non catholicę fidei, sed quorũdam hęreticorum errori proprium. Ausi sunt tamẽ quidam ipsam communionẽ Patris & Filij, atq; (vt ita dicam) deitatẽ, quam Græci θεότητα appellant, Spiritum Sãctum credere: vt quoniam Pater Deus, & Filius Deus, vt ipsa deitas sibi qua copulãtur, & ille gignendo Filium, & ille Patri cohærendo & ei a quo est genitus, æquetur. Hanc ergo deitatem, quã etiam dilectionem in se inuicem amborum charitatemque volunt intelligi, Spiritum Sanctũ appellatum dicunt, multisq; scripturarum documentis adsunt huic opinioni suę: Roma.5. siue illo quod dictum est, Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis, siue alijs multis talibus testimonijs: & eo ipso quod per Spiritum Sanctũ reconciliamur Deo, vnde etiã donum Dei dicunt, satis significari volunt charitatẽ 1.Ioan.3. Dei esse Spiritum Sanctum. Non enim reconciliamur il- 1.Ioan.4. li, nisi per dilectionẽ, qua etiam Filij Dei appellamur: nõ Roma.8. iam sub timore tanquam serui, quia cõsummata dilectio foras mittit timorẽ & spiritum libertatis accipimus, in quo clamamus Abba Pater. Et quia reconciliati & in amicitiam reuocati per charitatẽ poterimus omnia se- Ioan.16. creta Dei cognoscere, propterea de Spiritu Sancto dicitur, Ipse vos inducet in omnem veritatem. Propterea & fidẽtia prædicandę veritatis, quia impleti sunt aduentu eius apostoli, recte charitati tribuitur: quia & diffidẽtia timori datur, quã consummatio charitatis foras mittit. Et ideo etiam donum Dei dicitur, quia eo quod quisque nouit non fruitur, nisi & id diligat. Frui autem sapiẽtia Dei, nihil aliud est quam ei dilectione cohærere: neque quisquam in eo, quod percipit permanet nisi dilectione: & ideo Spiritus Sanctus dicitur, quoniam ad permanendum sanctiuntur quęcunq; sanctificantur: nec dubium est Sanctitas a sanciendo. a sanciendo sanctitatem vocari. Maxime autem illo testimonio vtũtur assertores huius sententiæ quod scriptũ Ioan.3. est, Quod natum est de carne, caro est: & quod natum ẽ 1.Ioan.4. de Spiritu, Spiritus est: quoniam Deus Spiritus est. Hoc enim regenerationem nostram dicunt, quæ non secundum Adam de carnę est, sed secundum Spiritum de Spiritu Sancto. Quapropter si Spiritus Sancti hoc loco facta est commemoratio, vbi dictum est, Quoniam Deus 1.Corin.15. Spiritus est: animaduertendum dicunt, non dictum esse quoniam Spiritus Dei est, sed quoniam Deus Spiritus est: vt ipsa deitas Patris & Filij hoc loco dicta sit Deus, quod est Spiritus Sanctus. Huc accedit aliud testimonium quod dicit Ioannes apostolus, Quoniam Deus dilec- 1.Ioan.4. tio est. Hic enim non ait, dilectio Dei, sed Deus dilectio est; vt ipsa deitas dilectio intelligatur. Et quod in illa

illa enumeratione connexarum sibi rerum, vbi dicitur, Omnia vestra, vos autem Christi, Christus autem Dei: 1.Corin.3. &, Caput mulieris vir, caput viri Christus caput autem 1.Corin.11. Christi Deus: nulla sit commemoratio Spiritus Sancti: ad hoc pertinere dicunt, quia non fere in jis quæ sibi connexa sunt numerari solet ipsa connexio. Vnde etiam in illo loco trinitatem ipsam videntur agnoscere qui legunt attentius, cum dicitur, Quoniam ex ipso & per Roma.11. ipsum & in ipso sunt omnia. Ex ipso, tanquam ex eo qui nulli debet quod est: per ipsum, tanquam per mediatorem: in ipso, tanquam in eo qui continet, id est copulatione coniungit. Huic sententiæ contradicunt qui arbitrantur istam communionem, quam deitatem vel dilectionem siue charitatem appellamus, non esse substantiam: quærunt autem secundum substantiam sibi exponi Spiritum Sanctum: nec intelligunt non aliter potuisse dici, Deus dilectio est: nisi esset dilectio substantia. Dicũt quippe, consuetudine rerum corporalium: quoniam si duo sibi corpora copulentur, ita vt iuxta inuicem collocentur, ipsa copulatio non est corpus, quandoquidem separatis illis corporibus quæ copulata fuerant, nulla inuenitur: nec tamen quasi deces sisse & migrasse intelligitur sicut illa corpora: sed hi tales cor mundum faciant quantum possunt, vt videre valeant in Dei substantia non esse aliquid tale, quasi aliud ibi sit substantia, aliud quod accidat substantiæ & non sit substantia: sed quicquid ibi intelligi potest, substantia est. Verum hæc dici possunt facile & credi: videri autẽ nisi puro corde quomodo se habeant omnino non possunt. Quapropter siue ista vera sit sententia, siue aliud aliquid sit, fides incõcussa tenenda est, vt Deum dicamus Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum: neque tres deos, sed istã trinitatem vnum Deum, neque diuersos natura, sed eiusdem substantiæ: neque vt Pater aliquando sit Filius, aliquando sit Spiritus Sanctus, sed Pater semper Pater, & Filius semper Filius, & Spiritus Sanctus semper Spiritus Sanctus: Nec temere aliquid de inuisibilibus affirmemus tanquam scientes, sed tanquam credentes, quoniam videri nisi mundo corde non possunt. Et qui ea 1.Corin.13. videt in hac vita ex parte, vt dictum est, atque in ænigmate, non potest efficere vt & ille videat cui loquitur si cordis sordibus impeditur. Beati autem mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Hæc est fides de Deo Matth.5: conditore & renouatore nostro. Sed quoniam dilectio Deut.6: non tantum in Deum nobis imperata est, cum dictum Mat.19. &.22. est, Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde, & De hoc fusius ex tota anima tua, & ex tota mente tua: sed etiam in præfatione Ps. proximum, nam diliges, inquit, proximum tuum tan- 21.in.Tom.8.

quam teipsum: si autem ista fides congregationem socie
tatemque hominum non teneat, in qua fraterna charitas operetur, minus fructuosa est.

Credere Ecclesiam catholicã. CAP. X.

CREDIMVS & sanctam Ecclesiam, vtiq; catholicam: nã & hæretici & schismatici, congregationes suas Ecclesias vocant. Sed hæretici de Deo falsa sentiendo ipsam fidem violant, schismatici autem discissionibus iniquis a fraterna charitate dissiliunt, quanuis ea credant, quæ credimus. Quapropter nec hæreticus pertinet ad Ecclesiam catholicam, quæ diligit Deũ: nec schismaticus, quoniã diligit ꝓximũ, & ideo peccatis proximi facile ignoscit, qui sibi nouit ignosci ab illo, qui nos reconciliauit sibi delens omnia ꝑterita, & ad vitã nouam nos vocans, quam vitam donec perfectam capiamus, sine peccatis esse non possumus: intereat tamẽ quia sint. Nec de peccatorum differentia modo tractandũ est, sed credendum omnino, nullo modo nobis ignosci ea quæ peccamus, si nos inhexorabiles ad ignoscenda peccata fuerimus. Itaque credimus & remissionem peccatorum. Et quoniam tria sunt quibus homo constat, spiritus, anima & corpus: quæ rursus duo dicũtur, quia sæpe anima simul cũ spiritu nominatur. Pars enim quædam eiusdem rationalis qua carent bestiæ, spiritus dicitur: principale nostrum spiritus est: deinde vita qua coiungimur corpori anima dicitur: postremo istud, quod visibile est vltimum nostrum est corpus. Hoc autẽ omnis creatura ingemiscit & parturit vsque nũc, dedit tamen primitias spiritus, quia credidit Deo, & bonæ iam voluntatis est. Hic spiritus etiã vocatur mens, de quo dicit Apostolus, Mente seruio legi Dei. Qui item alio loco dicit, Testis est enim mihi Deus, cui seruio in spiritu meo. Anima vero cũ carnalia bona adhuc appetit, caro nominatur. Pars enim eius quædam resistit spiritui non natura, sed consuetudine peccatorum. Vnde dicitur, Mẽte seruio legi Dei, carne aũt legi peccati. Quæ cõsuetudo in naturam versa est secundum generationem mortalem peccato primi hominis. Ideoque scriptũ est, Et nos aliquando fuimus naturaliter filii iræ: id est vindictæ, per quam factum est vt seruiamus legi peccati. Est autem animæ natura perfecta, cum spiritui suo subditur, & cum sequitur sequentem Deum: ideo animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei. Sed nõ tam cito anima subiugatur spiritui ad bonam operationem, quã cito spiritus Deo ad verã fidẽ & bonam voluntatẽ: sed aliquãdo tardius eius impetus, quo in carnalia & tẽporalia defluit, refrenatur. Sed quoniã & ipsa mundatur, recipiens stabilitatẽ naturę suę dominante spiritu qui sibi caput est, cui eius capiti caput est Christus,

Remissionem peccatorum.

τὸν ψυχικὸν

Roma. 8.

Ro. 7.

Ro. 1.

Ro. 7.

Ephe. 2.

1. Corin. 2.

stus, non est desperandũ etiã corpus restitui naturæ propriæ: sed vtique non tã cito quam anima: sicut nec anima tam cito quam spiritus, sed tempore opportuno in nouissima tuba cũ mortui resurgent incorrupti & nos immutabimur. Et ideo credimus & carnis resurrectionem, non tantum quia reparatur anima, quæ nunc propter carnales affectiones caro nominatur: sed hæc etiã visibilis caro quæ naturaliter est caro, cuius nomẽ anima non ꝓpter naturã, sed propter affectiones carnales accepit. Hæc ergo visibilis, quæ caro proprie dicitur, sine dubitatione credenda est resurgere. Videtur enim Paulus apostolus eam tanquam digito suo ostẽdere, cũ dicit: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ. Cum enim dicit, hoc, in eã quasi digitũ intendit. Quod autem visibile est, id potest digito ostendi: quoniam post & anima corruptibilis dici, nã vitiis morũ ipsa corrumpitur. Et mortale hoc induere immortalitatẽ, cum legitur, eadem significatur visibilis caro, quia in eam identidem velut digitus intenditur. Potest enim & anima sicut corruptibilis propter morum vitia, ita etiam mortalis dici. Mors quippe animę est apostatare a Deo, quod primum eius peccatum in paradiso sacris literis continetur. Resurget igitur corpus secundum Christiana fidẽ, quę fallere non potest. Quod cui videtur incredibile, qualis nunc sit, caro attendit, qualis autẽ futura sit non considerat: quia illo tẽpore immutationis angelicę non iam caro erit ex sanguis, sed tantũ corpus. Cũ enim de carne Apostolus loqueretur: Alia, inquit, caro pecorum, alia volucrum, alia piscium, alia serpentum: & corpora celestia & corpora terrestria. Non enim dixit caro cœlestis, dixit aũt cœlestia & terrestria corpora. Omnis enim caro etiam corpus est, non autẽ omne corpus caro est. Primo in istis terrestribus, quoniam lignum corpus est, sed non caro: hominis autem vel pecoris, & corpus & caro: in cœlestibus vero nulla caro, sed corpora simplicia & lucida, quę appellat Apostolus spiritalia, nonnulli autẽ vocant ætherea. Et ideo non carnis resurrectioni cõtradicit illud quod ait, Caro & sanguis regnũ Dei non possidebunt. Sed quale futurum sit quod nũc caro & sanguis est, prędicat. In qualem naturam quisquis non conuerti posse hãc carnem credit, gradibus ducẽdus est ad fidẽ. Si enim ab eo queras, vtrũ terra in aquã possit conuerti, propter vicinitatẽ non ei videt incredibile. Rursum si queras, vtrũ aqua possit in aerẽ, nec; hoc absurdũ esse respondet, vicina enim sunt sibi: & de aere si quæratur vtrũ in ætheream corpus, ideſt cœleste possit mutari, iam ipsa vicinitas persuadet. Quod ergo per hos gradus fieri posse cõ

1. Corin. 15. Carnis resurrectionem.

1. Corin. 15.

Mors animę est apostatare a Deo & ẽ initiũ oĩs peccati, vt sup. Psal. 6. habeẽ i To. 8. et a

1. Cor. 15. Beda sup. 1. cap. epist. ad Rom. sed vt mors ista ẽ i deterius, sic ẽ et alia animæ mors in melius, qua peccatis mortui, deo viuimus, de qua in

1. Co. 15. quit apo. ad col. 2. si autẽ mortui estis cũ Christo ab elemẽtis huius mũdi qd adhuc velut viuentes de hoc mundo decernitis? Et ad col. 3. mortui e-

aim estis et vita vestra abscondita est cū Christo in deo.

1. Corin. 15.

cedit vt tetra in corpus æthereū conuertatur, cur non accedente Dei voluntate qua corpus humanū supra aquas potuit ambulare, celerrime id fieri posse, quemadmodū dictū est, in ictu oculi sine vllis talibus gradibus credit, sicut plerūque fumus in flāmā mira celeritate cōuertitur? Caro enim nra vtique ex terra est. Philosophi enim quorum argumentis sæpius resurrectioni carnis resistitur, quibus asserunt nullū posse esse terrenū corpus in cœlo, quodlibet corpus in omne corpus cōuerti & mutari posse concedūt. Qua corporis resurrectione facta a tēporis cōditione liberati, æterna vita ineffabili charitate atq; stabilitate sine corruptione perfruemur. Tunc enim fiet illud, quod scriptum est, Absorpta est mors in victoriā: vbi est mors aculeus tuus? vbi est mors contentio tua? Hęc est fides quæ paucis verbis tenenda in symbolo nouellis Christianis datur. Quæ pauca verba fidelibus nota sunt, vt credendo subiūgerētur Deo, subiugati recte viuant, recte viuendo cor mundēt, corde mundo quod credunt intelligant.

D. AVRELII

AVGVSTINI LIBER VNVS DE FIDE AD PETRVM DIACONUM prologus.

Quod Aug. Petro promittit se facturū compēdiū de fide, qua discet fugere illa quę infideles homines solent auribus susurrare fidelium. Heb. 11. Ro. 14.

EPISTOLAM Filij Petre tuæ charitatis accepi. In qua te significasti velle Hierosolymam pergere, & postulasti te literis nostris instrui, quam debeas in illis partibus verę fidei regulā tenere, vt nullus tibi possit sensus hæreticæ subrepere falsitatis. Gaudeo quidem quod pro fide vera sine vllo perfidiæ vitio custodienda solicitudinē geris, sine qua nulla pōt, pdesse, imo nec esse cōuersio. Apostolica qppe dicit authoritas, quia sine fide impossibile est placere Deo. Fides namq; est bonorum omnium fundamentum. Fides est humane salutis initium. Sine hac fide nemo ad filiorum Dei numerum potest peruenire: quia sine ipsa nec in hoc seculo quisquā iustificationis gratiam consequitur, nec in futuro vitam possidebit æternam. Et si quis hic non ambulauerit per fidem, non perueniet ad speciem. Sine fide omnis labor hominis vacuus est. Tale quippe est, vt sine vera fide quisque velit Deo per contemptum seculi placere: quale si quisquam tendens ad patriā, in qua scit beate esse

1. Corin. 5.

te esse victurum, relinquat itineris rectitudinem, & improuidus sectetur errorem: quo non ad beatam ciuitatem perueniat, sed in præcipitium cadat, vbi non gaudium perueniendi detur, sed cadenti interitus inferatur. Veruntamen vt de fide sufficiens sermo promatur, nec temporis suffragatur spatium, quia celeriter nostrum cupis habere responsum, & tam magnum est huius disputationis opus, vt a magnis vix possit impleri. Neque enim popposcisti sic debere de fide instrui, vt vnam quālibet hæresim designares, contra quam specialiter nostræ disputationis vigilaret intentio: sed cum indefinite definitionem fidei petis, eamque cupis etiam sub breuitate concludi, vides proculdubio quam sit nobis impossibile, vtrem tantam in breui plene comprehendamus. Cui sufficientes esse non possumus, etiam si tantum spatium temporis, & tale nobis esset ingenium, vt multa voluminum de hoc quod a nobis expetis, facere valeremus. Sed quia Deus prope est, omnibus inuocantibus eum in veritate, qui verbum consumans & breuians fecit super terram, spero, quia sicut tibi dedit huius fidei nē sanctam solicitudinem, sic etiam mihi, vt tuo tam bono tanque laudabili seruiam desiderio, sufficientem tribuet facultatem: vt & si non potuero cuncta dicere, ex quibus omnis error hæreticus possit agnosci, & agnitus vel conuinci valeat vel vitari: tamē in nomine atque adiutorio sanctę trinitatis, quę vnus solus verus & bonus est Deus ea dicam in quibus saltem magna ex parte rationem fidei catholicę cōstet sine aliqua erroris caligine contineri: quibus retentis poteris & illa deprehendere atque fugere: quæ & si in hoc opere non videntur speciali disputatione conuinci, tamen ex iis quę hic generaliter atque absolute ponentur, appareant illa quæ infideles homines auribus solent susurrare fideliū, iron regula diuinæ veritatis tradita, sed nequitia humana erroris inuenta.

Esa. 10. & hab. 9

Augā de ciuita. ca. 1. in To.



VOCVNQVE igitur loco fueris cōstitutus, quia secundū regulā nostri Saluatoris iperio promulgatā, nosti te in vno Patris et Filj et Spiritus Sancti nomine baptizatum, principaliter atq; idubitāter toto corde retine, Patrē Deū, Filiū Deū & Spiritū Sanctū Deū, id est, sanctam atque ineffabilem trinitatem vnum esse naturaliter Deum, de quo in Deuteronomio dicitur: Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est. Et, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Veruntamen quia istum

Trinitas. CAP. I.

Matth. 28.

Deut. 6. Matth. 4.

Quod pr̃ filius & spũs sanctus vnus sint deus, exẽplis a sensibilibus, pbat in de fide & symbolo c. 9. i T. 3 & ĩ isto. 1. To. opu. & ĩ de verbis dñi sermone. 51. &. 58. & 64. in Tom. 10.

vnum Deum, qui solus est verus naturaliter Deus, non Patrem solum, neque filium solum neque solum Spiritum Sanctum, sed simul Patrem & Filium & Spiritum Sanctum diximus esse, cauendum est ne sicut Patrẽ & Filium & spiritum sanctum vnum Deum esse, quantum ad naturalem attinet vnitatem, veraciter dicimus: sic eũ qui pater est, eundem vel filium vel spiritum sanctum, aut eum qui filius est, siue patrem siue spiritum sanctum aut eum qui spiritus sanctus proprie in confessione huius trinitatis dicitur, vel patrem vel filium personaliter dicere siue credere, quod omnino nefas est, audeamus. Fides enim quam sancti Patriarchæ atque Prophetæ ante incarnationem filij Dei diuinitus acceperunt, quam etiam sancti Apostoli ab ipso domino in carne posito audierunt, & spiritus sancti magisterio instructi, non solum sermone prædicauerunt, verum etiam ad institutionem saluberrimam posterorum scriptis suis inditam reliquerunt, vnum Deum prædicat trinitatem, id est patrem & filium & spiritum sanctũ. Sed trinitas vera nõ esset, si vna eademque persona diceretur pater & filius & spiritus sanctus. Si enim sicut est patris & filii & spiritus sancti vna substantia, sic esset vna persona, nihil omnino esset in quo veraciter trinitas diceretur. Rursus quidem trinitas esset vera, sed vnus Deus trinitas ipsa non esset, si quemadmodum pater & filius & spiritus sanctus personarum sunt abinuicem proprietate distincti, sic fuissent naturarum quoque diuersitate discreti. Sed quia in illo vno vero Deo trinitate, non solum quod vnus Deus est, sed etiam quod trinitas est, naturaliter verum est, propterea ipse verus Deus in personis trinitas est, & in vna natura vnus est. Per hanc vnitatem naturalem totus pater in filio & spiritu sancto est, totus filius in patre & spiritu sancto est, totus quoque spiritus sanctus in patre & filio. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est, quia nemo alium aut præcedit ęternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate: quia nec filio nec spiritu sancto quantum ad naturę diuinæ vnitatem pertinet, aut anterior, aut maior pater est: nec filii æternitas atque immensitas, velut anterior aut maior spiritus sancti immensitatem ęternitatemque aut præcedere aut excedere naturaliter potest: Sicut ergo nec filius posterior aut minor est patre, ita nec spiritus sanctus posterior aut minor est filio. Aeternum quippe & sine initio est, quod de patris natura natus exiuit: & æternum ac sine initio est, quod spiritus sanctus de natura patris filiiq; procedit. Ob hoc ergo tres, vnum recte credimus & dicimus deum, quia una prorsus ęternitas, vna immẽsitas, & vna naturaliter est triũ personarum

personarũ diuinitas. Teneamus igitur patrem & filium & spiritum sanctum vnum esse naturaliter deum, neque tamen ipsum patrem esse qui filius est, neque filium ipsum esse qui pater est, nec spiritum sanctũ ipsum esse qui pater aut filius est. Vna enim est patris & filii & spiritus sancti essentia quam Græci οὐσίαν vocant, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus, quanuis personaliter sit alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus. Quod nobis maxime in ipso sanctarum scripturarum initio demõstratur, vbi deus dicit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cum enim in singulari numero dicit, imaginem, ostendit unã naturam esse, ad cuius imaginem homo fieret. Cum Vero dicit pluraliter, nostram, ostendit eundem deum ad cuius imaginem homo fiebat, non vnam esse personam. Si enim in illa vna natura patris & filii & spiritus sancti vna esset persona, non diceretur ad imaginẽ nostrã, sed ad imaginem meam, nec dixisset faciamus, sed faciã. Si vero in illis tribus personis tres essent intelligendæ vel credendę substantiæ, non diceretur, ad imaginẽ nostram, sed ad imagines nostras. Vna enim imago trium naturarum inęqualium esse non posset. Sed dum ad vnã imaginem vnius Dei homo factus dicitur, vna sanctę trinitatis essentialiter diuinitas intimatur. Denique & paulo post pro eo quod superius dixerat, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, sic hominem factum scriptura narrauit vt diceret, & fecit Deus hominem, ad imaginem dei fecit eum. Hanc trinitatem personarum atque vnitatem naturę Propheta Esaias reuelatam esse sibi non tacuit, cum se dicit seraphin vidisse clamantia, Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth, Vbi prorsus in eo quod dicitur tertio sanctus, personarum trinitatem, in eo vero quod dicitur semel dominus deus sabaoth, diuinę naturæ cognoscimus vnitatem. In illa igitur sancta trinitate quę ideo a nobis repetitur toties, vt nostro cordi tenacius infigatur, Vnus est deus pater, qui solus essentialiter de seipso vnũ filiũ genuit, & vnus filius qui de vno patre solus est essentialiter genitus, & vnus spiritus sanctus qui solus essentialiter de patre filioq; procedit. Hoc autem totum vna pſona non posset, scilicet gignere se, & nasci de se, & procedere de se. Quia igitur aliud est genuisse quam natum esse, aliudq; est procedere q̃ genuisse vel natũ esse, manifestum est, quoniã alius est pater, alius filius, alius spiritus sanctus. Trinitas itaque ad personas patris & filii & spiritus sancti refertur vnitas ad naturam.

οὐσία

Gen. 1. Trinitas authoritate sacræ scripturę pbat, sed fusius ĩ de. 5. hęresibus ca. 2. & 3. & 4. ĩ T. isto 1. opus. & in de verb. apost: sermone. 1, ĩ T. 10.

Esa. 6.

SICVT ergo secundum illam diuinitatem qua vnũ sunt pater & filius & spiritus sanctus, necq; patrẽ natũ credimus,

Humanitas xp̃i CAP. 11.

credimus, neque spiritum sanctum, sed solum filium: sic etiam secundum carnem solum filium natum catholica fides & credit & prædicat. Neque enim in illa trinitate proprium esset solius patris, quia non est natus ipse, sed vnum filium genuit: neq; proprium solius filii, quia nō genuit ipse, sed solus de patris essentia natus est: neque proprium spiritus sancti, quia nec natus est ipse, nec genuit, sed solus de patre filioque procedit: si secundum diuinam quidem naturam deus pater de nullo nasceretur deo, secundum carnem tamen ipse nasceretur ex virgine. Si enim pater nasceretur de virgine, vna persona esset pater & filius: ipsa autem vna persona, pro eo qa Ioan.3. non de deo, sed tantum de virgine nasceretur non dei filius, sed tantum hominis filius veraciter diceretur. Ipse autem dei filius dicit, quia sic dilexit deus mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Et iterum. Nō enim misit deus filium suum in mundum vt iudicet mundū, sed 1.Ioan.5. vt saluetur mundus per ipsum, nec beatus dixisset Ioannes, Qui diligit genitorem diligit & eum qui natus est Ioan.5. ex eo. Nec ipse filius dixisset, Pater meus vsque modo operatur & ego operor. Ipse enim qui filius dicitur, si idem esset & pater, non veraciter dei filius diceretur, Mat.3. quia non de deo, sed de sola virgine nasceretur. Ad extre- Mat.17. mum nec ipse pater de cœlo testaretur, & suum corporali voce filium demōstraret, dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Apostolus quoq; Roma.8. non dixisset de deo patre, Qui proprio filio suo non Roma.14. pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Sed quoniam omnia ista diuinitus ad nostram doctrinam dicta sunt, & quia diuina dicta sunt vtique vera sunt: verum est quod fides catholica prædicat, & secūdum diuinitatem de patre natum esse solum filium eternum cum patre, immortalem, impassibilem atq; incommutabilem deum: & secundum carnem non patrē, sed vnigenitum eius filium, saluaæternitate sua temporaliter natum, salua impassibilitate sua passum, salua immortalitate sua mortuum, salua incommutabilitate sua, quia deus verus & vita eterna est, veraciter suscitatum. Qui totum habet commune cum patre quod æternus naturaliter sine initio habuit: & nihil habet commune cum patre eorum quę in suam personam remporaliter atq; humiliter ille eternus atque excelsus accepit de virgine. Vna enim persona esset pater & filius: ipsa autem una persona, pro eo qa nō de deo, sed tm̄ de virgine nasceret, nō dei filius. Rursus si nō ille q proprius atq; vnige- Gal.4. nitus dei patris filius est, sed spiritus sanctus nasceretur ex virgine, nō ipsum qui factus est ex muliere, factus sub lege, natū de spū sancto ex Maria virgine, in symbolo

bolo acceptū & corde ad iustitiā credaret, & ore ad salutē sancta Ecclesia cōfiteret, sed & ipse spūs sanctus, q Roma.10 patris & filii spūs est, formā serui acciperet, nō ipse spūs Philip.2. sanctus sup seipsum hoiem factū in colūbæ spē cœlitus Matt.3. aduenret. Pater ergo deus de nullo genitus deo, semel de sua natura sine initio genuit filium deum sibi æqualē, & eadem qua ipse naturaliter eternus est diuinitate coeternū. Sed idē deus filius cū sit æternus & verus, & cū patre secundum diuinitatē naturaliter vnus deus est, secundū hoc quod dicit, Ego & pater vnū sumus, idē pro Ioan.10. nobis est homo factus verus & plenus: In eo verus, qa veram habet deus ille humanā naturā, in eo vero plenus, qa & carnē humanā suscepit, & animam rationalem. Idem tamen vnigenitus deus natus est semel ex patre, semel ex matre. Natus est enim de patre deus verbum, natus est ex matre Verbum caro factum. Vnus er- Ioan.1. go est atque idem deus dei filius natus ante secula, & natus in seculo, & utraque natiuitas vnius est filii dei. Diuina, secūdum quam creator in forma dei coeternus patri deus est: humana, secundum q̄ semetipsum exinaniens, & formam serui accipiens, non solum in cōceptu materni vteri semetipsum dum homo fieret, eadē seruilis formę susceptione formauit: verum etiam de eodem matris vtero idem deus homo factus exiuit, & in cruce idem deus homo factus pependit, & in sepulchro idem deus homo factus iacuit, & ab inferis idem deus homo factus tertio die resurrexit, sed in sepulchro secundum solā carnē idē deus iacuit, & in infernū secūdum solam animam descendit. Qua de inferis ad carnem die tertia reuertente, idē deus secundum carnē quę in sepulchro iacuit, de sepulchro resurrexit: & quadragesimo post resurrectionem die, idē deus homo factus, ad cœlum ascendens in dextera dei sedit, inde in fine se- Quomodo pr̄ culi ad iudicandos viuos mortuosque venturus. Verbum ergo caro factum, vnus est filius dei dominus Iesus Christus, mediator dei & hominum. Idcirco autem mediator, quia idem deus atque homo verus, habens cum patre Vnam diuinitatis naturam, & humanitatis vnam cum matre substantiam: habens ex nobis usque ad mortem iniquitatis nostrę pœnam, habens incommutabilem de Deo patre iustitiam: propter iniquitatem nostram temporaliter mortuus, propter iustitiam suā & ipse viuus semper, & immortalitatem mortalibus largiturus. Qui perfectam quidem humanitatem suam in ipsa diuinitatis suę p̄fectione seruauit: veritatē vero mortalitatis nostræ p̄ susceptionē mortis, veritate atque incommutabilitate suę immortalitatis absorbuit. Hoc est quod testatur beatus Petrus, quia Christus degluriuit 1.Pet.3. mortem

dexterā habet, declarat supra Au.ī de fide, & symbolo ca.7. Quare xp̄s mediator Dei & hoīuz, fusius habes supra ī Enchiridiō c.108. & ifra ī p̄fa. Psal.29.

mortem vt vitæ ęternę heredes efficeremur. Beatus quo
2. Timo. 1. que Paulus docet, quia Christus mortem deglutierit, il-
luminauerit autem vitam & incorruptionem. Christius
ergo mortem gustauit, quia verus homo est, idemq; mor
tem deglutiuit, quia verus deus est, Ipse quippe sicut di-
2. Cor. 13. cit Apostolus, mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex
Psal. 86. virtute dei, unus atque idem, qui secundum Prophetiam
beati Dauid, & homo factus est in Sion, & ipse fundauit
eam altissimus. Itaque nec diuinitas Christi aliena est a
natura Patris, secundum id quod in principio erat ver-
bum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū:
hoc erat in principio apud deum, Omnia per ipsum fa-
cta sunt, & sine ipso factum ē nihil. Nec humanitas eius
aliena est a natura matris, secundum id quod verbum
Ioan. 1. caro factum est & habitauit in nobis. Illa enim natura
quæ semper genita manet ex patre, nostram naturam si
ne peccato suscepit, vt nasceretur ex virgine. Neq; enim
natura ęterna atque diuina temporaliter concipi & tem
poraliter nasci ex natura humana vllatenus posset, nisi
secundum susceptionem veritatis humanæ, veram tem
poraliter conceptionem atque natiuitatem ineffabilis in
se diuinitas accepisset. Sic est Deus æternus ac verus, ue
raciter secundum tempus & conceptus & natus ex vir
Gal. 4. gine. Dum enim venit plenitudo temporis, misit Deus fi
lium suum natum ex muliere, factū sub lege, vt eos qui
sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum Dei
reciperemus: illo scilicet Deo naturaliter facto filio ho-
minis, qui vnus est naturaliter filius Dei Patris vnige-
nitus. Hoc vtique Ioannes euangelista confirmans post
quam dixit, Et verbum caro factum est, & habitauit in
Ioan. 1. nobis: subsequenter ait, Et vidimus gloriam eius, gloriā
quasi vnigeniti a patre plenum gratiæ & veritatis. Sic
ille omnium spirituum, omniumque corporum, id est om
Christus creauit virginem crean dus ex virgine. nium naturarum creator & dominus, creauit virginem,
creādus ex virgine, & cuius ipse factor est, matrem sibi
fecit, quando de eius carne concipiēdus atque pariēdus,
Veram materiam carnis Deus immēsus ac sempiternus
accepit: vt & secundum veritatē formę seruilis, Deus ho
mo misericorditer fieret, & secundum formam Dei natu
rali veritate idem Deus homo permanens non careret.
Sic igitur Christum Dei filium, id est, vnam ex trinitate
personam, Deum verum crede, vt diuinitatem eius de
natura patris natam esse non dubites. Et sic eum verum
hominem crede, vt eius carnem non cœlestis, non ae-
reæ, non alterius cuiusquam putes esse naturę, sed eius
cuius est omnium hominum caro: id est, quam ipse Deus
homini primo de terra plasmauit, & ceteris hominibus
plasmat, quos per propagationem ex hominibus creat.

Sed

Sed licet caro Christi & omnium hominum vnius eius-
demque naturæ sit: hęc tamen quam deus verbum ex
Maria virgine sibi vnire dignatus est, sine peccato con
cepta, sine peccato nata est: vtpote secundum quā Deus
æternus & iustus misericorditer, & conceptus, & natus
est, & dominus gloriæ crucifixus est. Quibus autem
verbis explicabitur carnis illius excellētia singularis,
cuius diuina est ex ipsa sui conceptione persona, cuius
origo natiuitatis insolita: qua sic verbū caro factum est,
vt vna persona esset cum carne sua vnigenitus ac sem-
piternus Deus, ipsa suæ carnis conceptione conceptus?
Iſtam vero cæterorum hominum carnē, per humanum
certum est nasci concubitum, viro seminante, fœmina
vero concipiente atque pariente. Et quia dum subijnui Libido concu-
cem mulierque miscentur vt filios generent, sine libidi bitus:
ne non est parentum concubitus, ob hoc filiorum ex eo
rum carne nascentium non potest sine peccato esse con
ceptus, vbi peccatum in paruulos non transmittit pro-
pagatio, sed libido. Nec fœcunditas humanæ naturę fa-
cit homines cū peccato nasci, sed fœditas libidinis quā
homines habent ex illius primi iustissima condemna-
tione peccati. Ideo beatus Dauid quanuis de legitimo
nasceretur iustoque coniugio, in quo scilicet nec infide
litatis culpa nec fornicationis macula poterat inueniri
propter originale tamen peccatum, quo naturaliter ob-
stricti sunt filij iræ, non solum impiorum filij, sed om-
nes etiam qui de iustorum sanctificata carne nascuntur, Psal. 50.
exclamat & dicit, Ecce enim iniquitatibus conceptus
sum, & in delictis concepit me mater mea. Sanctus etiā
Iob dicit, mundū a sorde non esse hominē: nec si vnius Iob. 15.
diei sit vita eius super terram: Dei ergo filius vnigeni
tus qui est in sinu patris, vt carnem hominis animamq;
mundaret, susceptione carnis atque animæ rationalis In de trinita. li.
incarnatus est: & qui est Deus verus, homo verus fa 13. c. 14. in To.
ctus est, nō vt alter deus esset, alter homo, sed idē deus, 3. & hoc qa iusti
idem homo. Qui vt illud peccatum quod in concubitu tia & nō poten
mortalis carnis generatio humana cōtraxit, auferet, cō tia xp̄us voluit
ceptus est nouo more Deus incarnatus in matre virgi- superare diabo-
ne, sine coitu viri, sine libidine concipientis virginis: Vt lum,
per deum hominem quem absque libidine conceptum
inuiolatus edidit virginis vterus, ablueretur peccatum,
quod nascentes trahunt omnes homines: quibus in cor
pore mortis huius talis est nascendi conditio, vt matres
eorum fœcunditatis opus implere nō possint, nisi prius
virginitatem carnis amiserint. Solus igitur abstulit pec
catum conceptionis atque natiuitatis humanæ Deus
vnigenitus, qui dum conciperetur, veritatem carnis ac
cepit ex virgine, & cum nasceretur integritatem virgi-

nitatis

nitatis seruauit in mre. Ista causa est, qua deus factus est filius virginis Mariæ, & Maria virgo facta est mater vnigeniti Dei: vt quẽ pater genuit ex æternitate, ipsum virgo conceptum proferret in tempore. Illa vtique est virgo, quam Deus qui de ea fuerat nasciturus, ita singulari gratia præuenit atque repleuit, vt ipsum haberet vẽtris sui fructum, quem ex initio habuit vniuersitas dominum: & ipsum sibi videret nascendi solennitate subditũ, quem in vnitate paternæ substantię, non solũ humana, sed etiam angelica creatura cognoscit & adorat altissimũ. Sic ergo peccatum & pœna peccati, quæ per scelus corruptę mulieris intrauit in mundum, per inuiolatæ virginis partum aufertur a mundo. Et quia in cõditione generis humani per mulierem quæ de solo viro facta est, contigit ut mortis vinculo teneremur obstricti: hoc in redemptione humani generis diuina bonitas egit, vt per virum qui de sola muliere natus est, vita hominibus redderetur. Illic humanam naturam nequissima deceptione sibi diabolus in peccati similitudine sociauit: hic deus humanam naturã in vnitate personę suscepit. Ibi fœmina decepta est vt fieret filia diaboli: hic virgo gratia repleta est, vt fieret mater summi atque in cõmutabilis vnigeniti dei. Ibi angelus delectus per superbiam, seductæ mulieris animũ obtinuit: hic deus humilians se per misericordiam, incorruptæ virginis viru ex ea nasciturus impleuit. Dei enim filius Iesus Christus qui in forma dei erat, quia nisi ex natura patris natus esset, esse non posset, ipse secundum Apostolicam doctrinam semetipsum exinaniuit, formam serui accipiẽs. Forma igitur serui, id est, naturam serui in suam accepit ille deus personam: atque ita hominum factor in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, ipse humiliauit semetipsum, factus obediẽs patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Intẽte igitur hãc Apostoli sentẽtiã cogita, & in ea cognosces quomodo dominũ Iesum Christũ eundẽ deum atque hominẽ credas. Nec tamen in eo veritatẽ vtriusque naturæ in vna persona, aut cõfundas aut diuidas. Cum ergo primo audis de Domino Iesu Christo, quia in forma dei erat oportet te agnoscere, firmissimeque tenere in illo formæ nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma igitur Dei dominus Iesus Christus erat, quia in natura dei patris semper erat, de quo natus est. Vnius ergo naturæ cum patre est, æqualiterque cum eo sempiternus atque immensus, æqualiter immortalis & incommutabilis. æqualiter inuisibilis & inenarrabilis æqualiter bonus & iustus, æqualiter miserator & misericors, patiens & multũ misericors & verax, æqualiter fortis & suauis,

Rom.5. Peccatum p̃ scelus corruptę mulieris ĩtrauit in mundũ, hoc est nõ in illa muliere mansit, & viro illius adã, vt somniarũt pelagiani, q̃ cõdẽnatũ ẽ ab ecclesia in concilio mileuit. Can. 2. & in cõcil. aphri. 77. quãobrem cũ apost. cõfiteri oportet, q̃ p̃ vnũ hominem peccatũ ĩtrauit in mundũ. & p̃ peccatũ mors (q̃ ẽ pœna peccati, & ita in oẽs homines p̃ transijt peccatũ) in quo oẽs peccauerũt. q̃ oia fusius exponit Au. in de ỹb. apo. ser. 4. ĩ To. 10. et iustitia nr̃i seruatoris d̃ mũdo vna cũ principe suo expulsum ẽ: Io. 14. & in. 13. de trini. c. 14. ĩ To. 3. & ĩ de verb. phil. 2.

& suauis, æqualiter sapiẽs atque omnipotens. Proinde hæc omnia quæ diximus de filio Dei, firmissima fide retine, qui hæc vtique omnia in vnitate naturæ habẽs cũ patre, sine dubio æqualis est patri. Propter qđ & Apostolus cõtinuo adiungens ait: Non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo. Non enim rapina fuit illa filij cũ patre diuinitatis æqualitas, sed natura. Etiam illa quę cõsequenter subiungit Apostolus dicẽs, quia semetipsum exinauit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo: & quia humiliauit semetipsum, factus obediẽs patri vsque ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis: Omnia hæc de illo Deo vnigenito Dei filio, de illo verbo deo, de quo dicit Euãgelista: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & deus erat verbũ: de illa dei virtute, deique sapientia, de qua de eo dicitur. Omnia in sapientia fecisti: de illo principio cum quo vnum est pater ipse principium, & in quo tibi coæterno fecit cœlum & terram, id est omnem spiritalem corporalemque naturã: de deo vnigenito, qui est in sinu patris, vt dixi, omnia hęc personaliter accipe, salua tamen æternitate, immensitate, immortalitate, incõmutabilitate, inuisibilitate, deitatis eius. Quæ ita naturaliter atque æqualiter cõmunia cum deo patre habet Dei filius, vt licet pro nobis fuerit homo veraciter factus, p̃manserit tamen æqualis vero deo, patri de quo natus est verus, & veritas deus. Semetipsum igitur exinaniuit, sed de plenitudine eius nos omnes accepimus: quam plenitudinem si exinanitus amitteret, quod de ea nobis daret, vtique non haberet. Eodem autem nõ habente, nos procul dubio nihil possemus accipere: de plenitudine autẽ eius nos omnes accepimus. Ex eo autem quod nobis de plenitudine sua dedit ostendit etiam cũ se exinaniuit plenitudinem nõ amisisse quã habuit quia si plenitudinem suam amitteret, dare de illa nullatenus posset. Formãergo serui accepit, neq; enĩ aliud fuit illa summi dei exinanitio, nisi formę seruilis, id est, humanæ naturę susceptio. Vtraq; igitur est in Christo forma. qa vtraq; & vera & plena est in Christo substãtia: ideo sanctus Euangelista, plenum eum gratiæ & veritatis prædicat: quia in diuina natura in qua deus veritas est plenus est, & in humana natura in qua homo verus gratia factus est, plenus est. In illa plenitudine deus est, in forma dei æqualis deo. In ista plenitudine seruus, in forma serui, quia in similitudinem hominum factus, habitu est inuentus vt homo. Exinaniens ergo semetipsum, formam serui accepit vt fieret seruus: sed formæ dei plenitudinem non amisit, in qua semper est æternus atque incommutabilis dominus: factus secundum

dñi ser. 13. & 18. & cautionem nr̃am quã diabolus tenebat crucifixit noster christus crucifixit. & suo sã guine de leuit. & debtũ nr̃um abstulit, ac liberatẽ reddidit ĩ d̃ verb. dñi serm. 28. in To. 10.

Ioa. 1.

Psal. 103.

Ioan. 1.

Ioan. 1. Philip. 2.

cundum formam serui homo verus, eiusdem naturæ cuius est ancilla mater, & manens in forma dei deus verus, eiusdem naturæ cuius est etiam dominus pater. In forma dei cum patre & spiritu sancto vnus est solus formator omnium Deus: secundum formam serui, solus ipse sua & patris & spiritus sancti operatione formatus: quia creator est, commune habens naturaliter cum patre & spiritu sancto: quia autem creatus est, formam serui secundum quam creatus est, solus habens personaliter in seipso. Cuius & natiuitatem futuram secundum carnem & mortem & resurrectionem, atque in cœlo ascensionem lex & prophetæ prenunciare nunquam destiterunt, prout ipse præcipiebat, obedientes & verbis et factis. Nã & in sacrificijs carnalium victimarum, quæ ipsa sibi sancta trinitas, quæ vnus est deus noui & veteris Testamenti a patribus nostris precipiebat offerri, illius sacrificij significabatur gratissimum munus, quod pro nobis seipsum solus Dei filius secundum carnem se esset misericorditer oblaturus. Ipse enim secundum Apostolicam doctrinam obtulit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo, in odorem suauitatis. Ipse verus Deus & pontifex, qui pro nobis non in sanguine taurorum & hircorum, sed in sanguine suo semel introiuit in sancta. Quod tunc pontifex ille significabat, qui cum sanguine in sancta sanctorum per annos singulos introibat. Iste igitur est qui in se vno totũ exhibuit, quod esse necessarium ad redemptionis nostræ sciebat effectum, idem scilicet & sacerdos & sacrificium idem vus et tẽplũ. Sacerdos p quẽ sumus recõciliati: sacrificiũ quo recõciliati. Tẽplũ i quo recõciliati: deus, cui recõciliati. Solus tũ sacerdos, sacrificium & templum, & hæc omnia Deus secundum formam serui. Non autem solus Deus filius, quia hoc est cum patre & spiritu sancto secundum formam dei. Reconciliati igitur sumus persolum filium secundum carnem, sed non soli filio secundum diuinitatem. Trinitas enim nos sibi reconciliauit, per hoc quod solum Verbum carnem ipsa trinitas fecit. In quo sic veritas incommutabilis manet humanę diuinæque naturæ: vt sicut vera semper est eius diuinitas quam de patre incommutabilem habet: ita vera semper atque incommutabilis sit eius humanitas quam sibi vnitam summam diuinitas gerit. Hæc pauca de fide sanctæ trinitatis, quæ solus & verus est naturaliter Deus, quãtum breuitas temporis & sermonis permisit, insertui. Nunc de creatura quid absque dubitatione credere debeas intimabo.

Humanitas christi erat pr̃is, et filij, et spũs sancti opatio/. & si ad solũ filiũ pertineret, ꝙa opa trinitatis ĩseparabilia sũt. super Io. trac. 6. i To. 9. & in de verb. apost. ser. 63. in Tom. 10.

Ephe. 5.

Heb. 9.

Christus sacerdos sacrificiũ et templum.

Phil. 2.

Trinitas nos sibi recõciliauit, & si tantum filio (quoad humanitatem) tribuat ipsa reconciliatio. Nam vt hoc nomẽ intellectus, ĩtellectu, memoria, & Volũtate efficitur.

Attamen ad solum intellectũ ptinet. Sic & memoriæ nomen e tribus iã dictis & ad solam spectat memoriam. Ita & voluntatis nomen a tribus,

& de sola voluntate dicitur. Sic & caro & reconciliatio filij a tota trinitate attamen ad solum filium pertinet. in de verbis Dñi ser. 63. in T. 10.

CAP. III.

Creatur̃, 1. sñiarum dist. 1. per totum.

PRINCIPALITER itaque tene, omnem naturã quę non est trinitas deus, ab ipsa sancta trinitate quę solus Deus æternus & verus est, creatam ex nihilo. Ac sic vniuersa in cœlis & in terra visibilia & inuisibilia, siue thronos, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, opus atque creaturam esse sanctæ trinitatis: quæ est vnus Deus rerum omnium creator & dominus, æternus, omnipotens, iustus, & bonus, habens naturaliter vt semper sit & mutari aliquandò non possit. Et hic deus qui sinè initio semper est, quia summè est, dedit rebus a se creatis, vt sint: non tamen sinè initio, quia nulla creatura eiusdem naturę est cuius est trinitas vnus verus & bonus Deus, à quo creata sunt omnia. Et quia summe bonus est, dedit omnibus naturis quas fecit vt bonæ sint: non tamen tantum bonæ quantum creator omnium bonorum. Qui non solum summe bonus, sed etiam summum atque incommutabile bonum est, quia æternum bonum est: nullum habens defectum, quia non est ex nihilo factum, nullum habens profectum, quia nullum habens initium. Ideo quippè naturæ à Deo factæ proficere possunt, quia esse cœperunt: ideo deficere, quia ex nihilo factę sunt. Ad defectum eas conditio ducit originis, ad profectum verò prouehit operatio creatoris. In eo igitur primum trinitatis, quæ deus Verus est, æternitas sine initio naturalis agnoscitur, quia quędam ita fecit vt cum esse quidem cœperint, tamen non esse aliquando non possint. In eo Vero eius omnipotentia intelligitur, quia omnem creaturam visibilem atque inuisibilem, id est, corporalem atque spiritalem de nihilo fecit, in quibus ipsa rerum diuersitas multo magis commendat bonitatem atque omnipotentiam creatoris. Nisi enim omnipotens esset, non una eademque facilitate summa atq; infima fecisset. Et nisi summe bonus esset nõ se gubernans rebus quoque infimis præstitisset. Igitur tam in magnis quam in paruis quibusque rebus conditis magna est bonitas atque omnipotentia conditoris. Omnia enim sapienter fecit summa Veraque sapientia: cui naturaliter hoc est esse, quod sapientem esse: hoc facere, quod sapienter facere. Simplicitas itaque multiplicis sapientię Dei, magnitudinem celsitudinis suæ, non solũ in magnitudine sublimium creaturarum, uerũ etiam in infirmarũ paruitate commendat: dum bona oĩa quæ creauit, non solum multo inferius dissimiliusq; suo creatore sunt, vt pote nõ prolata de seipso, sed facta prorsus ex nihilo: verũ etiã inter se nõ ęqualiter sunt, sed vna quæq; res ita

2. sñiarum dist. 1. per totum.

Naturę ꝓfectus & defectus, ęternitas.

Omnipotentia.

Sũma bonitas.

Deo hoc ẽ esse qđ sapienter esse, hoc facere quod sapienter facere.

permanet sicut a Deo cum non esset accepit: alia quidem
sic, alia autem sic. Neque enim sic datum est corporibus
vt sint, sicut spiritus acceperunt: cum ipsa quoque cor-
pora non equaliter sint, & in ipsis cœlestibus atque ter-
restribus inueniatur nonnulla diuersitas: cum tam cœ-
Corpora cœlestia & terrestria. lestia quam terrestria, non solum impari distent quanti-
tate molis, uerum etiam dissimili splendeant claritate.
Alia nanque est, sicut dicit Apostolus, claritas cœlestiũ
corporum, alia terrestrium. In ipsis quoque cœlestibus
1. Cor. 15. alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarũ.
Stella enim differt a stella in claritate. Corporalium igit̃
naturarum diuersitas ostendit vnamquamq; earũ nõ es-
se quod ex se semper habere potuerit, sed quod ex dispo
sitione atq; opere omnipotentissimi atq; incommutabi
lis & sapientissimi creatoris accepit. Quod si unius eius
demq; naturæ esset quælibet creatura corporalis cuius
est sancta trinitas, quę vnus est Deus, nec localiter in lo
co esset, nec temporis mutationẽ aliquando sentiret, nec
de loco ad locum transiret, nec circumscriberetur quã-
titate molis suæ. Quæ omnia ostendunt huiusmodi natu
rarum illum esse opificem, cui nullus latus aut angustus
Deus nõ minus in angustis, q̃ in latis locis ẽ nec tẽpore mutat̃. locus, quia non minus in angustis quã in latis totus est.
Nec mutatur tempore qui solus potest volumina tempo
rum, non temporali volubilitate: sed æterna stabilitate
mirabiliter ordinare: neque enim in tempore cogitat,
quemadmodum temporum series rerum decessione aut
successione transcurrat. Nec aliqua molis quãtitate ter
Deus vbique minatur, quia nullo fine concluditur. Neque per mundi
partes partibus suis est ipse diffusus, vt maiores mundi
partes suis maioribus impleat, & minores minoribus
Hiere. 23. implendo, nusquam tamen totus se infundat. Ipse enim
est Deus qui ait, Cœlum & terram ego impleo. Omnia
igit̃ quæ fecit, id est, spiritus & corpora, summa & ima,
cœlestia atq; terrestria, viuentia & quibus viuẽdi facul
tatem nõ dedit, ineffabiliter vbiq; totus dominus & im
plet & continet. Nec in ijs quę diuiduntur, ipse diuidit:
nec in ijs quæ mutantur, vlla mutatione variatur. Nisi
enim naturaliter incommutabilis ipse esset, nunquam in
rebus mutabilibus ordo quidam consilij ac dispositio-
nis eius incommutabilis permaneret. Deus igitur rerũ
corporearum atque incorporearum creator immensus,
eo primum se nullum esse corpus ostendit, quia quibus-
Deus o∫umvita. dam corporibus vitam non dedit, cum corpora omnia
ipse creauerit. Ipse autem naturaliter vita est, quia si vi-
ta non esset, non viuentia corpora ipse non fecisset. Ne-
que enim facit rẽ non viuentẽ nisi res viuens. Nõ igitur
vnius naturæ sunt cum deo corpora, quæ viuere omni-
no non possunt; Ac sic neque illa corpora vnius naturę
cum

cum Deo sunt, quibus singulis singulos brutos atq; irra
tionabiles spiritus, quibus eadem corpora viuificaren-
tur, ac sensificarẽtur, inseruit. Sed nec ipsi bruti spiritus
vnius naturæ cum Deo sunt, quos licet viuificandis, sen
sificandisq; cognoscatur inseruisse corporibus, ipsis ta-
men spiritibus nullum intelligendi largitus est lumen,
quo suum possent aut cognoscere, aut diligere creatorẽ.
Ipsos quoque spiritus quos rationales atque intellectua
les esse non dubium est, quis audet blasphemo spiritu
& cæco corde eiusdem naturę cuius est Deus, vel puta-
re vel dicere, cum deus vtique naturaliter incommuta-
bilis omnino sit & immensus? Qui cum in se diuersita-
tem vllam habere non posit in eisdem tamẽ spiritibus
quos rationales atque intellectuales fecit, diuersitatem
suæ operationis ostendit. In quibusdam enim, id est, qui
terrenis ac mortalibus sunt inserti corporibus, & si nul
lus est eis localis motus, quia per locorum corporalium
partes, cũ ipsi in corporibus sint, non particulatim sunt,
sed sicut in totis corporibus toti, sic in eorundem cor-
porum partibus toti sunt: tamen cogitationum varietas
diuersitatem in eis cuiusdam tẽporalis motionis ac mu-
tationis ostendit: dum modo aliquid nesciunt, modo sci-
unt: modo volunt, modo nolunt: modo sapiunt, modo
desipiunt: modo iniqui ex iustis, modo iusti sunt ex ini-
quis: modo pietatis illustrantur lumine, modo depraua-
tur tenebroso impietatis errore. Illos quoque quos ter
renorum corporum grauat nulla lutulenta materies, id
est, angelicos spiritus, quis non videat, non vnius natu Angeli.
ræ esse cum deo, sed factos ex nihilo, quorum naturalis In. 2. sent. 2 dist.
mutabilitas in eo cognoscitur, quia eiusdem naturę pars 2. visq; ad. 12. in-
est in deterius permutata? Deinde quod ij qui deprauati clusiue.
non sunt, licet illius dono, a quo cum non essent, facti
sunt, indefessa, & inquantum creaturę angelicę gratis
datum est, perfecta dilectione, contemplatione atque
exultatione multitudinem dulcedinis domini incessabi
liter sentiant: nec ab eo naturali conditione deficiant: &
si inhærentibus Deo inest de varietate temporis: quia
collato sibi æternę incorruptionis atq; incommutabili
tatis munere nihil in se sentiant immutationis: inest ta-
mẽ singulis naturalis terminus, quo a se inuicem discer-
nũtur, quia nullus eorũ in alio est. Et cũ vni eorũ opus
quodlibet iniũgitur, alius quoq; alteri operi implẽdo di
uinę potestatis deputatur arbitrio. Hæc omnia ostendũt
ẽt sanctos angelos creaturas * esse sanctę trinitatis: cu * Alias oga.
ius per singulas res, quas vtique sicut voluit fecit, appa
ret mirabilis & sapientia in dispositiõe & virtus in ope
re. Quosdam igitur spiritus sic Deus creauit, vt semper
essent; quosdam vero vt esse spiritus quandoque de-

sinerent. Illos itaque desituros quosdam ex aqua, quosdam vero quia sic voluit omnipotens produxit ex terra. Superiores vero spiritus nullum cum corporeis elementis habere fecit naturale consortium, quos & æternos creauit, & eis facultatem atque intelligentiam cogitandæ, cognoscendę, diligendęque diuinitatis inseruit. Quos tamen ita creauit, vt etiam præ seipsis illum diligerent, cuius se tales creatos opere cognouissent, cũ eorum vt tales fierent nulla merita præcessissent. Vt autẽ hæc dilectio haberet iustam & congruam laudem voluntatis quoque eis tribuit libertatẽ: vt esset eis possibile, siue ad eum qui supra eos est, intentionem sanctę dilectionis erigere, siue ad ea quæ infra eos sunt, graui cupiditatis semetipsos pondere declinare. Non est igitur natura quæ in æternum possit, siue misere, siue bene viuendo subsistere, nisi quæ potest de Deo ipsius dei munere cogitare. Hęc autem natura intellectualis animalibus est hominũ & spiritibus angelorum. Deus quippę diligendi ac cognoscendi se, non nisi angelis & hominibus indidit facultatem. Quibus propter arbitrii libertatem, quę maxime debuit intellectuali creaturę creatoris benignitate conferri, ita cognoscendi ac diligendi se facultatem voluntatẽque donauit, vt eam vnusquisque & habere posset & perdere. Si quis tamen sponte eam perderet, suo etiam deinceps arbitrio resumere non valeret: vt illius esset sanctę cogitationis initia gratuitę dono bonitatis denuo renouandis quibus vellet infundere, cuius fuit in ipso creationis exordio nullis præcedentibus meritis spiritus & corpora locis atque affectionibus, prout ipse sapiens voluit, congrue & mirabiliter ordinare. Angeli ergo atque homines pro eo quia rationales sunt facti, æternitatis ac beatitudinis donum in ipsa naturę spiritualis creatione diuinitus acceperunt, ita scilicet vt si dilectioni creatoris sui iugiter inhęsissent, simul æterni beatiq; manssissent. Si vero proprię voluntatis arbitrio contra summum creatoris imperium suam niterentur facere voluntatem, protinus a contumacibus beatitudo discederet, & ad supplicium eis relinqueretur æternitas misera erroribus deinceps doloribusque cruciãda. Et de angelis quidem hoc disposuit & impleuit, vt si quis eorum bonitatem voluntatis perderet, nunquam eam diuino munere repararet. Pars itaque angelorum quę a suo creatore Deo, quo solo bona beata fuit, voluntaria prorsus auersione discessit, equitatis supernę iudicio, initium suę damnationis in ipsa auersione voluntatis inuenit: vt non aliud ei esset incipere iam puniri, quã illius beatifici boni dilectione destituit: quã deus in æterno sic totam præcepit remanere supplicio,

Ge.2.

Eccle.15.

vt etiam ignem ei æternum præpararet: in quo omnes illi præuaricatores angeli nec mala possint vnquã voluntate carere nec pœna, sed permanente in eis iniuste auersionis malo, permaneret etiam iustę retributionis æterna damnatio. Horum malorum princeps diabolus primos hoĩes quos ad peccati p̃cipitiũ iuidus duxit, non eis tantum, sed & vniuersę propagini eorum cum vitio peccati meritum mortis inseruit. Deus autem misericors & iustus, sicut diabolo & angelis eius propria voluntate cadentibus, cęteros angelos in suę dilectionis æternitate firmauit: sic etiam humani generis massam non totam in sempiternũ perire permisit: sed quos voluit eius gratuita bonitas, repulsis tenebris in quibus omnis humana natiuitas peccati originalis cõdemnatione versatur, reducendos prędestinauit ad lucem: in eo præcipuę demonstrans, quod istos originalis peccati vinculis indebita gratia liberatoris absolueret: cũ alios & quã maxime paruulos, quibus nulla possunt vel bona vel mala inesse propria merita voluntatis, insolubili nexu æterna damnatio retineret. Bonę quoque voluntatis & cogitationis initium, non homini ex seipso nasci, sed diuinitus & præparari & tribui, in eo deus euidẽter ostendit: quia neque diabolus, neque aliquis angelorum eius, ex quo ruinę illius merito in hanc inferiorẽ sunt detrusi caliginem, bonam potuit aut poterit resumere voluntatẽ. Quod si possibile esset, vt humana natura, postquam a Deo auersa bonitatem perdidit voluntatis, ex seipsa rursus eam habere potuisset, multo possibilius hoc natura haberet angelica quæ quanto minus grauatur terreni corporis pondere, tanto magis hac esset prędita facultate. Sed ostendit Deus vnde bona voluntas hominibus detur, quam sic amiserunt angeli cũ haberent, vt amissam deinceps habere nõ possint. Quoniam igitur digna est eadem voluntas bona per Dei gratiam æternę beatitudinis præmio, & iniquitas angelica atque humana non debet esse impunita: propterea secũdum catholicæ fidei regulam venturum esse filiũ Dei ad puniendos omnes peccatores angelos, & ad iudicãdos homines viuos & mortuos fideliter expectamus. Testatur enim beatus Petrus, quia Deus angelis peccantibus nõ pepercit, sed carceribus caliginis inferi detrudens, tradidit in iudicio puniendos reseruari. De hominibus quoque viuis ac mortuis iudicandis hoc ait beatus Palus: Testificor corã Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & aduentũ ipsius & regnum eius. In cuius aduẽtu ab illo primi hominis corpore, quod Deus de terra plasmauit vsque ad omnium hominũ corpora, quę animata quãdoque viuere cœperunt,

Ro.5.

Signũ quod initiũ bone volũtatis diuinitus præparetur, & tribuit idẽq; Pbat, in de gratia et li.arb.ad val. cap.17. & cõfirmatur ab Eccl. in cõcil. Arausican.2.& 3.in.1. Tom.concil.

2.Pet.2.

2.Timo.4.

runt,ab illo resuscitabũtur,a quo operante creata sunt. Singula vero corpora illis singulis suis animabus in resurrectione reddentur,quas in maternis vt viuere inciperent ventribus habere cœperunt:vt scilicet animę in illo examine iusti iudicis in eisdẽ singulis corporibus suis accipiãt retributionem ,siue regni,siue supplicii,in qbus siue bonã siue malã q̃litatẽ vitę p̃sentis habuerũt.

Origo vitę malę

Qualitas autẽ malę vitę ab infidelitate incipit,quæ ab originalis peccati reatu initium sumit. In quo quisquis viuere ita incipit,vt ante finiat vitã,quam ab eius obligatione soluatur,si vnius diei vel vnius horę spatio anima illa vixit in corpore,necesse est eam cũ eodem corpore interminabilia gehęnę sustinere supplicia:vbi diabolus cũ angelis suis ĩ ęternũ arsurus est,qui & primus peccauit,& peccatum primis hominibus persuasit. Vbi cum eo etiam fornicarii,idolis seruientes,adulteri molles,masculorum concubitores,fures,auari,ebriosi,maledici,rapaces,& omnes qui opera carnis agunt,de quibus dicit Apostolus,quia regnum Dei non consequentur,si ante huius vitæ terminũ a viis suis malis conuersi non fuerint,ęternis ignibus exurentur. Omnis enim homo,qui in hoc seculo vsque ad finem in iniquitatum delectatiõe,& cordis obduratione permãserit,sicut hic cum noxia criminum delectatio tenuit,sic eum sine fine sempiterna crutiatio retinebit. Erit enim etiã iniquorũ resurrectio,sed sine immutatione,quam solis fidelibus & ex fide iuste viuentibus datura est Deus. Hoc est enim quod ait apostolus Paulus: Omnes quidem resurgemus,sed non omnes immutabimur. Ostendens autem iustos diuino munere commutandos, ait:Et nos immutabimur. Habebunt ergo iniqui cum iustis resurrectionem carnis communem, immutationis tamen gratiam non habebunt, quę dabitur iustis: Quoniam a corporibus impiorum non auferetur corruptio, & ignobilitas,& infirmitas in quibus seminant quæ ob hoc morte non extinguẽtur,vt illud iuge tormentum corpori atque animę sit mortis ęternę supplicium. Iustæ vero animę,quas hic redemptor Deus gratis ex fide iustificauit, & iustificatis bene viuendi vsque in finem perseueran tiam tribuit,in ipsis corporibus,in quibus hic iustificationis gratiam diuinitus acceperunt, & in quibus iusti ficatę per fidem,in charitate Dei proximique vixerũt, regni cœlestis æterna beatitudine potientur: glorificatis etiã corporibus suis , quę sine dubio carnis natura, quam Deus creauit,veraciter permanente, nõ sicut hic animalia,sed spiritalia tunc habebunt. Sanctorũ enim seminatur corpus animale,surget spiritale. In his per illam immutationem,quę solis dabitur iustis,implebitur,

Matt.25.

Gal.5.

1.Cori.15.

Corpora impiorum.

Deus gratis ex fide iustificat et pseuerãtia vsq; in finem tribuit idẽ infra in p̃f. psal.31.et supra in de Ecc. dogmatibus ca.28. & in cõcil.mile. can.3.et ĩ cõci. aphr.can.78,in 1,To.concil.

quod oportere dicit Apostolus vt corruptibile hoc induat incorruptionem,& mortale hoc induat immortalitatem,in quibus sexus masculinus & fœmininus, sicut eadem corpora creata sunt,permanebit:quorum gloria erit pro factorum bonorum diuersitate diuersa. Omnia tamen corpora,siue masculorum,siue fœminarum,quæ cunq; in regno illo erunt,glorioſa erunt. Ille autem iudex nouit quantam vnicuique sit daturus gloriam,qui in hac vita per misericordiam gratis iustificando præuenit,quos illic per iustitiam glorificare disposuit. Tempus vero acquirendi vitam æternam in ista tantum vita Deus hominibus dedit,vbi voluit esse etiam pœnitentiam fructuosam. Ideo autem hic pœnitentia fructuosa est,quia potest hic homo deposita malitia bene viuere: & mutata voluntate iniusta,merita simul operaque mutare,& in timore Dei ea gerere quæ placeãt deo. Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidam pœnitentiã in futuro seculo de malis suis,sed indulgentiam in cõspectu Dei non inueniet:quia & si erit ibi stimulus pœnitudinis,nulla tamẽ ibi erit correctio voluntatis. Ataribus enim iniquitas sua ita culpabitur, vt nullatenus possit ab eis vel diligi, vel desiderari iustitia. Voluntas enim eorum talis erit,vt habeant in se semper malignitatis suæ supplicium, nunquã tamen percipere possint bonitatis affectum. Quia sicut illi,qui cum Christo regnabũt,nullas in se malę voluntatis reliquias habebũt: ita illi qui erunt in supplicio ignis ęterni cum diabolo & eius angelis deputati,sicut nullam vlterius habebũt requiem,sic nullatenus bonam habere poterunt voluntatem. Et sicut cohæredibus Christi dabitur perfectio gratię ad ęternam gloriam , sic consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas pœnam , quando exterioribus deputati tenebris ,nullo illustrabuntur interiore lumine veritatis. Proinde omni homini in hac vita potest esse vtilis pœnitentia,quam quocunque tempore homo egerit,quamlibet iniquus , quamlibet annosus , si toto corde renunciauerit peccatis præteritis,& pro eis in cõspectu Dei,non solum corporis,sed etiam cordis lachrymas fuderit , & malorum operum maculas bonis operibus diluere curauerit,omnium peccatorũ indulgentiã mox habebit , Hoc enim nobis dominus prophetico promittit eloquio , dicens : Si conuersus fueris & ingemueris , saluus eris . Et alio loco dicitur : Filii peccasti , ne adiicias iterum , sed & de præteritis deprecare , vt tibi dimittantur . Nunquam peccanti esset indicta pro peccatis depcatio,si depcări nõ esset remissio cõcedẽda. Sed ẽt pœnit ẽtia peccatori tũc ,pdest,si eã in Ecclesia catholica gerat. Cui Deus in persona Petri li-

1.Corin.15.

In dãnatis erit stimulus pœnitudinis, sed nulla ibi erit correctio volũtatis.

Esai.30. Eccle.21. Matt.16.

gandi

Declaribus Petri ecclesię pso na geretis hēs supra Io. tract. 121.ī T.9 & in de ꝟb.dñi sermone.13.ī To. 10.& supra Eze.33. ī.1.de doc.chri. c.18.& ifra ī de agone chri,c.30

Ecclc:5.

Psal.94. Heb,3.

Nec desperādū de remissiōe pec catorū nec in il lis pmanēdum idē sup Io.trac. 33.ī T.9. & ifra in præf.Psal,31.

Peccatū ī spūm sanctū, ē fidē de ferere vsque ad mortē, vt inquit Au .ī de corre. &grā.c.12.ī T. 7.de quo fusius ī expositiōe inchoata epi. Pauli ad ro.ī To.2. horū opu.&sup Io,trac.21,ī T.9

gandi soluendique tribuit potestatem, dicens: Quę alligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæ solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. In quacunque igitur homo ętate Veram peccatorum suorum pœnitentiam egerit, & vitam suam Deo illuminante correxerit non priuabitur indulgentię munere, quia deus, sicut per Prophetam dicit, non vult mortem peccatoris siue morientis, sed magis vt reuertatur a uia sua mala, & viuat anima eius. Veruntamen nullus hominū debet sub spe misericordiæ dei in suis diutius remanere peccatis, cum etiam in ipso corpore nemo velit sub spe futurę salutis diutius ægrotare. Tales enim qui ab iniquitatibus suis recedere negligunt, & sibi de Deo indulgentiam repromittunt, nonnunquam ita præueniuntur repentino Dei furore, nec conuersionis tempus, nec beneficium remissionis inueniant. Ideo Vnumquemque nostrum sacra scriptura benigne præmonet, dicens: Ne tardaueris conuerti ad Deum, & ne differas de die in diem: subito veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Dicit etiam beatus Dauid: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Cui beatus quoque Paulus cōcordat his uerbis: Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi a Deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Obduratus igitur viuit, siue qui non conuertitur, desperans de indulgentia peccatorum suorum: siue qui sic misericordiam Dei sperat, vt vsque in finem vitæ prȩsentis in suorum criminum peruersitate permaneat. Proinde diligentes misericordiam Dei, metuentesque iustitiam, nec de remissione peccatorum desperemus, nec remaneamus in peccatis: scientes quia illa omnium hominum debita sit exactura ęquitas iustissimi iudicis, quæ non dimiserit misericordia clementissimi redemptoris. Sicut enim misericordia suscipit absoluitque conuersos, ita iustitia repellet punietque obduratos. Ij sunt qui peccātes in spiritum sanctum, neque in hoc seculo, neque in futuro remissionem accipient peccatorum. Ideo autē omnis anima intellectualis spiritus est, vt quęrat, agnoscat, atque discernat: & tempus operum suorum pro quibus recepturа est in iudicio quę ordinauit diuina iustitia: & eiusdem retributionis tempus, quo nunquam licebit, aut opera mutare, aut remissionem peccatorum suorum de diuina misericordia vtiliter postulare. Ceteri vero spiritus omnium animalium, quibus non est intellectus, ąquidam eorum de terra, quidam de aquis originem ducunt: de aqs enim sunt reptilia & volatilia, de terra vero

ro quædam quæ reptant, quędam vero quæ gradiunf, exorta sunt: tandiu spiritus sunt, quādiu in corporibus viuunt. Anima quippe, quæ rationis capax diuinitus facta non est, cum carne sua & incipit & desinit viuere: quia quando corpori vitam non tribuit, in ipsa non viuit: atque ita miro modo cum omni carni anima sit causa viuendi, spiritus tamen irrationalis tandiu viuit, quādiu in carne manere potuerit: & dum a carne sua separatur, extinguitur. Ita fit, vt cum ipse vita carnis suę sit, viuere ipse nequeat, quando vitam carni subministrare desiterit. Et si non sit caro cui vitam dare valeat, ipse quoque eam protinus non habebit. Ideo nec ęternitas irrationalibus spiritibus data est, nec aliquod eis iudicium prępparatur, in quo eis vel beatitudo pro bonis, vel damnatio pro malis reddatur operibus. Ideo autē in eis nulla operum discretio requiritur, quia nullam intelligendi facultatem diuinitus acceperunt. Propterea ergo eorum corpora resurrectura non sunt, quia nec ipsis animabus eorum aut ęquitas, aut iniquitas fuit, pro qua eis ęterna vel beatitudo sit tribuenda vel pœna. Illa igitur animalia prȩsentis seculi cursum atque ornatū secundum creatoris incomprehensibilem peragunt voluntatem, quę de suis factis nullam rationem redditura sunt, quia rationalia nō sunt. Nunquid enim de bobus cura est Deo? Homines vero quia rationales facti sunt, & desę & de omnibus rebus, quas in vsum vitæ prȩsentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo, & pro suorum actuum qualitate recipient aut pœnam aut gloriam. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum, Tunc scilicet, cū secundum ipsius nostri creatoris ac redemptoris eloquium, omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij, vt scilicet qui mala egerunt, eant in combustionē ęternam cum diabolo principe omnium malorum semper arsuri: qui vero bona fecerunt, eant in Vitam ęternam regnaturi sine fine cum Christo rege omnium seculorū. Illi autem cum Christo regnabunt, quos Deus gratuita bonitate sua prędestinauit ad regnum: quia enim tales prædestinando prępparauit, vt regno digni essent, prępparauit vtique secundum propositum vocādos, vt obediant: prępparauit iustificandos, ut accepta gratia recte credant, & bene viuant: prępparauit etiam glorificādos, vt Christi cohęredes effecti, regnum cœlorum sine fine possideant. Ad quod regnum diuersis temporibus per sacramēta, quę ad fidem incarnationis suæ Christus instituit,

Idem infra in præfa.Ps,29.

1.Corin.9.

2.Corin.5.

Matt.25.

Ioan.5.

Mat.25.

Ro.8. Deus pEph.1 destinado ꝓparauit vocādos, iustificandos, & glorificādos. ob id, pdestinatio dr beneficiorū dei ꝓparatio, &

ex ipsius prædestinationis effectus ī de prædesti. sanctorū c.10.in 3.T.horū opus.

stituit,illi peruenerūt quos Deus gratis nullo bonę voluntatis,vel boni operis merito p̄cedente saluauit.Quę admodum ex illo tempore,quo saluator noster dixit. Si quis renatus non fuerit ex aqua & spiritu sancto,nō potest introire in regnum Dei: absque sacramento baptismatis, præter eos qui in Ecclesia catholica sine baptismate pro Christo sanguinem fundunt, nec regnum cœlorum potest quisquam accipere,nec vitam æternā: quia siue in catholica fide,siue in hæresi quacunque vel schismate quisquam in nomine patris & filij & spiritus sancti baptismi sacramentum acceperit, integrum sacramentum accipit:sed salutem,quæ virtus est sacramenti, non habebit,si extra catholicam Ecclesiam ipsum sacramentum habuerit.Ergo ideo debet ad Ecclesiam redire,non vt sacramentum baptismatis iterum accipiat, quod nemo debet in quolibet homine baptizato repetere:sed vt in catholica societate vitam æternam accipiat,ad quam obtinendam nunquā potest esse idoneus, qui cum sacramento baptismatis ab Ecclesia catholica remanserit alienus.Qui si eleemosynas largas faciat,& pro nomine Christi etiam sanguinem fundat, pro eo q̄d in hac vita non tenuit Ecclesię catholicę vnitatem,nō habebit æternam salutem.Vbi enim cuique prodesse potest baptismus,ibi prodesse & eleemosina potest. Baptismus autem extra Ecclesiam quidem esse potest, sed nusi in Ecclesia prodesse nequit.In Ecclesia igitur tantummodo catholica potest vnicuique prodesse, & perceptio baptismatis,& opera misericordiæ, & nominis Christi gloriosa confessio,si tamen in Ecclesia catholica bene viuat.Sicut enim sine Ecclesię catholicę societate nec baptismus alicui potest prodesse, nec opera misericordię,nisi forte vt mitius torqueatur, non tamē vt inter filios Dei reputetur:sic intra Ecclesiam catholicā per solum baptismum vita æterna non acquiritur,si post baptismum male viuatur:nam & illi qui bene viuunt, debent operibus misericordiæ indesinēter insistere:scientes se licet leuia,nonnulla tamen quotidie contrahere peccata,pro quibus etiam sancti & iusti in hac vita semper Deo dicere debent.Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quę peccata quanto in rebus licitis,& a Deo concessis frequenter hominibus surrepunt:& quanto magis fortioribus cibis corpus impletur,& carnalibus cor hominis actibus affectibusque implicatur,tanto frequentior culpa ī hac mortalitate contrahitur. Propterea humiles seruī Christi,qui cupiunt Domino suo sine impedimento, & absq; animi noxia occupatione seruire,coniugia omnino non appetunt,& a carnibus & vino abstinent, in quantum

Nō repetendus baptismus.

Ecclesia catholica

Quotidie aliqua cōtrahimus peccata.

Mat.6.

Abstinentia.

1.Cor.7.

quantum corporis valetudo permittit:nō quia peccatū est aut cōiugē habere,aut vinū carnesue p̄cipere:nā & beatus Apostolus dicit,Quia omnis creatura Dei bona est,& nihil reiiciendum quod cum gratiarū actione percipit:sanctificat enim per verbum Dei & orationē. Cōiugiū quoq; in primis hominibus Deus instituit, & benedixit.Propter qd' Apostolus ait,Honorabile connubiū in omnibus,& thorus immaculatus.Ideoq; seruī Dei in eo qd'a carnibus & a vino abstinent,nō tanq̄ res immundas refugiūt,sed mundioris vitæ institutā sectant:& in eo qd' cōiugia nū habent, nō nuptiarū bonū,crimē esse existimant,sed cōtinētiam iugē bonis nuptiis meliorē esse nō dubitāt,isto quā maxime tēpore, quādo dr̄ de cōtinētia,Qui potest capere,capiat.De nuptiis vero dicit,Quise non cōtinet,nubat.In vna enim rōne uritus exorit,in altera infirmitas remedio subleuat.Vnde quia ęgritudini semper est cōsulēdū, p̄pea si cui primo cōtigerit priuari cōiugio,si voluerit secūdas vel tertias inire nuptias,nullū de illis peccatū habebit, si eas caste seruauerit:id est,si vnus & vna legitime dūtaxat cōiuncti,fidē seruēt,vt nec ille mulieri p̄ter vxorē,nec illa viro p̄ter maritū vllatenus misceat.In talibus & si fuerit aliquis cōiugalis excessus,qui tamen legitimum non violet thorū,habebit nonnullum,sed veniale peccatū.Sed hęc illorū sunt, q̄ nullā vouerūt continentiam Deo.Cæterū quisquis seipsum castrauerit p̄pter regnū cœlorū & in corde suo continentiam Deo vouerit,nō solū si mortifero fornicationis crimine maculet,verum etiam si aut vir vxorem accipere aut mulier nubere voluerit,secundum Apostoli sententiā,damnationem habebit:quia primam fidem irritam fecit.Sicut ergo secundum Apostoli sententiam,dignum est vt vxori vir debitum reddat,similiter & vxor viro, quia si quis acceperit vxorem,non peccat:& si nupserit uirgo,non peccat:ita secundum eiusdem Apostoli dictum qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatē, potestatem autem habens suæ voluntatis, & vouerit cōtinentiam Deo,debet eam vsq; in finem tota mentis solicitudine custodire,ne damnationem habeat, si primā fidem irritam fecerit.Similiter & coniugati viri,& coniugatæ mulieres, si ex consensu perennem Deo vouerint cōtinētiam,nouerint se sui voti obnoxios detinere:nec iam sibi debere commixtionem carnis,quam primitus licitam habuerunt,sed Deo se debere continentiam quam vouerunt.Tunc enim vnusquisque regnum cœlorum,quod sanctis promittit,possidebit, si obliuiscens quæ retro sunt,& in anteriora extendēs seipsum, secundum quod in psalmis dicitur, Vouete,& reddite

1.Tim.4.

Heb.13.

Virtutis ē a cō nubio se abstinere, & dei donū, remediū,si q̄ spiā

Mat.19 1.Cor.7 id non pt,ē,ve nubat

10.ob id, vt ī.1. ca.cōci.car.4.p3 epīsīponebat,ne mrīmonia,phi - beret,nec carniū ꝓceptionē culpa ret, & in can.6. apo.eisdē p̄cipit, & p̄scribit eris ne

Cōtinē tia reli gionis

Mat.19 vxores propria abiicant,q̄ si eiecerit ex cōicet.

1.Cor.7 ſ3 si pseuerauerit deiiciat q̄ verb. hūr,dist.28. si qs docuerit. & dist. 31.c.qcūq; declarādo & ī decret. Ino.lib.3.

Phi.3.

Psal.75.

Vota reddēda, idē in Epist. 45. in To. 2. & sup ps. 75. in To. 8. is nemo dño ali quid rēcte uouit nisi ab illo acce perit quod uouit in sen. excerp. ex August. sent. 54. in Tomo. 3. Hoc idem determinarunt patres arausican. concil. c. addentis (sicut legitur) quæ de manu tua accepimus damus tibi, ob id concludendum cum aug. super ps. 49. in To. 8. quod deus non exigit, nisi quod omnibus dedit.

dite Domino Deo vestro: quod scit esse licitum, & ad profectum melioris vitę pertinere cognoscit, & libenter vouеat, & celeriter reddat, & in hoc quod votum reddit, meliore semper conatu proficiat. Omni enim vouenti Deo & reddenti quod vouit, ipse quoq; Deus reddet cœlestis regni præmia quæ promisit.

Natura diuina CAP. IIII.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites patrem & filium & spiritum sanctum vnum esse naturaliter Deum, in cuius nomine baptizati sumus. Cum enim aliud nomen sit pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus: hoc est vtique vnum naturæ nomen horum trium quod dicitur, Deus. Qui dicit in Deuteronomio, Videte quoniam ego sum Deus, & non est alius præter me. Et de quo dicitur, Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est. Et, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Deut. 32. Deut. 6.

Vnus Deus, CAP. V.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, patrem & filium & spiritum sanctum, id est sanctam trinitatem esse solum naturaliter verum Deum. Quia cum tres Deos nobis colere non liceat, nisi vnum solum verum Deum, tamen sicut pater verus Deus dicitur, testante Apostolo qui ait, Conuersi estis ad Deum a simulachris, seruire Deo viuo & vero, & expectare filium eius de cœlis, quem suscitauit a mortuis Iesum: Ita quoque filium verum Deum Ioannes commendat Apostolus, dicens, Scimus quia filius Dei venit, & dedit nobis intellectum vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna: qui vtique quoniam verus Deus est, etiam veritas est, sicut ipse nos edocet dicens, Ego sum via & veritas & vita. De spiritu quoque sancto Ioannes apostolus ait, Quia spiritus est veritas. Et vtique non potest naturaliter Deus verus non esse, qui Veritas est. Quem etiam Deum Paulus apostolus confitetur, dicens. Membra vestra templum sunt spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis a Deo, & nō estis vestri, empti enim estis p̄cio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro.

1. Thes. 1. 1. Ioan. 5. Ioan. 14. 1. Corin. 6.

Deus æternus CAP. VI.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, patrem & filium & spiritum sanctum, id est sanctam trinitatem vnum verum Deum sine initio sempiternum esse. Propter quod scriptum est. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, Hoc erat in prin

in principio apud Deum. Hæc denuo sempiternitas intimatur, vbi dicitur in psalmo, Deus autem rex noster ante secula. Et alio loco, Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Sapien. 7.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, sanctam trinitatem solum verum Deum, sicut æternum, ita solum naturaliter incommutabilem esse. Hoc enim significat, cum dicit seruo suo Moysi, Ego sum qui sum. Hinc & Psalmus dicit, In principio Domine tu terram fundasti, & opera manum tuarum sunt cœli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & ānі tui nō deficient.

Deus incōmutabilis. CAP. VII. Exod. 3. Psal. 101.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, sanctā trinitatem solum esse verum Deum rerum omnium visibilium atque inuisibilium creatorem. De quo in Psalmo dicitur, Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino Deo ipsius qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. De quo etiā Apostolus dicit, Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula.

Deus omnium creator. CAP. VIII. Psal. 145. Rom. 11.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, patris, & filij & spiritus sancti vnam quidem esse naturā, tres vero esse personas: patremq; solum esse qui dixit, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: & filium solum esse super quem vox illa solius patris insonuit, quando in Iordane secundum carnem baptizatus est vnigenitus Deus, qui carnē solus accepit: atq; spiritum sanctum patris & filij solum esse, qui in specie columbe super Christum baptizatum & ascendentem ab aqua descendit, & quinquagesimo die post resurrectionem Christi fideles in vno loco positos, in linguarum igne arum visione aduenies repleuit. Illam vocē, qua solus locutus est Deus pater: & illam carnem, qua solus homo factus est vnigenitus Deus: & illam columbam, in cuius specie spiritus sanctus super Christum descendit: illasque linguas, in quarum visione fideles apostolos in vno loco constitutos repleuit, opera esse totius sanctę trinitatis, id est, vnius Dei, qui fecit omnia in cœlo & in terra, visibilia & inuisibilia.

Trinitas in vnitate. CAP. IX. Matt. 3. Act. 2. Idē supra I isto lib. c. 2. & in de verb. dñi serm. 63. in Tom. 10.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites solum Deum filium, id est, vnam ex trinitate personam solius patris esse filium: spiritum vero sanctum ipsum quoque vnam ex trinitate personam, non solius patris, sed simul patris & filij esse spiritum. Ostendens enim Dei filius se solum esse de patre genitum, ait, Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Et paulo post, Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia

Distinctio psonarum. CAP. X. Ioan. 3.

quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei, Spiritū autē sanctū & patris & filij esse spiritum Apostolus docet, qui ait, Vos autē non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Et sequitur, Si quis autem spiritum Christi non habet, hic nō est eius.

Roma.8.

Spiritus Sanctus.
CAP. XI.
Ioan.15.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, eundē spiritum sanctum, qui patris & filij vnus est spiritus, de patre & filio procedere. Dicit enim filius, Cum venerit spiritus veritatis, qui a patre procedit. Vbi suum spiritum esse docuit, quia ipse est Veritas. De filio quoq; procedere spiritum sanctum, prophetica atque Apostolica doctrina nobis commendat. Esaias enim dicit de filio,

Esai.11.

Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorū suorū interficiet impium. De quo & Apostolus ait: quē interficiet Dominus Iesus spiritu oris sui. Quem etiā ipse vnicus Dei filius spiritum oris sui esse significans, post resurrectionē insufflans in discipulos, ait: Accipite spiritū sanctum. De ore vero ipsius Domini Iesu, ait Ioannes in apocalypsi, quia gladius vtraque parte acutus procedebat. Ipse ergo spiritus oris eius, ipse est gladius qui de ore eius procedit.

2.Thessa.2.
Ioan.20.
Apoc.1.

Trinitas nullis terminis circunscripta.
CAP. XII.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, trinitatem Deum immensum esse virtute non mole: & omnem creaturam spiritalem atque corporalem virtute eius & præsentia contineri. Dicit enim Deus pater, Cœlum & terram ego impleo. Dicitur etiam de sapientia Dei, quæ filius est eius, Quia attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. De spiritu quoque sancto legimus, Quia spiritus Domini repleuit orbē terrarum. Et Dauid Prophera dicit: Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlū tu illic es: si descendero ad infernum ades.

Hiere.23.
Sapien.8.
Sapien.1.
Psal.138.

Persona filij.
CAP. XIII.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites: vnam ex trinitate personam, id est, deum filium, qui de natura Dei patris solus natus est, & vnius eiusdemque naturæ cum patre est, ipsum in plenitudine temporis secundum susceptionem formæ seruilis voluntarie in Virgine conceptum, & de virgine natum, verbum carnem factum: ipsum quoque esse qui essentialiter natus est de patre, et essentialiter cōceptus est, natusque de virgine: ipsumq; vnum esse, & vnius naturæ cū virgine, qui ait de Deo patre, Ante secula fundauit me, & ante omnes colles generauit me. De quo etiam dixit Apostolus: Quia cū venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.

Gal.4.
Ioan.1.
Prouerb.8.
Gal.4.

Humanitas Christi.
CAP. XIIII.

FIRMISSIME tene, et nullatenus dubites, Christū filiū Dei sicut de Deo patre plenum perfectumq; Deū, ita de virgine matre plenum perfectumque hominē genitum,

nitum, id est, verbum Deum, habentē scilicet sine peccato veram nostri generis carnem & animam rationalem. Quod ipse Dei filius euidenter ostendit, dicens de carne sua: Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me videtis habere. Animam quoque se habere his verbis ostendit, dicens: Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, & iterum sumo eam. Intellectum quoq; animæ se habere ostendit in eo, quod ait: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Et de seipso Deus per Prophetam dicit: Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & sublimis erit valde. Nam & beatus Petrus secundum sancti Dauid prophetiam in Christo carnem & animam confitetur. De ipso enim beato Dauid loquens, ait: Propheta igitur cum esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelicta est anima eius in inferno, neque caro eius vidit corruptionem.

Infra in præf.
Psal.29.
Luc.24.
Ioan.10.
Matth.11.
Isaiæ.25.
Act.2.

Diuinitas Xpi.
CAP. XV.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, vnū filium atque ipsum esse deū verum, qui cum patre deo, et spiritu sancto deo fecit omnia tempora, & in monte Sinai legē Moysi dedit ordinatam per angelos, & ipsum deum verbum carnem factum: qui veniente plenitudine tēporis, missus a patre & spiritu sancto factus est ex muliere quā fecit, solus factus est sub lege quam dedit.

Exod.20.et.21.
Ioan.1.
Gal.4.

De duabus in Christo naturis.
CAP. XVI.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, dei verbum quod caro factum est, in duas naturas inconfusibiliter permanere. Vnā veram diuinam, quam habet cū patre communem, secundum quam dicit: Ego & pater vnum sumus, & qui me videt, videt & patrem, & ego in patre, & pater in me est: secūdum quā etiā dicit Apostolus, splendorem gloriæ & figuram substantiæ Dei. Alteram veram humanam, secundum quam ipse deus incarnatus dicit: Pater maior me est.

Ioan.10.
Ioan.14.
Heb.1.
Ioan.14.

Vnitas psonę in Christo.
CAP. XVII.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, Deū verbum carnem factum, vnam habere diuinitatis suæ carnisque personam. Deus enim verbum plenam naturam humanam, ita sibi veraciter vnire dignatus est, & permanente diuinitate sua ita verbum caro factum est: vt quamuis naturaliter non hoc sit verbum quod caro, quia duarum naturarum veritas manet in Christo, secundum vnam tamen personam idem verbum caro ab ipso fieret maternæ conceptionis initio. Deus enim verbum non accepit personam hominis, sed naturam: & in æternam personam diuinitatis accepit temporalē substantiā carnis. Vnus est ergo Christus verbū caro factū, qui etiam ex patribus secūm carnē, & super omnia

Ioan.14.

Verbum nō accepit personam sed naturam.

omnia deus benedictus in secula. Vnus Iesus, cui & pater dicit. Ex vtero ante luciferum genui te. Vbi significatur ante omne tempus sine initio æterna natiuitas. Vnus Iesus, de quo & Euangelista dicit: Quia vocatū est nomen eius Iesus, quod vocatū est ab angelo, priusquam in vteró conciperetur.

Psal. 109
Luc. 2.

verbi & carnis vnio.
CAP. XVIII.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, non carnē christi sine diuinitate cōceptā, in utero uirginis, priusquam susciperetur a verbo, sed ipsum verbum Deū sua carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem verbi incarnatione conceptam.

Sacrificia.
CAP. XIX.
Ephe. 5.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, ipsum vnigenitum deum verbum carnem factum, se pro nobis obtulisse sacrificium & hostiam deo in odorem suauitatis: cui cū patre & spiritu sancto a Patriarchis, Prophetis, & sacerdotibus tempore veteris Testamēti animalia sacrificabantur: & cui nunc, id est, tempore noui Testamenti, cum patre & spiritu sancto, cum quibus illi est vna diuinitas, sacrificium panis & vini in fide & charitate, sancta Ecclesia catholica per vniuersum orbem terræ offerre non cessat. In illis enim carnalibus victimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sinè peccato fuerat oblaturus, et sanguinis quem erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum actio atque cōmemoratio est carnis Christi quam pro nobis obtulit, & sanguinis quē ꝓ nobis idē deus effudit. De quo beatus Paulus dicit in actibus apostolorū: Attēdite uobis et uniuerso gregi in quo vos spiritus sanctus posuit epōs regere Ecclesiā dei, quā acquisiuit sanguine suo. In illis ergo sacrificijs qd nobis esset donandū figurate significabatur. In hoc autē sacrificio quid nobis iam donatū sit, euidenter ostenditur. In illis sacrificijs prenunciabatur filius dei pro impijs occidēdus: in hoc autem pro impijs annunciatur occisus, testante Apostolo: quia Christus cum adhuc infirmi essemus secundum tempus, pro impijs mortuus est: & quia cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.

Sacrificiū panis

Esai. 53.
Roma. 8.
Sacrificium gratiarū actiōis, et Eucharistiæ sacramētū, cōmemoratio est Act. 20. carnis Christi, quā pro nobis obtulit, & sanguinis quem ꝓ nobis idē deus effudit, & sic oīdit qd nobis iā donatū Ro. 5. sit. idē 1. 3. de doc. christia. 16. & super Io. trac. 25. 26. & 27. & 45. & in de verb. dñi ser. 28. & 33. & 63. & in de ỹb. apo. ser. 2. in Tom. 10. Aug.

Humanitas Christi CAP. XX.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, verbū carnem factum, eandem humanam carnem semper veram habere, qua de virgine verbum deus natus est, qua crucifixus & mortuus est, qua resurrexit & in cœlum ascendit, & in dextera Dei sedet, qua etiam venturus est iudicare viuos & mortuos: propter quod apostoli ab angelis audierunt, Sic veniet quemadmodum eum vidistis euntem in cœlum. Et beatus Ioannes ait, Ecce veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus & qui

qui eum crucifixerunt, & videbunt eum omnes tribus terræ talem.

Natura nihil non benum.
CAP. XXI.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, trinitatem deum, id est, patrem & filium & spiritum sanctum esse naturaliter summum atque incommutabile bonum & ab ipso creatas esse omnes naturas bonas quidem quia a summo bono factę sunt, sed mutabiles, quę de nihilo factę sunt: nullamque esse malam naturam, quia omnis natura inquantum natura est, bona est. Sed quia in ea bonum & augeri & minui potest, intantum mala dicitur, inquantum bonum eius minuitur. Malum enim nihil aliud est, nisi boni priuatio. Vnde geminum constat esse creaturæ rationalis malum, vnum quo voluntarie ipsa deficit a summo bono creatore suo: alterum quo iniuita punietur ignis ęterni supplicio: illud passura iuste quia hoc admisit iniuste: et quia ordinē in se nō seruauit diuinę institutionis, ordinē diuinę nō effugiet vltionis.

Malum est boni priuatio.

Malum rationalis creaturæ duplex.

Nulla creatura ē eadē cū Deo.
CAP. XXII.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, neque angelos, neque aliam quamlibet creaturam eiusdem naturę esse, cuius secundum naturalem diuinitatem summa trinitas, quæ est vnus naturaliter deus pater & filius & spiritus sanctus: neque enim vnius naturæ esse potuerunt ille qui fecit, & ea quę fecit.

Angeli facti stabiles.
CAP. XXIII.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, omnē creaturam naturaliter mutabilem à deo incommutabili factam, nec tamen posse quemlibet sanctorum angelorum in deterius mutari: quia sic acceperunt æternam beatitudinem, qua deo stabiliter perfruuntur, vt ea carere non possint. Sed hoc ipsum, quod ab illo statu beatitudinis, in quo sunt, mutari in deterius nullatenus possunt, non est eis naturaliter insitum, sed postquam creati sunt gratię diuinæ largitate collatum. Si enim angeli naturaliter incommutabiles fierēt, nunquam de eorum consortio diabolus & eius angeli cecidissent.

Isdem supra in de Eccle. dogmat. cap. 59. & in. 2. sent. dist. 5. cap. 1.

Creaturę rationales.
CAP. XXIIII.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, in omni creatura, quam spiritalem atque corpoream summa trinitas fecit, solos spiritus angelicos & humanos intelligendi facultatem diuinitus accepisse. Cæteros verò spiritus brutorum animalium rationalem intelligentiā non accepisse, & etiā hoc omninò habere non posse. Propter quod dicit hominibus, Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. Et ideò animas hominū, & animas pecorū vnius naturæ non esse: nec animas pecorum in animas hominum, nec animas hominum in animas pecorum posse aliquando transire.

Psal. 31.

Idem & fusius infra in præf. psal. 29.

Liberavolūtas Adam,
CAP. XXV.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, primos homines, id est, Adā & mulierē eius, bonos et rectos, et sine peccato creatos, eē cū libero arbitrio, quo possent

si vellent humili & bona voluntate seruire atq; obedire: quo arbitrio etiã possent, si vellent, propria voluntate peccare: eoscp nõ necessitate, sed propria voluntate peccasse: illoq; peccato sic in deterius mutatam humanam naturam, vt non solum in ipsis primis hominibus per peccatum mors obtineret regnum, sed etiã in omnes homines transiret peccati mortisque dominium.

Roma.5.

Pecatũ originale. CAP. XXVI.

De confec. dist. 4. c. firmissime.

Ephe.2.

FIRMISSIMÈ tene, et nullatenus dubites, omnem hominẽ, qui per concubitũ viri & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditũ, morticp subiectum & ob hoc natura irę filium nasci. De qua dicit Apostolus, Eramus enim et nos natura filii irę, sicut & cæteri. A qua ira nullus liberatur nisi per fidẽ mediatoris Dei & hominũ, hominis Iesu Christi: qui sine peccato conceptus sine peccato natus, sine peccato mortuus, peccatum pro nobis factus est, id est, sacrificium factus est pro peccatis nostris. In veteri quippe Testamẽto peccata dicebantur sacrificia, quę pro peccatis offerebantur, in quibus omnibus fuit significatio Christi: quia ipse est agnus Dei qui tollit peccata mundi.

De hoc fusius ī 13. de trinitate cap. 14. ī To. 3. et sup. psal. 34. ī Tom. 8. et. sup. euãg. Ioã. trac. 41. in To. 9. et ī de vb apost. fer. 6. ī To. 10

Nõ. baptizati. CAP. XXVII.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, non solum homines iã ratione vtentes, verum etiã paruulos, qui siue in vteris matrũ viuere incipiunt, & ibi moriuntur, siue cum de matribus nati sine sacramẽto sancti baptismatis, quod datur in nomine patris & filii & spiritus sancti, de hoc seculo transeunt, ignis ęterni sempiterno supplicio puniendos: quia & si proprię actionis peccatum nullũ habuerunt, originalis tamẽ peccati damnationem carnali conceptione & natiuitate traxerunt.

Pro hac difficultate uide Aug. ī de bono pseuerantię cap. 12. in Tomo. 7.

Iudicium. CAP. XXVIII.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, ideo Christum filiũ Dei ad iudicãdos viuos & mortuos venturũ, ut homines, quos hic dono suę gratię gratis per fidẽ iustificat, eisdemq; iustificatis in fide & charitate sanctę matris Ecclesiæ vsq; in finem perseuerãtiam donat, in suo aduentu resuscitet & glorificet, & secundũ promissionem suã equales sanctis angelis faciat, & ad eũ statum perducat, in quo perfectè, quãtum unicuiquè donat Deus, boni sint, & ab ipsa perfectione deinceps mutari non possint, ubi diuersa erit sanctorum gloria, sed una erit omnium uita ęterna. Diabolum uerò & angelos eius in ignem æternũ a Christo esse mittendos, ubi nunquam carebunt pœna, quam eis preparauit diuina iustitia. Cum ipso etiam diabolo impios & iniquos homines, de quibus scriptura dicit, Imitantur autem eum qui sunt ex parte illius, pro eo quia eum in malis operibus imitati sunt, & antè finem præsentis uitæ congruam pœnitentiam nõ egerunt, resumptis corporibus supplicio ęterno combustionis arsuros.

Sapien.2.

Resurrectio: CAP. XXIX. De Resurrectio fusius dictũ supra, in enchiri. 1. Corin. 15 .a cap. Ma. 25 84. usq; ad cap. 92, et ī de eccl. dogmatib, cap. 77.

FIRMISSIMÈ tene, et nullatenus dubites, omnibus hominibus et bonis & malis resurrectionem carnis in aduentu Domini futuram esse communem: retributionem uerò iustitię Dei esse bonis malisque dissimilem, secundum quod Apostolus ait: Quia omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Immutabũtur autem iusti qui ibunt in uitam ęternam. Quod Apostolus ostendit dicens: Et mortui resurgẽt incorrupti & nos immutabimur. Et ostendens quę erit ipsa immutatio, adiecit: Oportet enim corruptibile hoc īduere incorruptionem & mortale hoc induere immortalitatem. In iustorũ coporibus fiet quod ipse Apostolus ait: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminat in ignobilitate, surget in gloria. Seminat in infirmitate, surget in uirtute. Seminatur corpus animale surget corpus spiritale. Quod propterea spiritale dixit, non quia ipsum corpus spiritus erit, sed quia uiuificante spiritu immortale atq; incorruptibile permanebit. Sic autem tunc dicitur spirituale corpus cum non spiritus sit, sed permaneat corpus: sicut nunc animale dicitur cum tamen inueniatur non anima esse, sed corpus:

Fides & baptismus. CAP. XXX.

FIRMISSIMÈ tene, et nullatenus dubites, exceptis illis qui prò nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem accepturum uitam æternam, qui non hic à malis suis fuerit per pœnitentiam fidemq; conuersus, & per sacramẽtum fidei & pœnitentiæ, id est, per baptismũ liberatus: & maioribus quidem necessarium esse & pœnitentiam de malis suis agere, & fidè catholicam secundum regulam ueritatis tenere, & sacramentum baptismatis accipere: paruulis uerò qui nec propria uoluntate credere, nec pœnitẽtiã pro peccato quod originaliter trahunt agere possunt, sacramentũ fidei quod est sanctum baptisma, quandiù rationis ætas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem.

Baptismus paruulis sufficit ad salutem.

Gratia. CAP. XXXI. 2. Timo. 2.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, neminẽ hic posse hominum pœnitentiam agere, nisi quem deus illuminauerit, & gratuita sua miseratione conuertit. Apostolus enim dicit: Nè forte det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant a diaboli laqueis.

Nihil agi sine gratia. CAP. XXXII In de predestina. sãctorũ ca. 3. ī To. 7. et ī 3. T. hor. opus.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, posse quẽ hominẽ quẽ nec ignorãtia literarũ, nec aliqua prohibet imbecillitas uel aduersitas, uerba sãctæ legis & Euãgelij siuè legere, siuè ex ore cuiusquã prædicatoris audire: sed diuinis mandatis obedire neminem posse, nisi quẽ Deus gratia sua pœuenerit: ut qđ audit corpore, cor de ẽt ꝓcipiat, et accepta diuinitus bona uolũtate atque uirtute, mandata dei facere & uelit & possit, Neque

et cõ firmatũ est ab Ec. in concil. arauſ. can. 3. et. 4. n. 1. To. concil.

1. Cori. 3. Philip. 2.

enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, qui etiam operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.

Deum nihil latere. CAP. XXXIII.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, Deo incommutabili non solũ preterita & presentia, sed etã futura oia incõmutabiliter esse notissima, cui dicitur, Deus qui occultorũ es cognitor, qui scis oia antequ fiãt.

Daniel. 13.

Prædestinatio. CAP. XXXIIII.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites trinitatem Deum incõmutabilẽ rerum omnium atque operũ, tam suorum quam humanorum certissimum cognitorem ante omnia secula scire quibus esset per fidem gratiam largiturus: sine qua nemo potest ex initio mundi vsque in finem à reatu peccati, tam originalis quã actualis absolui. Quos enim Deus præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui.

Ro. 8.

Beati prædistinatione.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, omnes quos vasa misericordiæ gratuita bonitate deus fecit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum dei prædestinatos à deo: neque perire posse aliquem eorum quos deus prædestinauit ad regnum cœlorum; nec quenquam eorum quos non prædestinauit ad vitã vlla posse ratione saluari. Prædestinatio enim illa gratiæ donatiõis est pparatio, qua nos Apostolus ait prdestinatos in adoptionẽ filiorũ Dei per Iesum Christũ in ipsum.

CAP. XXXV. Roma. 8.

Quod prdestinatus nõ possit dãnari nec pscirus saluari fusius habes ab Ephe. 1. Augusti. in de correp. et gratia & in. 3. To. horũ opuscul. cap. 7. i To. 7. & i soliloquiis cap. 29. in To. 1. & sup psal. 55. in To. 8. & quo prdestinatio, est gratuita donationis prparatio, habes supra i isto lib. cap. 3. et de prdest. sanctorum 10. 13. Tom. Ioã. 13. horũ opus.

Baptismus. CAP. XXXVI.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, sacramentum baptismatis, nõ solũ intrà Ecclesiam catholicam, sed etiam apud hæreticos, qui in nomine patris & filii & spiritus sancti baptizant, esse posse, sed extra Ecclesiam catholicã prodesse non posse. Imo sicut intrà recte credentibus per sacramentũ baptismi Ecclesiã conferri salutẽ: sic extrà Ecclesiã baptizatis, si ad Ecclesiã non redierint, eodẽ baptismo accumulari pernicie. Tantum enim valet Ecclesiasticæ societatis vnitas ad salutem, vt baptismo non saluetur, cui non ibi datur, vbi oportet vt detur. Ineſſe tamen homini baptismũ etiam extra Ecclesiam baptizato, sed ad iudiciũ ineſſe ab Ecclesia separato. Et quia manifestum est, vbicunq; datum fuerit, hoc baptisma semel esse dandum, ideo & si ab hereticis in nomine patris & filii & spiritus sancti fuerit datum venerabiliter agnoscendum, & ob hoc nullatenus iterandũ. Saluator enim dicit, Qui semel lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, omnẽ extra Ecclesiam catholicam baptizatum, participẽ fieri non posse vitæ æternæ si antè finem vitæ huius catholicæ non fuerit redditus atque incorporatus Ecclesiæ.

Ecclesia CAP. XXXVII.

Quia

Quia si habeam, inquit, Apostolus, omnem fidẽ, & nouerim omnia sacramenta, charitatẽ aũt nõ habeam, nihil sum. Nam & in diebus diluuii neminẽ legimus extra arcam potuisse saluari.

1. Cori. 13. idẽ in de ciui. dei cap. 26. in To. 5. & super Euã. Ioã. tract. 6. in Tom. 9.

Damnati. CAP. XXXVIII.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, non solum omnes Paganos, sed etiam omnes Iudeos hereticos, atque schismaticos, qui extra Ecclesiam catholicã præsentem finiũt vitam, in ignem æternũ ituros, qui paratus est diabolo & angelis eius.

Matt. 25.

Hæretici. CAP. XXXIX.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, quemlibet hæreticum siue schismaticũ in nomine patris & filii & spiritus sancti baptizatum, si Ecclesiæ catholicæ nõ fuerit aggregatus, quantascunq; eleemosinas fecerit, & si pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari. Omni enim homini, qui Ecclesiæ catholicæ non tenet vnitatẽ, neque baptismus, neque eleemosyna quãlibet copiosa, nec; mors pro nomine Christi susceptа proficere poterit ad salutem, quandiu in eo hæretica vel schismatica prauitas perseuerat, quæ ducit ad mortem.

Christiani male viuentes. CAP. XL.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, non omnes qui intrà Ecclesiam catholicam baptizantur, accepturos esse vitam æternam, sed eos qui percepto baptismate recte viuũt id est, qui abstinuerunt se a vitiis et concupiscentiis carnis. Regnum enim cœlorũ sicut infideles hæretici atque schismatici non habebunt, sic catholici criminosi possidere non poterunt.

Sine peccatis neminẽ viuere. CAP. XLI.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, etiam iustos atq; sanctos homines, exceptis iis qui baptizati paruuli sunt, sine peccato hic neminẽ viuere posse: semperq; omni homini esse necessarium, & peccata sua vsq; in finẽ vitæ præsentis eleemosynis diluere, & remissionẽ à Deo humiliter ac veraciter postulare.

Quod veraciter oẽs homes dicũt dimitte nobis debita nostra Habes ab Aug. in de ecclesia dogmat. capi. 35. & in cõcil. mil. can. 6. & in cõcil. aphri. can. 81. in 1. Tomo. concil.

Cibus, Potus, Matrimoniũ. CAP. XLII.

FIRMISSIMÈ tene, & nullatenus dubites, omnem creaturam Dei bonam esse, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: & Dei seruos, qui a carnibus aut vino abstinent, non tanquã immũda quæ a Deo facta sunt respuere, sed à fortiori cibo & potu pro sola castigatione corporis abstinere. Nuptias quoque diuinitus institutas & benedictas: & melius quidẽ si quisquã sinè coniugio sit, vt liberius atque plenius cogitet quę sunt Dei, quomodo placeat Deo: tamen illis qui continentiã non nouerunt, nullũ esse peccatũ, si vel mulier nubat, vel vir vxorem ducat. Nec tolas primas

1. Tim. 4. Et pro expositione vide Aug. in. 3. de doctri. Christ. ca. 12. et quę ibi a nobis notata sũt. 1. Corin. 7.

De cõtinẽtia et matrimonio multa diximus supra cap. 3.

nuptias a Deo institutas, sed etiã secũdas & tertias, pro eorum qui se continere nõ possunt infirmitate cõcessas. Eis vero qui siue cõiugati, siue à coniugio liberi continentiam Deo vouerũt, admodum esse damnabile, si vel illi cõiugale opus voluerint appetere, quo se nõ accessuros vel illi repetere, a quo se recessuros, illi libera, illi communi professi sunt voluntate.

Malos misceri bonis. CAP. XLIII. Matt. 3.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, aream Dei esse Ecclesiã catholicã, & intrà eã vsque in finẽ seculi frumẽto mixtas paleas contineri: hoc bonis malos sacramẽtorũ cõmunioẽ misceri: & in omni ꝓfessione, siue clericorũ, siue monachorũ, siue laicorũ, bonos esse simul & malos: nec prò malis bonos deserẽdos, sed prò bonis malos, inquantũ exigit fidei et charitatis ratio tolerãdos, id est, si vel in ecclesia nullius perfidię semina spargunt, vel fratres ad aliquod malũ opus mortifera imitatione nõ ducũt: nec posse aliquẽ intrà Ecclesiã catholicã rectè credentẽ benèq; viuẽtẽ, alieno vnquã maculari peccato, si cuiquã peccãti nec cõsensionẽ ꝑheat nec fauorẽ, Vtiliterq; malos a bonis intra Ecclesiã tolerari, si hoc cũ eis bene viuẽdo & bene monẽdo agat, vt & videẽtes et audiẽtes quæ bona sunt, mala sua respuãt, & iudicãdos se à Deo prò suis malis operibus cõtremiscãt, atque ità ꝑueniente dono gratię de suis iniquitatibus cõfundãtur, & ad bonã vitã per Dei misericordiã cõuertant. Bonos vero à malis intra Ecclesiã dũtaxat catholicã cõstitutis nõ debere ꝓpter operũ dissimilitudinẽ separari, vt cũ quibus diuina cõmunicãt sacramẽta, nõ habeãt mala opera, quibus illi sunt criminosi, cõmunia. In fine verò seculi bonos à malis etiã corpore separandos: quando veniat Christus habes ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum paleas autem comburet igni inextinguibili: quando per iudicium iustum segregabit iustos ab iniustis, bonos à malis, rectos à peruersis: bonos cõstituet à dextris, malos à sinistris, & ex eius ore iusti ętернique iudicii sempiterna atque incommutabili prolata sententia, iniqui omnes ibunt in combustionẽ ętернã, iusti autẽ i vitam ętернam: iniqui semper arsuri cum diabolo, iusti autẽ regnaturi sine fine cũ Christo.

Matth. 3.

Matth. 25.

Persistẽdum in fide supra scriptorũ cap. CAP. XLIIII.

HAEC interim quadraginta capitula ad regulã vere fidei firmissimè ꝓtinẽtia fideliter crede, fortiter tene, veraciter patrẽterq; defende. Et si quę cõtraria his dogmatizare cognoueritis, tãquã pestẽ fuge, & tãquã hęreticũ abiice. Ita enim ista quę posuimus fidei catholicę congruũt, vt si quis non solũ oĩbus, sed etiã singulis voluerit cõtrarie, in eo quod singulis horũ cõtumaciter repugnat, et his cõtraria docẽr nõ dubitat, hęreticus et Christianę

stianæ fidei inimicus, atque ex hoc oĩbus catholicis anathematizandus appareat. Quãuis igit & angustia tẽporis & festinatio portitoris cõpulerit nos aliqua, quę prò diuersis hęresibus agnoscẽdis atque vitãdis fuerãt inserenda, ꝓterire silentio: tamẽ si oĩa quę in hoc opusculo continẽtur recẽsere & notissima prorsus habere nõ negligas, ex his poteris cauta discretione etiam de ceteris spiritaliter iudicare. Apostolus enim dicit, qa spiritalis iudicat oĩa: quo donec vnusquisque nostrũ perueniat, in eo quo ꝓuenit, ambulet, id est, in eo quod certũ accepit fideliter ꝓseueret, Quod si quid aliter sapit, hoc quoque illi Deus reuelabit. 1. Cori. 2.

Repetit superiora: CAP. XLV.

VERÈ firmũ fidei est fundamentũ, principaliter credere patrem & filium & spiritũ sanctũ, vnum esse naturaliter Deum: ità vt de natura patris verè natum vnigenitũ filiũ, & simul de patre & filio vere atque naturaliter procedẽtẽ credamus spiritũ sanctũ: ipsamquè sanctam trinitatẽ esse vnũ solum verũ æternũ atque incõmutabilẽ Deũ. Credere etiam congruit ad salutẽ, vnam ex trinitate personam, id est, vnigenitũ Deum pro nostra salute solũ hominem factum eundemque vnum esse Deum verũ, & hominem verũ, secundum diuinitatem vnam naturã habentem cum patre & spiritu sancto: secundum humanitatem verò animam Christi rationalẽ eiusdem naturæ esse cuius sunt animæ omnium hominũ, & carnem Christi illius esse naturę cuius est vniuersorũ qui de primo homine originẽ ducũt. Ergo nec animam Christi, nec carnem vnius cum diuinitate eiusdẽque esse naturę: quia secundum humanitatem verè ipse creatus est. Sed sicut diuinitati eius cũ patre & spiritu sancto est diuina natura cõmunis: sic animę eius & corpori naturalis est cõmunio cum animabus et corporibus nostris. Qui diuinitate sua carnem atque animam credentium in se, & à peccati dominio, & ab æternæ mortis supplicio gratis eripuit auferendo peccatum. Hac enim credulitate munitus, non obliuiscẽris diuinam misericordiam die noctuque supplicare: obsecrans beatam spem omnium credentium in se qui est Christus dominus, vt huius fidei Veritatem firmiter teneas, inuiolatamque custodias: quia spiritus sanctus fidelibus se deprecantibus copiosum subministrat adiutorium, sicut Prophęta dicit: Propè est dominus omnibus inuocantibus eũ in veritate. Volũtatẽ timentiũ se faciet, et preces eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Custodit dominus omnes diligẽtes se, et oẽs peccatores dispdet. Et iterũ ipsi Deo dicit: Ecce oẽs q se elongãt a te, pibũt: pdidisti oẽs qui fornicãtur abs te. De se autẽ ait. Mihi autem

Spiritus sanctus se deprecãtibus copiosum subministrat adiutoriũ ꝙ qđ a nobis rogeꝛ donũ illius est. nã petitio gratię, ẽ inẽtiũ gratię vt docet augu. in de correct. & gra ca. 1. in. 3. To. horũ, opusc. & Psal. 144 determinatum fuit a patribus araus. cõcil cã. 2. 3. et Psal. 72 4. ĩ 1. To. concil.

autem adhærere Deo bonum est, ponere in Dño spem meam. Adhærere igitur Deo fili charissime, & in ipso spem tuam toto corde fide & charitate constitue. In militia seculi exhibe regi terreno fidele seruitium, qa hoc
Ro.13. diligit Deus, hoc mãdat Apostolus, In causa vero fidei, qua Christus nos redemit ī sanguine suo, omnis de corde nostro timor abscedat. Illi animas nostras debemus, cuius sanguine redempti sumus. Illum debemus prę omnibu diligere, quem nouimus nostrarum animarum clementissimum redemptorem. Illius debemus timere præ omnibus ęternam & veram potestatem, quem venturum speramus æquissimum iudicem. Illius debemus promissa toto affectu cordis appetere, qui potest animæ & corpori donare vitam ęternam. Illius debemus timere iracundiam, qui potest animam & corpus mittere in gehennam: in cuius iudicio sine acceptione personarũ, sine ambitu potestatum æqualiter iudicabuntur domini & serui reges & milites, diuites & pauperes, humiles & sublimes. Vbi seruus quisquis hic fidem Dei in veritate tenuerit, regno potietur æterno: Dominus autẽ infidelis sempiterno exuretur incendio. Vbi seruorũ dominorúq; fidelium nec uita terminabit, nec lętitia finietur: infidelium vero siue seruorum siue dominorum secundum sermonis prophetici veritatem, ignis eorum
Esaiæ.66. non extinguetur, & vermis eorum non morietur. Ibũt
Mat.9. enim iniqui in ignem ęternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Attendamus autem quos illuc saluator ituros esse prædixerit, nempe illos, quibus dicturus ē: Esu
Mat.25. riui, & non dedistis mihi manducare: Sitiui, & non dedistis mihi bibere: Nudus fui, & non vestistis me: Hospes & non suscepistis me: Infirmus, & in carcere, & nõ venistis ad me. Quod si in ignem ęternum digne mittetur, qui Christo in suis minimis eiurienti panem nõ dederit: quid passurus est qui ipsum panem, qui de cœlo de
Ioan.6. scendit, sibi per infidelitatis vitium adimit? Et si in flãmis perennibus exuretur, qui Christo in suis minimis sitienti calicem aquę frigidę non tribuit: quid ille patietur, qui renatus ex aqua & spiritu sancto, sanctum baptisma in se iterare permittit, qđ ad salutẽ semel, & ad sacramentum sanctæ regenerationis accepit? Et si illum credimus perennibus subdendum esse tormentis, qui Christum in suis minimis peregrinum hospitio negligit charitate suscipere: quid passurum se putauerit, qui Dominum Christum de domo sui cordis excludens, & diabolum in se ęcca prorsus infidelitate recipiens, de sancta Ecclesia, quæ est columna & firmamentum veritatis, hæretica circumuentus falsitate discesserit? Et si ille qui infirmos atquè in carcere positos famulos Christi non

non uisitat, igni deputatur sempiterno: quid illis retribuendum dicimus, qui Dei famulos, in quibus solã per sequuntur fidei veritatem, aut squalore carcerum aut exiliorum deportatione violenter affligunt? Sed in his omnibus licet infideles fæuiant, Deus tamen suis auxilium subministrat. Et dum inimici fidei aut callida quẽque seductione, aut violenta compulsione cupiunt deprauare, Christus qui est virtus & sapientia Dei, vt mortiferę suasionis promissa despiciant, & virtutem tribuit vt terroribus humanis robore diuini timoris obsistãt: tantum est vt voluntas non auertatur à Deo, & fidei prędmio potiatur. Ipsa est enim, cui aut prò infidelitate infligitur ęterna pœna aut seruatę fidei merces erit sempiterna lætitia.

Christianæ pse cutiõis fructus sed fusius ifra ī præf. Psal.29.

D. AVRELII

AVGVSTINI LIBER DE AGONE CHRISTIANO.



CORONA victoriæ non promittit nisi certãtibus. In diuinis autem scripturis assidue inuenimus promitti nobis coronam si viceri mus. Sed ne longum sit multa cõmemorare, apud apostolum Paulum manifestissime legit: Opus perfeci, cursum consummaui, fidẽ seruaui, iam supereſt mihi corona iustitiæ. Debemus ergo cognoscere quis sit ille aduersarius, quẽ si vicerimus coronabimur. Ipse est enim quẽ Dñs noster prior vicit, vt ēt nos in illo p̃manẽtes vincamus per ipsum. Et dei quidẽ virtus atq; sapientia, & verbũ per quod facta sunt omnia, qui filius Dei vnicus est, sup oẽm creaturã semper incommutabilis manet. Et qm̃ sub illo est ēt creatura quæ nõ peccauit, quanto magis sub illo est oĩs creatura peccatrix? Ergo qm̃ sub illo sunt oẽs sancti angeli, multo magis sub illo sunt omnes præuaricatores angeli, quorũ diabolus princeps ē. Sed qa naturã nr̃am deceperat, dignatus est unigenitus Dei filius ipsam naturã nr̃am suscipere, vt de ipsa diabolus vinceretur, & quem semper ipse sub se habet, ēt sub nobis eũ ee faceret: ipsum significat dicẽs: Princeps huius

Corona certantibus datur.

CAP. I.

Q̃uo dona sua ī nobis coronat Dñs, vide Au. ī epi. 95. i. 2. To. horũ o pu. in de gra & 2. Ti. 4 Aduer sarius noster. li. ar. ad Val. c. 6 & 7. in T. 7. & ī. 2. To. horum 1. co. 1. opus. nã Ioã. 1. ipse remissionẽ peccatorum donauit, vt ex fide gratis iustificemur, & postea gr̃a, ꝑ gr̃a hoc ē, ꝑ hac gr̃a quã

fide viui mus, aliã grãm re cepturi sumus, nẽpe vitã eternã q̃ non nr̃a merita, sed dõa coronat deus. Sup̃euã. Io. tra. 3. T. 9 & talia sua donaĩ nobis amat, in de ỹb. dñi ser. 6. ĩ T. 10.

Idẽ. 13 de tri. c. 14. i To. 3. Io. 12. 1 Ti. 6. Q. ũora dix oĩz malorũ cupidítas, ĩ de fide Io. cõtra 16.

ius mundi missus est foras. Non quia extra mundũ missus est qũo qdã hæretici putãt, sed foras ab animis eorũ q̃ cohærẽt verbo Dei, & nõ diligũt mũdũ, cuius ille princeps est, q̃a dominatur eis q̃ diligunt tẽporalia bona, quę hoc uisibili mũdo cõtinentur: nõ qa ipse Dñs est huius mũdi, sed princeps cupiditatũ earũ ꝑbus cõcupiscitur oẽ qd̃ transit, vt ei inbiaceãt qui negligunt eternũ Deũ, & diligũt instabilia & mutabilia. Radix enim est oĩum malorũ cupiditas, Quã qdã appetentes ā fide errauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. Per hãc cupiditatẽ regnat in hoĩe diabolus et cor eius tenet. Tales sunt oẽs qui diligũt istũ mundũ. Mittitur aũt diabolus foras, quando ex toto corde huic mundo renuncia tur. Sic enim renunciatur diabolo, qui princeps est huius mundi, cum renunciatur corruptelis & põpis & angelis eius. Ideo q̃ ipse Dñs iã triũphãtẽ naturam hominis portans, Scitote, inquit, quia ego vici mundum.

Manichęos. c. 4. &. 5. vbi hãc exponit autho. in To. 6. & quod per ianuam cupiditatis seu timoris ad nos intrat, & nobis imponẽ huius. 1. Tom. opusculorum.

Quod vĩcamus diabolũ, vĩcẽdo concupiscẽtias. CAP. II.

Collo. 2.

Gen. 3. Peccator datus est in cibũ diabolo.

Matth. 25.

MVLTI autem dicunt qũo possumus vincere diabolum quem non videmus? Sed habemus magistrũ qui nobis demonstrare dignatus est, qũo a nobis inuisibiles hostes vincantur. De illo enim dixit Apostolus, Exuẽs se carne principatus & potestates exemplauit fiducialiter triumphans eos in semetipso. Ibi ergo vincuntur inimicę nobis inuisibiles potestates, vincũtur inuisibiles cupiditates. Et ideo qui in nobisipsis vincimus temporalium rerũ cupiditates, necesse est vt in nobisipsis vincamus & illũ, qui per ipsas cupiditates regnat in homine. Quãdo enim dictũ est diabolo, Terrã mãducabis: dictũ est peccatori, Terra es, & in terrã ibis. Datus ẽ ergo in cibũ diabolo peccator. Nõ simus terra, si nolumus mãducari a serpente. Sicut enim qd̃ mãducamus, in nostrũ corpus conuertimus, vt cibus ipse secundũ corpus hoc efficiatur qd̃ nos sumus: sic malis moribus per neglitiã & superbiã & impietatẽ hoc efficitur qui que q̃ diabolus est, id est similis eius: & subijcitur ei, sicut subiectũ est nobis corpus nostrũ. Et hoc est qd̃ dicitur, mãducari a serpente. Quisqs ita timet illũ ignẽ, qui paratus est diabolo & angelis eius, det operã triũphare de illo in semetipso. Eos enim q̃ foris nos oppugnãt, itus vincimus, uim cẽdo cõcupiscentias per quas nobis dominant. Et quos inuenerint sui similes, secũ ad pœnas trahunt. Sic & apostolus dicit, q̃ in semetipso pugnet aduersus potestate exterio

exteriores. Ait enim: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principatus et potestates huius mundi, rectores harum tenebrarum aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Ephe. 6.

COELVM enim dicitur & iste aer, ubi venti & nubes & procellæ & turbines fiunt, sicut etiã scriptura dicit in multis locis. Et intonuit de cœlo dominus: Et aues cœli & volatilia cœli: cum manifestũ sit aues in aere volare. Et nos in cõsuetudine hũc aerẽ cœlũ appellamus: nã cũ desereno vel nubilo quærimus, aliquãdo dicimus, Qualis est aer? aliquando, Quale est cœlũ? Hoc dixi, ne quis existimet ibi habitare mala dæmonia, vbi solẽ & lunã & stellas Deus ordinauit: quę mala dæmonia ideo Apostolus appellat spiritalia, q̃a ẽt mali angeli in scripturis spiritus appellantur. Ideo aũt rectores harũ tenebrarum eos dicit, quoniam peccatores homines tenebras appellat, q̃ quãdo tenebræ, nũc aũt lux in Dño: q̃a ex peccatoribus iustificati erãt. Nõ ergo arbitremur in summo cœlo habitare diabolũ cũ angelis suis, vnde lapsum esse credimus. Vocabulũ cęli. CAP. III. Gen. 1. Locus dęmonũ Ephe. 6. Ephe. 5.

SIC enim errauerunt Manichęi, qui dicũt ante mũdi constitutionem fuisse gentem tenebrarũ, quę cõtra Deum rebellauit, in quo bello credunt miseri oipotentẽ Deum nõ sibi aliter potuisse succurere, nisi partẽ suã cõtra eam gentẽ mitteret. Cuius gentis principes, sicut illi dicunt, deuorauerunt partẽ dei, & tẽperati sunt vt posset mundus de illis fabricari. Sic dicunt Deum peruenisse ad uictoriã cum magnis calamitatibus & cruciatibus & miserijs mẽ brorum suorum, quę mẽbra dicunt esse cõmixta tenebris uisceribus principum illorum, vt eos tẽperarent & a furore cõpescerent. Et non intelligunt tam sacrilegã esse suam sectam, vt credant omnipotentem Deum non per creaturam quam fecerit, sed per ipsam naturam suã bellasse cum tenebris, quod nephas est credere. Neque hoc solum, sed etiam illos qui victi sunt, factos esse meliores, quia furor eorũ compressus est: dei autem naturã, quæ vicit, factam esse miserrimam. Dicunt etiam eam per ipsam commixtionem perdidisse intellectum & beatitudinem suam, & magnis erroribus & cladibus esse implicatam. Quam si aliquando vel totam purgari dicerent, magnã tamen impietatem contra omnipotentem Deum affirmarent, cuius partem crederent tanto tempore in erroribus & pœnis esse iactatam sine aliquo peccati crimine. Nunc vero infœlices audent adhuc dicere, nec totam posse purgari: & ipsam partem quæ purgari non potuerit, proficere ad vinculum, vt inde inuoluatur, & illigetur malitię sepulchro: & sic ibi semper sit pars ipsa Dei misera, quæ nihil peccauit, & affligatur in æternum carcere Somnia Manichæorum. CAP. IIII. De Manicheorũ cum magnis calamitatibus & cruciatibus & miserijs mẽ errorib. fusius sup. in de hęresi bus cap. 46.

cere tenebrarum. Hoc illi dicunt, ut simplices animas fallant. Sed quis tam simplex est, vt ista nõ sentiat esse sacrilega, quibus affirmant omnipotentem Deum necessitate oppressum esse ut partem suam bonam et innocentem tantis cladibus obruendam, et tanta immunditia inquinandam daret, & non totam liberare posset: & quod liberare non poterat, æternis vinculis colligaret? Quis ergo ista non execretur? Quis non intelligat impia esse & nephanda? Sed illi quando capiunt homines, non ista prius dicunt: quæ si dicerent, riderentur aut fugarentur ab omnibus. Sed eligunt capitula deserpturis, quę simplices homines non intelligunt, & per illa decipiunt animas imperitas, quęrendo vnde sit malum. Sicut in isto capitulo faciunt, quo ab Apostolo dictum est, Rectores harum tenebrarum, & spiritalia nequitię in cœlestibus. Quærunt enim deceptores illi, & interrogant hominem scripturas diuinas non intelligentem vnde sint in cœlo rectores tenebrarum, vt cum respondere non potuerit, traducatur ab eis per curiositatem: quia omnis anima indocta curiosa est. Qui autem fidem catholicam bene didicit, & bonis moribus & vera pietate munitus est, quanuis eorum hæresim nesciat, respondet illis tamen. Nec enim decipi potest, qui iam nouit quid pertineat ad Christianã fidem, quę catholica dicitur, per orbem terrarum diffusam & contra omnes impios, & peccatores, negligentes autem sui, domino gubernante securam.

Ephe.6.

Omnis Anima indocta curiosa est.

QVONIAM ergo dicebamus apostolum Paulum dixisse habere nos colluctationẽ aduersus rectores harũ tenebrarum, & spiritalia nequitię in cœlestibus: & probauimus etiã istũ aerem terrę proximum cœlũ vocari, oportet credere aduersum diabolum & angelos eius nos dimicare, qui gaudẽt perturbationibus nostris: nã & ipse Apostolus alio loco diabolũ principẽ potestatis aeris huius appellat. Quãuis ille locus, vbi ait: Spiritalia nequitię in cœlestibus: possit et aliter intelligi, ut nõ ipsos præuaricatores angelos in cœlestibus esse dixerit, sed nos potius, de quibus alio loco dicit: Cõuersatio nostra in cœlis est: Vt & nos in cœlestibus constituti, id est in spiritalibus præceptis Dei ambulantes, dimicemus aduersus spiritalia nequitię, quæ nos inde conãtur abstrahere. Magis ergo illud quęrendũ est, quomodo aduersus eos, quos nõ videmus, pugnare possimus, & vincere, ne putent stulti aduersus aerem debere nos certare.

Illud spiritalia nequitiæ, quõ accipiendum.
CAP. V.
Ephe.3.
Supra cap.3.
Ephes.2.
Philip.3.

DOCET itaque Apostolus ipse, dicens: Non sic pugno quasi aerem cędens: sed castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus inueniar. Itẽ dicit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Qua

In q̃ Apostolus imitandus sit.
CAP. VI.
1.Corin.9.
1.Corin.4.

sti. Qua in re intelligendũ est, etiam ipsum Apostolum in semetipso triũphasse de potestatibus huius mundi, sicut de Domino dixerat, cuius se imitatorem profiterur esse. Imitemur ergo & nos illum, sicut hortatur, & casti gemus corpus nostrum, & in seruitutem redigamus, si mũdum volumus vincere: quia per illicitas delectationes suas & pompas, & perniciosam curiositatem nobis dominari potest hic mundus, id est, ea quæ in hoc mundo perniciosa delectatione colligunt amatores rerum temporalium, & diabolo atque angelis eius seruire cogunt. Quibus omnibus si renunciamus, redigimus in seruitutem corpus nostrum.

SED ne quis forte hoc ipsum quærat, quomodo fiat vt corpus nostrum seruitutẽ subijciamus: facile intelligi, & fieri potest, si prius nosipsos subijciamus Deo bona voluntate & charitate syncera: nam omnis creatura, velit nolit, vni Deo & Domino suo subiecta est. Sed hoc admonemur, vt tota voluntate seruiamus Domino Deo nostro: quoniam iustus liberaliter seruit, iniustus autem compeditus seruit. Omnes tamen diuinæ prouidentiæ seruiunt, sed alij obediunt tanquam filii, et faciunt cum ea quod bonum est, alii vero ligantur tanquam serui, & fit de illis quod iustum est. Ita Deus omnipotens, dominus vniuersæ creaturæ, qui fecit omnia, sicut scriptum est, bona valde, sic ea distribuit, vt & de bonis & de malis bñ faciat. Quod.n. iuste fit, bñ fit. Iuste autem sunt beati boni, & iuste mali pœnas patiũtur. Ergo & de bonis & de malis benefacit deus, quoniam iuste omnia facit. Boni autem unt, qui tota voluntate Deo seruiunt, mali autem necessitate seruiunt: nemo enim leges omnipotentis euadit. Sed aliud est facere quod lex iubet, aliud pati quod lex iubet. Qua propter boni secũdum leges faciunt, mali secundum leges patiuntur. Nec enim nos moueat, quod in hac uita secundum carnem, quam portant iusti, multa grauia & aspera tolerant: nihil enim mali patiuntur, quia iã possunt dicere quod ille Vir spiritalis exultat & prædicat apostolus Paulus, dicẽs: Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Si ergo in hac vita, vbi tanta tormẽta sunt, possunt boni & iusti viri, cũ talia patiunt, nõ solũ æquo ãio tolerare sed etiã charitate in deo gloriari: qd cogitandũ est de illa vita, quę nobis ꝓmittitur, vbi nullã de corpore molestiam sentiemus? Quoniã nõ ad hoc resurget corpus iustorũ ad qđ resurget corpus impiorũ, sicut scriptũ ẽ:

Omnẽ creaturã seruire Deo.
CAP. VII.
Iustus liberaliter seruit. iniustus autẽ compeditus seruit.
Gen.1.
Aliud facere qđ lex iubet, aliud pati quod lex iubet.
Rom.5.
1.Corin 15.

Omnes

Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Et ne quisquam putet non iustis immutationē istam promitti, sed potius iniustis, & eā ēstimet esse pœnalem, sequitur & dicit, Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Quicunque ergo mali sunt, sic ordinati sunt: quia & vnusquisque sibi & omnes inuicem sibi nocent. Hoc enim appetunt quod pernicioſe diligitur, & quod eis facile auferri potest, & hoc sibi auferunt inuicem, quando se persequuntur. Et ideo cruciantur quibus auferuntur tēporalia, quia diligunt ea, Illi autē qui auferunt, gaudent. Sed talis lætitia cæcitas est, & summa miseria: ipsa enim magis implicat animā, & ad maiora tormenta perducit. Nā gaudet & piscis, quādo hamū nō videns, escam deuorat: sed cū piscator eū adducere cœperit, viscera eius torquētur primo, deinde ab omni lętitia sua p ipsam escā, de qua lętatus est ad cōsumptionē trahitur. Sic sunt oēs, qui de bonis tēporalibus beatos se esse putant: hamū enim acceperunt, & cū illo sibi vagātur. Veniet tēpus vt sentiāt quāta tormēta cū auiditate deuorauerint. Et ideo bonis nihil nocēt, qa hoc eis auferunt, quod non diligunt: nā quod diligunt: nam & vnde beati sunt, auferre illis nemo potest. Cruciatus vero corporis malas animas miserabiliter affligit, bonos autem fortiter purgat. Sic fit vt & malus homo & malus angelus diuinę prouidentię militent, sed nesciunt qd boni de illis operet Deus. Non itaq; pro meritis officij, sed pro meritis malitiæ stipendiantur.

Fusius de hoc īfra in prēf. psal. 29.

Comparatio:

Omnia diuina, p uidētia guberna ri.

CAP. VIII.

SED vt hę animę, quę habent voluntatem nocendi & rationē cogitādi, sub diuinis legibus ordinatę sunt, ne aliquid iniustū quisq; patiatur: ita & omnia animalia & corporalia in genere suo & ordine suo diuinę p uidentię legibus subdita administrātur. Ideo Dominus

Matth. 10: dicit: Non ne duo passeres asse veneunt, & vnus eorū nō cadit super terrā sine voluntate patris vestri? Hoc enim dixit, volens ostendere quicquid vilissimū homi-

Matth. 6. nes putant, omnipotentia Domini gubernari. Sic enim & volatilia cœli ab eo pasci, & lilia agri ab eo vestiri, veritas loquitur, quę capillos etiam nostros numeratos esse dicit. Sed quoniā mundas animas rationales per se ipse Deus curat, siue in optimis & magnis angelis, siue in hominibus tota sibi voluntate seruientibus, cætera vero p ipsos gubernat, verissime dici potuit etiā illud

1. Corin. 9. ab Apostolo: Nō enim de bobus cura est Deo. In scripturis enim sanctis Deus hoīes docet, qūo cū hoibus agant, & ipsi Deo seruiant: qūo autē agāt cū pecoribus suis, ipli sciunt: id est quomodo salutē pecorū suorū gubernent vsu & peritia & ratiōe naturali: quę quidē oia de magnis,

de magnis sui creatoris opibus acceperunt. Qui ergo potest intelligere quomodo vniuersę creaturę conditor deus gubernet eā p aias sanctas, quę mysteria eius sunt in cœlis & in terris, quia & ipsę sanctæ animę ab ipso factę sunt, & in eius creatura primatū tenēt: q ergo po- Matth. 19.
test intelligere, intelligat, & intret in gaudiū Dñi sui. Hortatio ad dili
gēdum Deum.

SI autē hoc nō possumus quandiu sumus in corpore, & peregrinamur a Domino, gustemus saltē quā sua CAP. IX.
uis est Dominus, qui dedit nobis pignus spiritū, in quo Ephe. 1.
sentiamus eius dulcedinē, & desideremus ipsum vitę fōtē, vbi sobria ebrietate inundemur & irrigemur sicut li Arabonē spiri-
gnū qđ plātatū est secus decursus aquarū, & dat fructū tū Psal. 1.
in tēpore suo, & folia eius nō decidet. Dicit enim spiritus sanctus, Filij autē hominū in tegmine alarū tuarum Psal. 35.
sperabūt: Inebriabunē ab vbertate domus tuę, & torrē te voluptatis tuæ potabis eos: quoniā apud te est fons vitę. Talis ebrietas non euertit mentē, sed tamē rapit sursum, & obliuionem prēstat omnium terrenorum. Sed si possumus toto affectu iam dicere: Quemadmo- Psal. 41.
dum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

QVOD si forte adhuc, ppter ægritudines aīę, quas Fides.
de seculi amore concepit, nec gustare sumus idonei quā CAP. X.
dulcis est Dñs, vel credamus diuinę authoritati, quam Rom. 1.
voluit esse in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid sēdm carnē, sicut Apostolus loquit: Omnia enim p ipsum facta sunt, sicut in Euāgelio scri- Ioan. 1.
ptū est, & sine ipso factū est nihil. Qui nostrę imbecillitati misertus est, quā imbecillitatem nō eius opera, sed nostra voluntate meruimus: nā Deus hominē inexterminabilē fecit, & ei liberū volūtatis arbitriū dedit. Nō Liberū arbitriū
enim esset optimus, si Dei prēceptis necessitate non vo Sed fusius de il-
luntate seruiret. Facile est omnino, quantum existimo, lo vide ī dispiri.
quod intelligere nolunt, qui catholicam deserūt fidem, & lit. a ca. 28. vs
& Christiani vocari volunt: nam si nobiscum fatentur naturam nostrā nō posse sanari, nisi recte faciendo: que ad. 31. vbi
fateantur eam non infirmari, nisi peccando. Et ideo exacte de hac
non est credendum animam nostram hoc esse quod materia loquit,
Deus est: quia si hoc esset, nec sua voluntate, nec aliqua & nos cōplures
necessitate in deterius mutaretur, quoniam omnimodo annota. ibi in
incommutabilis intelligitur Deus: sed ab eis qui non margine posui-
in contentione & æmulatione & vanæ glorię cupidita mus. in. 3. Tom.
te amant loqui quod nesciunt, sed humilitate Christiana sentiunt de Domino, & in bonitate & in simplicitate cordis quærunt eum. Hanc ergo imbecillitatem no- Horum opuscu.
stram suscipere dignatus est filius Dei, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis: non quia æternitas illa mutata est, sed quia mutabilem creaturam Ioan. 1.

mutabilibus

mutabilibus hominum oculis ostendit, quam incommutabili maiestate susceptit.

Cur factus hō. CAP. XI.

SVNT autem stulti qui dicunt, Non poterat aliter sapientia Dei homines liberare, nisi susciperet hominē, & nasceretur ex fœmina, & a peccatoribus omnia illa paterentur? Quibus dicimus, Poterat omnino, sed si aliter faceret, similiter vestrę stultitiæ displiceret. Si enim non appareret oculis peccatorum, lumē eius vtiq; æternum, quod per interiores oculos videtur, inquinatis mentibus videri non posset. Nunc autem quia visibiliter nos cōmonere dignatus est, vt ad inuisibilia præpararet, displicet auaris, quia nō aureum corpus habuit: displicet impudicis, quia ex fœmina natus est. Multum enim oderunt impudici, q̄ concipiunt & pariunt fœminæ: displicet superbis, quod contumelias patientissime pertulit: displicet delicatis, quia cruciatus est: displicet timidis: quia mortuus est. Et vt non vitia sua videātur defendere, non in homine dicunt sibi hoc displicere, sed in filio Dei. Non enim intelligunt quid sit æternitas Dei, quæ hominem assumpsit: & quid ipsa humana creatura, quæ mutationibus suis in pristinam firmitatē reuocabatur, vt disceremus, docente ipso Domino, infirmitates, quas peccando collegimus, recte faciendo posse sanari. Ostendebatur enim nobis ad quam fragilitatem homo sua culpa peruenerit, & ex qua fragilitate diuino auxilio liberaretur. Itaque filius Dei hominem assumpsit, & in illo humana perpessus est. Hæc medicina hominum tanta est, quanta non potest cogitari: nā quæ superbia sanari potest, si humilitate filij Dei non sanatur? Quæ auaritia sanari potest, si paupertate filij Dei non sanatur? Quæ iracundia sanari potest, si patientia filij Dei non sanatur? Quæ impietas sanari potest, si charitate filij dei non sanatur? Postremo quę timiditas sanari potest, si resurrectione corporis nō sanatur? Erigat spem suam genus humanū, & recognoscat naturam suam, & videat quantum locum habeat in operibus Dei. Nolite vosipsos contemnere viri, filius Dei virum suscepit. Nolite vosipsas contēnere fœminæ, filius Dei natus ex fœmina est. Nolite tamen amare carnalia, quia in filio Dei nec masculus nec fœmina fumus. Nolite amare temporalia, quia si bene amarentur, amaret ea homo quem suscepit filius Dei. Nolite timere contumelias, & cruces, et mortē, quia si nocerent homini, nō ea pateretur homo quem suscepit filius Dei. Hęc omnis exhortatio, quæ iā vbique prædicatur, vbique veneratur, quæ omnem obedientem animam sanat, nō esset in rebus humanis, si non essent facta illa omnia quę stultissimis displicent. Quem dignatur imitari vitiosa iactantia

Impudici osores naturæ.

Christus per remedia nris vitijs contraria nos sanat ex qua materia fusius supra i. 1. & doc. christ. ca. 14. & sup Euan. Ioā. trac. 3. in To. 9.

iactantia, ut ad uirtutem percipiendam possit adduci, si erubescit imitari eum, de quo dictum est antequam nasceretur, quod filius altissimi uocaretur, & per omnes iam gentes, quod negare nemo potest, filius altissimi uocatur? Si multum de nobis sentimus, dignemur imitari eum qui filius altissimi uocatur. Si parum de nobis sentimus, audeamus imitari piscatores & publicanos, q eū imitati sunt. O medicinam omnibus consulentem, omnia tumentia comprimentem, omnia fabescentia reficientem, omnia superflua resecantē, omnia necessaria custodientem, omnia perdita reparantē, omnia deprauata corrigentem. Quis iam se extollet contra filium Dei? Quis de se desperet, pro quo tam humilis esse uoluit filius Dei? Quis beatā uitam esse arbitretur in ijs quæ cō temnenda esse docuit filius Dei? Quibus aduersitatibus cedat, qui naturā hominis a tantis p̄secutionibus custoditam credit in filio Dei? Quis sibi esse clausum regnum cœlorum putet, qui cognoscit publicanos & meretrices imitatos esse filium Dei? Quia peruersitate non careat, qui facta & dicta intuetur & diligit, et sectator illius hominis, in quo se nobis ad exemplum uitæ prebuit filius Dei?

Luc. 1.

ITAQVE iam & masculi & fœminæ, & omnis ætas, & omnis huius seculi dignitas ad spem uitę eternę cōmutata est. Alij neglectis temporalibus bonis conuolāt ad diuina. Alij cedunt eorum uirtutibus qui hęc faciūt, & laudant quod imitari nō audent. Pauci autem adhuc murmurant, & inani liuore torquentur: aut qui sua quę runt in Ecclesia, quanuis uideantur catholici: aut ex ipso Christi nomine gloriam querentes, heretici: aut peccatū impietatis suæ defendere cupientes. Iudæi, aut curiositatem uanæ licentiæ perdere timentes, Pagani. Sed Ecclesia catholica per totum orbem lōge lateq; diffusa, impetus eorum prioribus tēporibus frangens, magis magisque roborata est: non resistēdo, sed perferendo. Nunc uero insidiosas eorum quæstiones fide irridet, diligentia discutit, intelligentia dissoluit: criminatores palearum suarum non curat, quia tempus messis & tempus areārum, & tempus horreorum caute diligenterque distinguit. Criminatores autem frumenti sui, aut errātes corrigit aut inuidentes inter spinas et zizania computat. Subijciamus ergo animam Deo, si uolumus seruituti subijcere corpus nostrum, et de diabolo triumphare.

De effectu humanitatis. CAP. XII. De hoc fusius sup. Ioan. trac. 123. in To. 9.

FIDES est prima quę subiugat animam deo, deinde præcepta uiuendi q̄bus custoditis spes nostra firmatur, & nutrit charitas, & lucere incipit q̄d antea tātūmodo credebatur. Cum enim cognitio & actio dona sint Dei, & beatum hominem faciunt: sicut in cognitione

De fide & operatione. CAP. XVIII. Idē in p̄fatione psal. 31. in To. 8. et in fine hui. 1. To. opus.

cauendus est error, sic in actione cauenda est nequitia.

Mens ueritatis capax non ē, ni si uitijs libera.

Errar autem quisquis putat ueritatem se posse cognoscere, cum adhuc nequiter uiuat. Nequitia est autem mundum istum diligere, & ea quæ nascuntur & transeunt, pro magno habere: & ea concupiscere, & pro his laborare, vt acquirantur: & lætari, cum abundauerint: & timere, ne pereant: & cōtristari, cū pereunt. Talis uita nō potest purā illam & synceram & incommutabilem uidere ueritatem, & inhærere illi, & in æternum iam non

alias mori

* moueri. Itaque priusquam mens nostra purgetur, debemus credere quod intelligere nondū ualemus: quoniam uerissime dictum est per Prophetā: Nisi credideritis, non intelligetis. Fides in Ecclesia breuissime traditur, in qua cōmendantur æterna, quæ intelligi, a carnalibus nondum possunt: & temporalia præterita & futura, quæ pro salute hominū gesta sunt, & gestura est æternitas diuinę prouidentiæ. Credamus ergo in patrem & filium & spiritū sanctum: hæc æterna sunt & incōmutabilia, id est unus Deus unius substantię trinitas æterna: Deus ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia.

Iesaiæ. 7: Idē in de pdest. sancto. ca. 3. in To. 7. et in. 3. To. hor. opus. & i conc. Arau. can. 4. et. 5. i. 1. To. cōciliorū, Roma. 11.

Contra eos qui tres psonas negāt, CAP. XIIII. Vt Sabelliani de hæresi. cap. 41. & in de. 5. hęresibus cap. 4. in To. 6. et sup. in isto. 1. To. opusculi.

NEC eos audiamus qui dicunt patrem tantummodo esse, nec habere filium, nec esse cū eo spiritum sanctum: sed ipsum patrem aliquando appellari filium, aliquando spiritū sanctum. Nesciunt enim principium, ex quo sunt omnia: & imaginem eius, per quam formātur omnia: & sanctitatem eius, in qua ordinantur omnia.

Cōtra eos q̄ in ducūt tres deos CAP. XV. Vt Arriani in de hęre. ca. 49. & de. 5. here. ca. 6. i To. 6. et sup. i isto 1. To. opus. Cōtra eos q in ducūt diuersita tem in sanctam trinitatem. CAP. XVI. Vt Arriani ubi supra.

NEC eos audiamus, qui indignātur & stomachātur, quia non tres deos colendos dicimus, Nesciunt enim quod sit una eademq; substantia, & phātasmatibus suis illudunt: qa solēt uidere corporaliter uel animalia tria, uel quæcūque corpora tria locis suis esse separata. Sic putant intelligēdā substantiā Dei: et multū errāt: quoniam superbi sunt, & nō possūt discere qa nolūt credere.

NEC eos audiamus, qui patrem solum verum Deū et sempiternum esse dicunt: filium autem non de ipso genitum, sed ab ipso factum de nihilo, & fuisse tempus quando nō erat, sed tamen primum locum tenere in omni creatura: & spiritum sanctum minoris maiestatis esse quam filium, & ipsum factum esse post filium: & horum trium diuersas esse substantias, tanquam aurum & argentum & ęramentum: Nesciunt enim quid loquantur, & de his rebus quas per oculos carneos uidere consueuerunt uanas imagines ad disputationes suas transferunt. Quia re uera magnū est mente conspicere generationem, quæ non sit ex aliquo tempore, sed ęterna est: & ipsam charitatem & sanctitatem, qua generator & generatus

Iesai. 53.

neratus ineffabiliter sibi copulantur. Magnum & difficile est hęc mente conspicere, et iā si pacata & tranquilla sit. Non potest ergo fieri ut illi hęc uideāt, qui terrenas generationes nimis intuent, & ad istas tenebras addunt adhuc fumum quem sibi contētionibus & certaminibus quotidianis excitare nō cessant: habentes animas carnis affectibus defluentes, tanquam ligna, humore saginata, in quibus ignis fumum solum uomit et habere flammas lucidas non potest, Et hoc quidem de omnibus hęreticis rectissime dici potest. Credentes ergo incōmutabilē trinitatē, credamus etiā in dispēsationē tēporalē, p salute generis humani esse natum Deum.

Christū esse Deum. CAP. XVII.

NEC eos audiamus, qui filium Dei Iesum Christum nihil esse aliud quam hominem dicunt: sed ita iustū, ut dignus sit appellari filius Dei. Et hos enim catholica disciplina misit foras, quoniam uanę glorię cupiditate decepti, contentiose disputare uoluerunt, antequā intelligerent quid sit Dei uirtus & Dei sapientia: & in principio uerbum, per quod facta sunt omnia: & quomodo uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.

1. cor. 1. Ioan. 1.

Christū corpus induisse uerum CAP. XVIII. 3. sent. dist. 4. cap. assumpsit. 1. sen. dis. 37. ca. solet etiam. Vt manichei in de hęresib. cap. 46. & in de. 5. hęresib. cap. 5. in To. 6. idē & Valentiniani in de hęresib. cap. 11. sup. in isto. i To. opuscul. Mat. 5. 1. Corin. 1.

NEC eos audiamus, qui non uerum hominem suscepisse dicunt filium Dei, neque natū esse de fœmina, sed falsam carnem & imaginem simulatam corporis humani ostendisse uidentibus. Nesciūt enim quomodo subsistā tia Dei administrans uniuersam creaturā, inquinari omnino non potsit: & tamen prædicant istum uisibilem solem, radios suos per omnes feces & sordes corporum spargere, & eos mundos & synceros ubique seruare. Si ergo uisibilia munda uisibilibus immundis contingi possunt & non inquinari: quanto magis inuisibilis et incōmutabilis ueritas per spiritum animam, & per animam corpus suscipiens, toto homine assumpto ab omnibus eum infirmitatibus nulla sua contaminatione liberauit? Itaq; magnas patiuntur angustias: & cum timent quod fieri non potest, ne humana carne ueritas inquinetur, ueritatem dicunt esse mentitam. Et cum ille præceperit, dices. Sit in ore uestro, ē est, nō nō: & Apostolus clamet, Nō erat ī illo est et nō, sed est ī illo erat: isti totū corpus eius falsam carnē fuisse contendūt, ut non sibi uideantur imitari Christum, si non suis auditoribus mentiantur.

Deum habuisse tam mentem q̄ CAP. XIX. Contra Apollinaristas de quibus in hęresibus cap. 55, in

NEC eos audiamus, qui trinitatem quidē in una ętera substantia confitentur, sed, hominem ipsum, qui temporali dispensatione susceptus est, audent dicere non animā hominis habuisse hominis mentem, sed solam animam et corpus: hoc est dicere, non fuit homo, sed membra corporis habebat humana. Animam enim & corpus habent & bestiæ, sed rationem non habent, quę mentis est propria. Sed si execrandi sunt illi qui eum ne-

To.6.et sup.in isto.1. Tom. opus. et infra in psa.psal.29.

gant humanũ corpus habuisse,quod est infimum in homine, miror quod isti non erubescunt, qui hoc eum negant habuisse quod est optimũ in homine, Multũ enim lugenda est mens humana,si vinctur a corpore suo, Si quidem in illo homine non reformata est,in quo ipsum corpus humanum iam dignitatem formę cœlestis accepit.Sed absit vt hoc credamus,quod confinxit temeraria cæcitas & superba loquacitas.

Christũ esse sapiẽtiã Dei. CAP. XX.

NEC eos audiamus,qui sic dicunt ab illa æterna sapientia susceptum esse hominẽ,qui de virgine natus est, quomodo & alii homines ab ea sapientes fiunt, qui per fecte sapientes sunt.Nesciunt enim proprium illius hominis sacramentum,& putant hoc solum eum amplius habuisse inter cęteros beatissimos,quod de virgine natus est. Quod ipsum si bene considerent, fortasis credant ideo illum hoc prę ter cæteros meruisse, quod aliquid proprium præter cæteros habet etiam ipsa susceptio.Aliud est enim sapientem tantum fieri per sapientiã Dei,& aliud est ipsam personam sustinere sapiẽtię Dei: quanuis enim eadem natura sit corporis Ecclesiæ, multum tamen distare inter caput & membra cætera quis non intelligat? Si enim Ecclesiæ caput est homo ille,cuius susceptione verbum caro factum est,& habitauit in nobis,membra cętera sunt omnes sancti,quibus perficitur & cõpletur Ecclesia.Quomodo ergo anima nostra totum corpus nostrum animat & viuificat, sed in capite & videndo sentit, & audiendo, & odorando, & gustando,& tangendo in cæteris autem membris tangendo tantum:& ideo capiti cuncta subiecta sunt ad operandum illud autem supra collocatum est ad consulendum:quia ipsius animæ,quæ consulit corpori, quodam modo personam sustinet caput, ibi enim omnes sensus apparent,Sic vniuerso populo sanctorum tanquam vni corpori caput est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Et propterea sapientia Dei & verbum in principio,per quod facta sunt omnia non sic assumpsit illum hominem Vt cæteros sanctos,sed multo excellẽtius,multoque sublimius,quoniam ipsum solum assumi oportuit, in quo sapientia Dei patris hominibus appareret,sicut eam visibiliter decebat ostendi. Quapropter aliter sunt sapientes cęteri homines,quicunque sunt vel esse potuerunt vel poterunt:& aliter ille vnus mediator Dei et hominũ,homo Christus Iesus: qui sapiẽtiæ ipsius,per quam sapientes fiunt quicunque homines, non solum beneficium habet,sed etiam personam gerit.De cæteris enim sapientibus & spiritalibus animis recte dici potest,quod habeãt in se verbũ Dei per quod facta sunt oĩa ; sed in nullo eorũ recte dici potest, quod

Ephe.1. Idem infra in enarratione.1. de psal.29.

1.Thimo,2. Ioan,1.

1.Thimo,2.

Ioan.1. quod verbũ caro factũ est,et habitauit in nobis: quod in solo Domino nostro Iesu Christo rectissime dicitur.

NEC eos audiamus,qui solum corpus humanum susceptum esse dicunt a verbo Dei,& sic audiunt quod dictum est,Et verbũ caro factum est, vt negent illum hominem vel animam vel aliquid hominis habuisse, nisi carnem solam.Errant enim multũ,nec intelligunt ideo carnẽ solam nominatã esse in eo quod dictum est, Verbum caro factũ est,quia hominum oculis propter quos facta est illa susceptio,caro sola potuit apparere.Nam si absurdum est & valde indignum vt humanum spiritũ homo ille non habuerit,sicut superius tractauimus:quã to magis absurdũ & indignum est,vt nec spiritũ nec animam habuerit,sed hoc solum habuerit quod etiã in pecoribus vilius est,& extremius,id est,corpus? A nostra ergo fide ẽt ista impietas excludatur, totũq; hoĩem atq; perfectum a verbo Dei susceptum esse credamus.

Christũ nõ solũ corpus habuisse hoĩs.

Vt Arriani de qbus ĩ de hęre. ca.49. & de 5. hęresi.ca.6. & Apollinaristę ĩ de hęresi.55.vt Manichæi de qbus ĩ de hęresibus ca.46.et ĩ de.5. hęre.5.ĩ To.6. quę omnia habentur sup.in isto.1.

Corpus Christi nõ fuisse imaginariũ. CAP. XXII.

NEC eos audiamus,qui tale corpus Dominũ nostrũ habuisse dicunt,quale apparuit in columba,quam vidit Ioannes baptista descendentẽ de cœlo & manentem super eum in signo spiritus sancti. Ita enim persuadere conantur filiũ Dei natũ nõ esse de fœmina, Quia si carnalibus oculis eum oportebat ostendi,potuit, in quiũt,sic assumere corpus quomodo spiritus sanctus.Nõ enim & colũba illa de quo nata est,aiunt:& tamen humanis oculis potuit apparere.Quibus primũ illud respondendum est,quod ibi legimus in specie columbæ apparuisse Ioanni spiritum sanctũ, vbi legimus etiam Christum natum esse de fœmina, & non oportet in parte credere Euangelio,& in parte non credere. Vnde enim credis in columbę specie demonstratum esse spiritum sanctum, nisi quia in Euangelio legisti ? Ergo & ego inde credo Christum natum de virgine esse, quia in Euangelio legi. Quare autem spiritus sanctus non est natus de columba, quemadmodum Christus de fœmina: illa causa est, quia non columbas liberare venerat spiritus sanctus,sed hominibus significare innocentiam et amorem spiritalem, quod in columbæ specie visibiliter figuratum est. Dominus autem Iesus Christus qui venerat ad homines liberandos,in quibus & mares & fœminæ pertinent ad salutem : nec mares fastidiuit ; quia marem suscepit : nec fœminas , quia de fœmina natus est. Huc accedit magnum sacramentum , vt quoniam per fœminam nobis mors accideret , vita nobis per fœminam nasceretur: vt de vtraque natura,id est fœminina & masculina victus diabolus cruciaretur , quoniam de ambarũ subuersione lętabatur,cui parũ fuerat ad pœnã

Mat.3. Tom. opus. de hac materia sus scribit Au. ĩ li.83.q.q. 80. in Tom.4. Manicheorum errores , de qbus sup.ĩ de hęresib. cap.46. & in de.5.hęresibus cap.5.

Idẽ sup.in.1.de doc.chri.ca.14

 flambæ

si ambæ naturę in nobis liberarentur, nisi etiam per ambas liberaremur. Neque hoc ita dicimus, vt Dominum Iesum Christum dicamus solum verum corpus habuisse: spiritum sanctum autē fallaciter apparuisse oculis hominū, sed ambo illa corpora, vera corpora credimus. Sicut enī nō opportebat vt hoīes falleret filius Dei, sic nō decebat vt hoīes falleret spiritus sanctus. Sed omnipotēti Deo qui vniuersam creaturā de nihilo fabricauit, nō erat difficile verum corpus columbæ sine aliarum columbarū ministerio figurare sicut et nō fuit difficile verum corpus in vtero Mariæ sine virili semine fabricare cum natura corporea & in visceribus fœminę ad formandum hominem, & in ipso mundo ad formandam columbam imperio Domini voluntatique seruiret. Sed stulti homines et miseri, quod aut ipsi facere nō possunt, aut in vita sua nunquam viderunt, etiam ab omnipotente Deo fieri potuisse non credunt.

Filiū Dei passione nō fuisse mutatum. CAP. XXIII.

NEC eos audiamus, qui propterea volunt cogere, vt inter creaturas filiū Dei numeremus quia passus est. Dicūr enim, Si passus est mutabilis est: et si mutabilis est, creatura est, qa Dei substātia nō potest imutari. Cū quibus ēt nos dicimus, & Dei substātiā cōmutari nō posse, & creaturam esse mutabilem. Sed aliud est esse creaturam, & aliud suscipere creaturam. Filius ergo vnigenītus Dei, qui est virtus & sapientia Dei, & verbum

Ioan.1. per quod facta sunt omnia, quia immutari nō potest omnino, suscepit humanā creaturam, quā lapsam erigere, atq; inueteratam renouare dignatus est. Nec in ea per passionem ipse in deterius commutatus est, sed eam potius per resurrectionē in melius commutauit. Nec proprerea verbum patris, id est vnicum Dei filiū, per quē

Cōparatio. facta sunt omnia, negandū est natum & passum esse pro nobis. Et martyres enim passos dicimus & mortuos propter regna cœlorum, nec tamen in ea passione &

Matth.10. morte animæ eorum occisæ sunt. Dicit enim Dominus: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animę autē nihil possunt facere. Sicut ergo martyres passos & mortuos dicimus in corporibus quę portabant, sine animarum interfectione vel morte: sic filium Dei passum & mortuum dicimus in homine quem portabat, sine diuinitatis aliqua commutatione vel morte.

Corpus semp̄ masſime idem. CAP XXIIII. Luc.24. NEC eos audiamus qui negant tale corpus Domini resurrexisse, quale positum est in monumēto. Si enim tale non fuisset, non ipse dixisset post resurrectionem discipulis, Palpate & videte, quoniam spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere. Sacrilegum est

Ioan.20. enim credere Dominum nostrum, cum ipse sit veritas, in aliquo fuisse mentitum. Nec nos moueat quod clausis ostiis

sis ostiis subito eum apparuisse discipulis scriptum est, vt propterea negemus illud fuisse corpus humanū, quia contra naturam huius corporis videmus illud per clausa ostia intrare, Omnia enim possibilia sunt Deo: nam & ambulare super aquas contra naturam huius corporis esse manifestum est, & tamen non solum ipse Dominus ante passionem ambulauit, sed etiam Petrum ambulare fecit. Ita ergo & post resurrectionem suam de corpore suo fecit quod voluit. Si enim potuit ante passionem clarificare illud sicut splendorem solis, quare non potuit & post passionem ad quantam vellet subtilitatē in temporis momento redigere vt per clausa ostia posset intrare?

Matth.14.

Matth.17.

Corpus sublatum in cœlū. CAP. XXV. Ioan.3. NEC eos audiamus, qui negant ipsum corpus secū leuasse in cœlum Dominum nostrum & commemorāt in Euangelio quod scriptum est: Nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit: & dicunt, quia corpus non descendit de cœlo, nō potuisse ascendere in cœlū. Non enim intelligunt, quoniam corpus non ascendit in cœlum. Dominus enim ascendit, corpus autem non ascendit, sed leuatum est in cœlum, illo leuante qui ascēdit. Si enim quisque descēdat, Verbi gratia, de monte nudus, cum autem descenderit, vestiat se, & vestitus iterū ascendat, recte vtique dicimus, Nemo ascendit, nisi qui descendit: nec vestem consideramus quam secum leuauit, sed ipsum qui vestitus est, solum dicimus ascendisse.

Christus ad dexterā patris. CAP. XXVI. NEC eos audiamus, qui negant ad dexteram patris sedere filium. Dicunt enim, Nunquid Deus pater habet latus dextrum aut sinistrū sicuti corpora? Nec nos hoc de Deo patre sentimus: nulla enī forma corporis Deus definitur atque concluditur, Sed dextera patris est beatitudo perpetua, quæ sanctis datur: sicut sinistra eius rectissime dicitur miseria ppetua quę impiis datur: vt nō in ipso deo, sed in creaturis hoc modo, quo diximus, intelligatur dextera & sinistra: quia & corpus Christi, qđ est Ecclesia, in ipsa dextera, hoc est in ipsa beatitudine futurū est, sicut Apostolus dicit: quia & simul nos suscitauit, & simul nos sedere fecit in cœlestibus. Quanuis enim corpus nostrum nondum ibi sit, tamen spes nostra iam ibi est. Propterea & ipse Dominus post resurrectionem suam iussit discipulis, quos piscantes inuenit, vt in dexteram partem remitterent retia. Quod cum fecissent, cœperunt pisces, qui omnes magni erant: et omnes iustos significabant, quibus dextera promittitur. Hoc significabat quod etiam in iuditio dixit se Agnos ad dexteram hędos autem ad sinistram esse positurum.

Dextera patris est beatitudo ppetua, et eius sinistra ęterna miseria idē sup. Ephe.2. in de fide & symbolo. cap.7.

Ioan.21.

Iudiciū futurū CAP. XXVII. Ioan.3. NEC eos audiamus, qui negant diem iudicij futurū, & commemorant, quod in Euangelio scriptū est, eum

qui credit in Christum non iudicari: qui autem non credit in illum, iam iudicatum esse. Dicunt enim, si & ille qui credit, non veniet in iudicium: & ille qui non credit, iam iudicatus est, vbi sunt quos iudicaturus est in die iudicij? Non intelligunt sic loqui scripturas, vt præteritum tempus pro futuro tempore insinuent: sicut supra diximus, quod Apostolus dixit de nobis, quod simul nos sedere fecit in cœlestibus, nondum factum est: sed quia certum est futurum, ita dictum est quasi iam factum sit: sicut & ipse Dominus discipulis dixit: Omnia quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Et paulo post dicit: Multa habeo vobis dicere, sed nō poteſtis illa portare modo. Quomodo ergo dixerat, Omnia quæ audiui a patre meo, nota feci vobis: nisi quia illud quod per spiritum sanctum certissime facturus erat, quasi iam fecisset locutus est? Sic ergo cum audimus: Qui credit in Christum, non veniet in iudicium: intelligamus, quia non veniet ad damnationem. Dicitur enim iudicium pro damnatione, sicut dicit Apostolus: Qui non manducat manducantem non iudicet, id est, non de illo male existimet. Et Dominus dicit: Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis: Non enim tollit nobis intelligentiam iudicandi, cum & Propheta dicat: Si uere iustitiam diligitis, recte iudicate filij hominum. Et ipse Dominus dicat: Nolite iudicare personaliter, sed iustum iudicium iudicate. Sed illo loco vbi vetat iudicare, illud admonet, ne damnemus aliquem, cuius vel cogitatio nobis non est aperta, vel nescimus qualis post ea sit futurus. Sic ergo cum dixit, Ad iudicium non veniet: hoc dixit: quia non veniet ad damnationē. Qui autem non credit iam iudicatus est: hoc dixit, quia iam damnatus est præscientia Dei, qui nouit quid immineat non credentibus.

Eph.2.
Ioan. 15.
Ioan. 16.
Ioan.3.
Idē super psal. 1. in Tomo.8.
Rom.14.
Mat.7.
Psal.57.
Ioan.7.
Ioan.3.

Spūs sanctus

CAP. XXVIII.

Vt Cathaphryges de qbus in de hæresib.c.26 ī T.6. & supra ī isto.1.T.opu. et supra ī d fide & symbo lo.c.9.

Luc.24
Act.1.&.2

NEC eos audiamus, qui dicunt spiritum sanctū, quem in Euangelio Dominus promisit discipulis, aut in Paulo apostolo venisse, aut in Montano & Priscilla, sicut Cataphryges dicūt, aut in nescio quo Manite vel Manichæo, sicut Manichæi dicunt. Tam enim cæci sunt isti, vt scripturas manifestas non intelligant, aut tam negligentes salutis suę, vt omnino non legant. Quis enim cum legerit, non intelligit, vel in Euangelio quod post Domini resurrectionem scriptum est, dicente Domino: Ego mittam promissum patris mei in vos, vos autem sedete hic in ciuitate, quousq; induamini virtute ab alto? Et in actibus apostolorum, postea q̄ Dominus abscessit a discipulorū oculis in cœlum, decem diebus peractis, die Pentecostes, nō attendunt apertissime venisse spiritum sanctum: & cum essent illi in ciuitate sicut eos ante monuerat, impleuisse illos, ita vt loquerentur variis linguis. Nam diuersæ nationes

tiones quę tunc aderant, vnusquisque audientium suā linguam intelligebant. Sed isti homines decipiunt eos qui negligentes sunt in catholica fide, & ipsam fidem suam quæ in scripturis manifesta est, nolunt discere, & qđ est grauius et multū dolendū, cū in catholica fide ne gligēter versent, hæreticis diligēter aures accōmodāt.

Ecclesia catholica.

CAP. XXIX.

Nō diffusa p orbē, dicitur a Donatistis, vt ī de hæresi. ca. 69. in To. 6. & supra in isto. 1. T om. opus. & supra ī de fide & symbolo cap. 10.

Psal.2

NEC eos audiamus, qui sanctam Ecclesiam quę vna catholica est, negant per orbem esse diffusam, sed in sola Aphrica, hoc est in parte Donati pollere arbitrātur, Ita surdi sunt aduersus Prophetā dicētem: Filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula a me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrę. Et alia multa siue in veteris siue in noui Testamenti libris, quę scripta sunt vt apertissime declarent Ecclesiam Christi per orbem terræ esse diffusam. Quod cum eis obiicimus, dicunt iam ista omnia fuisse completa, antequam esset pars Donati, sed postea totam Ecclesiam periisse, & in sola Donati parte reliquias eius remansisse contendunt. O linguam superbam & nepharam: nec si vere viuerent, vt vel inter se pacem postea costodirent. Nunc autem non attendūt iam in ipso Donato completum esse quod dictum est: In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis. Sicut enim Christum diuidere conatus est, sic ipse a suis quotidiana concisione diuiditur. Ad hoc etiā pertinet illud quod Dominus dicit: Qui enim gladio percusserit, gladio morietur. Gladius enim illo loco, si quidem in malo positus est, discordiosam linguam significat, qua tunc ille infœlix Ecclesiam percussit, sed non occidit. Non autem dixit Dominus, qui occiderit gladio, gladio morietur, sed qui gladio vsus fuerit, iquit, gladio morietur. Ergo ille percussit Ecclesiam lingua litigiosa, qua nunc ipse conciditur, vt omnino dispereat atque moriatur. Et tamen illud tunc apostolus Petrus, non superbia sua, sed quāuis carnali tamen amore Domini fecerat. Itaq; admonitus recondit gladium: iste autem nec victus hoc fecit. Si quidē cū episcopo Cęciliano causam cum diceret, audientibus episcopis Romæ, quos ipse petiuerat, nihil eorū quę intenderat potuit probare: & sic remansit in schismate, vt suo gladio moreretur. Populus autem ipsius, quando non audit prophetas, & Euangelium, in quibus apertissime scriptum est, Ecclesiam Christi per omnes gentes esse diffusam, & audit schismaticos, non Dei gloriā quęrētes sed suā, satis significat seruū se esse nō liberū, & aurē dexterā se habere præcisam. Petrus enim errans in amore Domini, seruo nō libero aurē dexterā p̄cidit. Ex quo significat eos q̄ gladio schismatis feriunt, seruos esse carnaliū desideriorū, nōdū eductos

Matth.7.

Mat.26.

Quid dexterā habere aurem præcisam.

Matth.26.

in

in libertatem spiritus sancti, vt iam non confidant in homine: & non audire quod dextrũ est, id est, Domini gloriam per catholicam Ecclesiam latissime peruagatam, et audire sinistrum humanæ inflationis errorem. Sed tamẽ cum dominus dicat in Euangelio, cum per omnes gẽtes Euangelium fuerit prędicatum tunc finem esse venturũ: quomodo isti dicunt, quod iam cæteræ omnes gentes ceciderunt a fide, & in sola parte Donati remãsit Ecclesia, cum manifestum sit ex quo ista pars ab vnitate præcisa est, nonnullas gentes postea credidisse: & adhuc esse aliquas, quę nondum crediderunt, quibus quotidie nõ cessatur Euangelium prædicari? Quis non miretur esse aliquem, qui se Christianum dici velit, & aduersus Christi gloriam tanta impietate rapiatur, vt audeat dicere, omnes populos gentium, qui modo adhuc accedunt Ecclesiæ Dei, & in Dei filium festinanter credunt, inaniter facere, quia non eos aliquis Donatista baptizat? Sine dubio ista execrarentur homines, & eos sine dilatione relin querent, si Christũ quærerent, si Ecclesiam diligerent, si liberi essent, si aurem dexteram integram retinerent.

Mat.24.

Respiscẽtes eẽ recipiendos.

CAP. XXX.

De Luciferianis hẽs ĩ de hæresibus. c.8. ĩ T.6. & supra in ĩsto 1.To.opuscu. 2.Timo.3.

Idem super Io. trac.123.ĩ T.9.

NEC eos audiamus, qui quanuis neminem rebaptizent, præcidere se tamen ab vnitate, & Luciferiani magis dici quam catholici maluerunt. In eo enim quod intelligunt baptisma Christi non esse repetendum, recte faciunt: sentiunt enim sacramentum sancti lauacri nusquã esse, nisi ex catholica Ecclesia: sed eam formam secũ habere sarmenta pręcisa, quam in ipsa vite, antequam præciderentur, acceperãt. Hi sunt enim de quibus Apostolus dicit, habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Est enim magna virtus pietatis, pax & vnitas, quia vnus est Deus. Hanc illi non habent, quia præcisi ab vnitate sunt. Itaque si qui ex ipsis ad catholicam veniunt, non iterant speciem pietatis quam habent, sed accipiunt virtutem pietatis quam non habent. Nam & amputatos ramos denuo posse inseri, si non permãserint in incredulitate, apertissime Apostolus docet. Quod cum Luciferiani intelligunt, & non rebaptizant, non improbamus: sed quod etiam ipsi prącidi a radice voluerunt, quis non detestandum esse cognoscat? Et ideo maxime quia hoc eis displicuit in Ecclesia catholica, quod vere catholicæ sanctitatis est. Nusquam enim tam vigere debent viscera misericordię, quam in catholica Ecclesia, ut tanquam vera mater nec peccantibus filijs superbe insultet, nec correctis difficile ignoscat. Non enim sine causa inter omnes apostolos huius Ecclesię catholicę personam sustinet Petrus: huic enim Ecclesiæ claues regni coelorum datæ sunt, cum Petro datę sunt. Et cum ei dicitur,

Mat.16. Io.20.

ad omnes dicitur, Amas me, pasce oues meas. Debet ergo Ecclesia

Ecclesia catholica correctis, & pietate firmatis filijs libenter ignoscere, cum ipsi Petro personam eius gestanti, & cum in mari titubasset, & cum Dominum carnaliter a passione reuocasset, & cum aurem serui gladio prącidisset, & cum ipsum Dominum ter negasset, & cum in simulationem postea superstitiosam lapsus esset, videamus ueniam esse concessam, eumque correctum atq; firmatum vsque ad dominicæ passionis gloriam peruenisse. Itaque post persecutionem, quę per Arrianos hęreticos facta est: posteaquam pax, quam quidem catholica in Domino tenet, etiam a principibus seculi reddita est: episcopi, qui perfidiæ Arrianorum in illa persecutione consenserant, multi correcti, redire in catholicam delegerunt, damnantes siue quod credidẽrãt, siue quod se credidisse simulauerant: Hos Ecclesia catholica materno recipit sinu, tanq; Petrum post fletum negationis per Galli cantum admonitum: aut tanquam eundem post prauam simulationem Pauli voce correctum. Hanc illi matris charitatem superbe accipientes, & impie reprehendentes, quia Petro post Galli cantum surgenti, non gratulati sunt, cum Lucifero, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

Claues qñ Petro Mat.14. fuerunt Mat.16. datę, toti Mat.26. ecclesię datę fuerũt. idẽ supra in de doc. chri. 18. & in de fide ad pet. 3. & super euang. Io. trac. 121. in T.9. & ĩ de ỳb. dñi ser. 13. ĩ T.10. ob id Xps sup vnũ ędificat ecclesiã suã, dicẽs, tu es petrus. Mat.16 Esa.14. quãuis apostolis oĩbus parẽ

ptãtẽ post suã resurrectionẽ tribuat, dicens. Io.20. sicut misit me pater, & ego mitto uos, accipite spiritum sanctum: tamẽ vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab imo incipientem, sua authoritate disposuit, hoc erant vtiq; cæteri apostoli quod fuit petrus pari consortio prædĩti, et honoris, & potestatis, sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia Christi vna monstretur. Cicilius Cyprianus in trac. de simplicitate prælatorum, &, 24. q.1. cap. loquitur dominus.

Remissio peccatorum.

CAP. XXXI.

Mat.16.

NEC eos audiamus, qui negant Ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere. Itaq; miseri, dum in Petro petrã non intelligunt, & nolunt credere datas Ecclesiæ claues regni cœlorum, ipsi eas de manibus amiserunt. Isti sunt qui viduas si nupserint, tanquam adulteras damnant, & super doctrinam apostolicam se prædicant esse mundiores. Qui nomen suum si vellent agnoscere, mundanos se potius quam mundos vocarent. Nolentes enim si peccauerint corrigi, nihil aliud delegerunt, nisi cum hoc mundo damnari. Nam quibus veniam peccatorum negant, non eos aliqua sanitate custodiunt, sed ægris subtrahunt medicinam, & viduas suas vri cogunt, quas nubere non permittunt. Non enim prudentiores habendi sunt, quam Paulus apostolus, qui ait: Malo eas nubere quam vri.

Hoc ĩ catharos seu nouatianos dicit de qbus ĩ de hæresi. c.38. ĩ.6.T. & supra ĩ ĩsto.1.T.opu.

1.Cor.7.

NEC eos audiamus, qui carnis resurrectionem futur ã negant, & commemorant quod ait Apostolus, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Non intelligentes quod ipse dicit Apostolus, Oportet corruptibile hoc induere

Resurrectio carnis.

CAP. XXXII.

1.Cor.15.

Origeniani hoc negant, vt in de here. c. 43. i To. 6. & sup. i isto 1. T. opuscullorum.

Mat. 22

1. Cor. 15

duere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, Cum enim hoc factũ fuerit, iam non erit caro & sanguis, sed cœleste corpus. Quod & Dominus promittit cum dicit: Neque nubent, neque vxores ducent, sed erunt æquales angelis Dei. Non enim iam hominibus, sed Deo viuent, cum æquales angelis facti fuerint. Immutabitur ergo caro & sanguis, & fiet corpus cœleste & angelicũ. Et mortui enim resurgent incorrupti, & nos immutabimur: vt et illud verum sit, quod resurget caro, & illud verum sit, quod & caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.

1. Corin. 15.

Fidei simplicitas.

CAP. XXXIII.

ISTA fidei simplicitate & synceritate lactati nutriamur in Christo, & cũ paruuli sumus, maiorũ cibos nõ appetamus, sed nutrimentis saluberrimis crescamus in Christo, accedentibus bonis moribus & Christiana iustitia, in qua est charitas Dei & proximi perfecta & firmata: vt vnusquisque nostrum de diabolo inimico et angelis eius triumphet in semetipso in Christo quem in duti: quia perfecta charitas, nec cupiditatem habet seculi, nec timorem seculi, id est, nec cupiditatem vt acquirat res temporales, nec timorem ne amittat res temporales. Per quas duas ianuas intrat & regnat inimicus qui primo dei timore, deinde charitate pellendus est. Debemus itaque tanto auidius appetere apertissimã & euidentissimam cognitionem veritatis, quanto nos videmus in charitate proficere, & in eius simplicitate cor habere mundatum quia ipso interiore oculo videtur veritas. Beati. n. mũdo corde, inquit, quia ipsi Deũ videbunt Vt in charitate radicati & fundati prævalea mus comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & altitudo, & longitudo, & profundũ: Scire etiã supereminentem sciẽtiam charitatis Christi, vt impleamur in omnem plenitudinem Dei, & post ista cum inuisibili hoste certamina, quoniam volentibus & amantibus iugum Christi leue est, & sarcina eius leuis, coronam Victoriæ mereamur, Amen.

Charitas nec cupiditatẽ h3, nec timorẽ. idẽ ifra in præf. psal. 31. & p has ianuas ad nos intrat inimicus, prius tentãs ianuã cupiditatis, quã si clausam inuenerit, ad ianuã timoris accedit. quod & in nro saluatore egit

Cognitio veritatis,

Mat. 5.

Eph. 3.

Mat. 11.

prius illũ ad cupiditatẽ hortans. a quo superatus, illũ reliquit vsque ad tempus suæ passionis, & tunc ianuam timoris petijt: & illã ita clausam inuenit victus est & fugat Luc. 4. & Augu. super psal. 30. in Tomo. 3. & infra in isto. 1. Tomo. opuscullorum.

FINIS.

D. AVRELII

AVGVSTINI DE FIDE ET OPERIBVS LIBER



VIBVSDAM videtur in discrete omnes admittendos esse ad lauacrum regenerationis, quę est in Christo Iesu Domino nostro, etiã si malam turpemq; vitam facino ribus & flagitijs euidentissimis notã mutare noluerint, atque in ea se perseueraturos aperta etiam confessione declarauerint. Verbi gratia, si quis meretrici adhæret, non ei prius præcipiatur vt ab ea discedat & tunc veniat ad baptismum, sed etiam cum ea manens mansurumque se confitẽs admitatur & baptizetur, nec impediatur fieri membrũ Christi, etiam si membrum meretricis esse pstiterit: sed postea doceatur quam sit hoc malum, iamq; baptizatus demutandis in melius moribus instruat. Peruersum enim putant atque præposterum prius docere quemadmodũ debeat viuere Christianus, & deinde baptizari. Sed cẽsent præcedere debere baptismi sacramentum, vt deinde sequatur vitę morumque doctrina, quam si tenere et custodire voluerit, vtiliter fecerit. Si autem noluerit, & retenta fide Christiana, sine qua in æternum periret, in quolibet scelere immunditiaque permanserit saluũ eum futurum tanquam per ignem, velut qui edificauerit super fundamentum quod est Christus, non aurum, argentum lapides præciosos: sed ligna, fenum, stipulam, id est non iustos castosque mores, sed iniquos & impudicos. Ad hanc autem videntur disputationem impulsi quod eos mouerit non admitti ad baptismum illos qui dimissis vxoribus alias duxerint, vel fœminas quæ dimissis viris aliis nupserint: quia hæc non coniugia, sed adulteria esse dominus Christus sine vlla dubitatione testatur. Cum enim negare non possent esse adulteriũ, quod veritas adulterium esse sine ambage confirmat, eisque suffragari vellent ad accipiendum baptismum, quos huiusmodi laqueo ita captos viderint, vt si non admitterẽtur ad baptismum sine vllo sacramento mallent viuere vel etiam mori, quam dirupto adulterii vinculo liberari: humana quadã miseratione commoti sunt ad eorũ causam sic accipiẽdã, vt oẽs cũ eis facinorosos & flagitiosos

Contra eos qui oẽs ad baptismũ citra discrimẽ admittebãt.

CAP. 1.

Idem infra in præf. psal. 31.

1. Corin. 6.

1. Corin. 3.

Matth. 19.

gitiosos etiã nulla, phibitiõe correctos, nulla ĩstructio ne correctos nulla pœnitẽtia mutatos ad baptismũ admittendos esse cenferent: existimantes eos nisi fieret, in æternum perituros, Si autem fieret, etiam in illis malis perseuerantes saluos per ignem futuros.

De corrigendis malis Christianis. CAP. II.

QVIBVS respondens hoc primum dico, ne quis ea testimonia scripturarum quæ commixtionem bonorum & malorum in Ecclesia vel presentem indicãt, vel futuram prænunciant, sic accipiat, vt disciplinæ seueritatem siue diligentiam soluendam omnino atque amittendam non illis edoctus literis, sed sua opinatione deceptus existimet. Neque enim quia illam primi populi commixtionem Moyses dei famulus patiẽtissime perferebat, ideo non in multos etiam gladio vindicauit. Et Phinees sacerdos adulteros simul inuentos ferro vltore confixit. Quod vtique degradationibus & excommunicationibus significatum est esse faciendum in hoc tempore cum in ecclesię disciplina visibilis fuerat gladius cessaturus. Nec quia beatus Apostolus inter falsos fratres tolerantissime congemiscit, quosdam etiam diabolicis inuidentiæ stimulis agitatos, Christum tamẽ p̃dicare permittit: ideo parcẽdũ cẽset illi qui vxorẽ patris sui habuit, quem præcepit congregata Ecclesia tradere Sathanæ in interitũ carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi: Aut ideo ipse alios nõ tradidit Sathanæ, vt discerent non blasphemare: aut frustra dicit: Scripsi vobis in epistola, non commisceri fornicarijs: non vtique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruientibus, alioquin de hueratis de hoc mundo exire: nunc autem scripsi vobis non commisceri, si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis seruiens aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum huiusmodi nec cibum quidem simul sumere. Quo enim mihi de ijs qui foris sunt iudicare? Nõ ne de his qui intus sunt vos iudicatis? De his autem qui foris sunt Deus iudicabit? Auferte malum ex vobisipsis. Vbi quidẽ quod dictũ ẽ, Ex vobisipsis, ita intelligunt vt ex seipso vnusquisque auferat malum hoc est, vt ipse sit bonus. Sed quomodolibet intelligatur, siue vt seueritate Ecclesię mali excommunicationibus corripiantur, siue vt se quisque corripiendo & corrigendo à seipso auferat malum: illud tamen quod supradictum est, non habet ambiguitatem, vbi præcepit non commiscerí eis fratribus qui in aliquo supradicto vitio nominantur, id est, noti famosique sunt.

Exod. 32.

Num. 25.

1. Corin. 5.

Quomõ peccãtes corripiẽdi. CAP. III. 2. Corin. 5. 2. Thes. 3.

QVO autem animo & qua charitate misericors ista seueritas adhibenda sit, non solum eo loco vbi ait, Vt spiritus saluus sit in die Dñi nostri Iesu Christi: sed alibi

alibi quoq; euidenter ostendit dicens: Si quis nõ obaudit verbo nostro, per Epistolam hunc notate, & nolite commisceri cum eo, vt erubescat, & non vt inimicum eum existimetis, sed corripite vt fratrem. Et ipse Dominus exemplum singulare patientiæ, qua etiam in xij. apostolis vsquè ad passionem diabolum pertulit, & qui ait: Sinite vtraque crescere vsque ad messem, nè forte cum vultis colligere zizania, simul eradicetis & triticum: retiaque illa in similitudine Ecclesię vsquè ad littus, hoc est, vsque ad seculi finem, bonos & malos pisces habitura predixit: & cetera si qua de permixtione bonorum & malorum siue aperte siue per similitudines locutus est: nõ ideò tamen omittendam censuit Ecclesiæ disciplinam: imò verò admonuit adhibendam, quando ait: Attendite vobis, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eũ inter te & ipsũ solum. Si audierit te lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit te, assume tecum vnum vel duos, vt in ore testium duorum vel trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem nec Ecclesiam audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus. Deindè ipsius seueritatis terrorem grauissimum adiecit, etiam eo loco dicens: Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo. Quę ligaueritis in terra, ligata erũt in cælo. Prohiber etiam sanctum dari canibus. Nec contrarius est Apostolus Domino quia dicit, peccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeãt: cum ille dicat, Corripe eum inter te & ipsum. Vtrunque enim faciendum est, sicut & infirmitatis diuersitas admonet, eorum quos vtique non perdendos, sed corrigendos curandosque suscepimus, & alius sic alius autem sic sanandus est: ita etiam est ratio dissimulandi & tolerandi malos in Ecclesia: & est rursus ratio castigandi et corripiendi, non admittendi vel a cõione remouẽdi.

Matth. 13.

Dominus oñdit Ecclesiã habituram bonos & malos vsq; in finẽ nã ante passionẽ nõ iustitiã retia ĩ dexterã, vel sinistrã, nã vbi tacet de xtera et sinistra mixti capiunt boni & mali, & post resurrectionẽ in dextera iustitiã retia, quia in cœlo tantũ boni erunt. Aug. sup Psal. 49. in Tom. 8.

ERRANT autẽ homines non seruantes modum, et cum in vnam partem procliuiter ire cœperint, non respiciunt diuinę authoritatis alia testimonia: quibus possint ab illa intentione reuocari, & in ea quæ ex vtrisque temperata est veritate ac moderatione consistere. Nec in hac re tantum de qua nunc quæstio est, sed etiã in alijs multis. Nam quidam intuentes diuinarum testimonia literarum, quibus vnus Deus collendus insinuatur, eundem patrem qui est filius, sanctumque spiritum putauerunt. Alii rursus veluti morbo contrario laborantes, cum attenderent ea quibus trinitas declaratur, nec valerent intelligere quomodo sit vnus Deus, cum & pater non sit filius, nec filius sit pater, nec spiritus sanctus aut pater aut filius, diuersitates etiam substantiarum

De pperã intelligentibus scripturam. CAP. IIII.

Sabellianiin de hæresibus cap. 41. & in de. 5. hæresibus. c. 5. ĩ To. 6. & sup. in isto. 1. Tom. opusculorum.

Arriani de quibus in de hęre. c.49.& in ď.5. hęre.c.6.ĩ T.6. et sup. Iisto.1. Ro.14. To.opusc. Catharĩ q & nouatiani cõnu 1.Tim.4 bia dãnãt ut in de hæresi.ca.38. in.6.To.& sup. in isto.1. Tom. opuscullorum. Manich qi ď qb, in de hæresi. ca. 46.& ĩ de.5.hæresi.cap.5.in.6. To.& sup.ĩ isto 2.Tom.opuscu. Arriani dixerũt nullo certo tpe ieiunãdũ ut in de hęresi. ca. 53.in Tom.6.& sup.ĩ isto.1.To. opuscullorum. De donatistis habes sup.in de hęresi.c.69. & ĩ de fide & Symbolo,cap.10.

tiarum asserendas putarunt. Quidam intuentes in scripturis sanctę virginitatis laudem, conubia damnauerunt. Quidam rursus ea testimonia consectantes quibus casta coniugia prędicantur, virginitatem nuptijs æquauerunt. Quidam cum legerẽt, Bonum est fratres non manducare carnem, neque bibere vinum: etiam nonnulla similia creaturarum Dei, & quas voluerunt escas immundas esse senserunt. Quidam vero legentes, Omnis creatura Dei bona est, & nihil abijciendũ quod cum gratiarum actione accipitur: in voracitatẽ vinolẽtiamque collapsi sunt, nec sibi valẽtes auferre vitia, ni si eis e contrario vel tanta vel maiora succederent. Sic etiam in hac causa quæ habetur in manibus, quidam intuentes pręcepta seueritatis, quibus admonemur coripere inquietos, nõ dare sanctum canibus, vt Ethnicũ habere Ecclesiæ contemptorem, a compage corporis, membrũ qđ scandalizat auellere: ita pturbant Ecclesiæ pacem, vt conentur ante tempus separare zizania, atque hoc errore cæcati ipsi potius a Christi vnitate separentur. Qualis nobis causa est aduersus schisma Donati. Et hoc non cum illis qui nouerunt Cęcilianum, non veris sed calumniosis criminibus appetitum, & pnicioſam sententiam suam mortifero pudore non deseruntsed cum illis quibus dicimus, Etiam si malifuissent propter quos in ecclesia non estis, vos tamen eos ferendo quos emendare aut segregare minime poteratis, in Ecclesia permanere debuistis. Quidam vero e cõtrario periclitantes, cum bonorum malorumque permixtionem in Ecclesia demonstratam vel prædictam esse perspexerint, & patientiæ præcepta didicerint, quę ita nos firmissimos reddunt vt etiam si videtur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediatur aut fides, aut charitas nostra, aut quoniam zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus: instituendam putant esse & Ecclesiam & disciplinam, quandam peruersissimam securitatem præpositis tribuentes, vt ad eos non pertineat nisi dicere quid cauendum quid vel faciendum sit, quolibet autem quisque faciat nõ curare.

Propter malos nõ recedẽdũ ab Ecclesia.

CAP. V.

Matth.7.

NOS vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur ex vtrisque testimonijs tutam sententiam moderari, vt & canes in Ecclesia propter pacem Ecclesię toleremus, & canibus sanctum vbi pax Ecclesię tuta est, non demus. Cum ergo siue per negligentiam præpositorum, siue peraliquam excusabilem necessitatem siue per occultas obreptiones inuenimus in Ecclesia malos quos Ecclesiastica disciplina corrigere aut coercere non possumus, tunc nec ascendat in cor nostrum impia & pernicioſa præsumptio, qua existimemus nos ab his

ab his esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur, atque ita post nos trahere conemur ueluti mundos sanctosque discipulos ab unitatis cõpage quasi a malorũ consortio segregatos: ueniant in mentem illę de scriptu ris similitudines & diuina oracula vel certissima exẽpla, quibus demonstratum & prenunciatum est, malos in Ecclesia permixtos bonis usque in finem seculi tempusque iudicij futuros, & nihil bonis in unitate ac participatione sacramentorum qui eorum factis non consenserint obfuturos. Cum uero eis per quos Ecclesia regitur, adest salua pace potestas disciplinę aduersus improbos, aut nefarios exercẽdę, tũc rursus ne socordia segnitiaque dormiamus, alijs aculeis præceptorum quę ad sęueritatẽ coertionis pertinent, excitandi sumus, ut gressus nostros in uia Domini ex utriusque testimonijs illo duce atq; adiutore dirigentes, nec patientię nomine torpescamus, nec obtemptu diligentię seuiamus.

Baptismus qñ et qbus dãdus CAP. VI.

HAC ergo secundum sanam doctrinam moderatione seruata, uideamus unde agitur, id est, utrum ad percipiẽdum baptismum sic admittendi sunt homines ut nulla ibi uigilet diligentia, ne sanctum canibus detur: usque adeo ut nec apertissimi adulterij perpetratores & eius perseuerantiæ professores à sacramento tantæ sanctitatis uideantur arcendi: quo sine dubio non admitterentur, si per ipsos dies quibus eandem gratiam percepturi, suis nominibus datis, abstinẽtia, ieiunijs, exorcismisque purgantur, cum suis legitimis & ueris uxoribus se cõcubituros profiterentur, atque huius rei quanuis alio tempore licitæ, paucis ipsis solennibus diebus nullam continentiam seruaturos. Quomodo igitur ad illa sancta recusans correptionem adulter admittitur, quo recusans obseruationem non admittitur, coniugatus? Sed prius inquiunt, baptizetur, deinde doceatur quid ad bonam uitam moresque pertineat. Fit hoc ubi quenquam forte dies urget extremus, ut ad uerba paucissima, quibus tamen omnia continentur, credat, sacramentũque percipiat, ut si ex hac uita migrauerit liberatus exeat a reatu prꝛteritorum omnium peccatorum. Si autem sanus petit spatium discendi quæ discenda sunt, quod aliud opportunius tempus reperiri potest quo audiat quẽ admodum fidelis fieri ac uiuere debeat, quam illud cũ attentiore animo atque ipsa religione suspenso saluberrimę fidei sacramentum petit? An usque adeo dissimulamus a sensibus nostris, ut uel nosipsos nõ recordemur quam fuerimus attenti atque soliciti quid nobis præciperent a quibus catechizabamur, cum fontis illius sacramenta peteremus, atque ob hoc competentes etiam uocaremur: uel non intueamur alios qui per annos sin

In extremis licet baptizare, et postea si uixerit docere illũ. quid credere, et facere debeat.

gulos ad lauacrũ regenerationis accurrunt, quales sint ipsis diebus quibus catechizantur, exorcizantur, scrutantur, quanta uigilantia conueniant, quo studio ferueant, qua cura pendeant. Si tunc tẽpus nõ est discendi, quæ uita congrua tanto quod accipere desiderant sacramento quãdo erit? An uero cũ acceperint, in tantis criminibus permanentes, etiam post baptismum, non noui homines sed rei ueteres: ut uidelicet peruersitate mirabili prius eis dicatur, Induite hominem nouum: et cũ induti fuerint, postea dicatur, Exuite veterem: cum Apostolus sanum ordinem tenens dicat, Exuite veterem & induite nouum: & ipse Dominus clamet, Nemo assuit pannum nouum vestimento veteri, & nemo mittit vinum nouum in vtres veteres? Quid autẽ aliud agit totum tempus quo catechumenorũ locũ & nomẽ tenent, nisi vt audiant quæ fides & qualis vita debeat esse Christiani: vt cũ seipsos probauerint, tunc de mensa Domini manducent, & de calice bibant. Quoniam qui manducat indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Quod autem fit per omne tẽpus quod in Ecclesia salubriter constitutũ est. Vt ad nomen Christi accedentes catechumenorum gradus accipiant: hoc fit multo diligentius & instantius his diebus quibus competentes vocantur, cum ad percipiendũ baptismum sua nomina iam dederunt.

Colos. 3. Matth. 9.

1. Corin. 11.

Baptizãdos tã fidei opera quã fidem docẽdos.

Q. VID si, inquiunt, virgo nesciẽs viro nupserit alieno? Hoc si semper nesciat, nunquam ex hoc erit adultera: si autem sciat, iam ex hoc esse incipiet, ex quo cum alieno viro sciens cubauerit. Sicut in iure prædiorum, tandiu quisque bonę fidei possessor rectissime dicitur, quãdiu se possidere ignorat alienum: cum vero scierit nec ab aliena possessione recesserit, tunc malę fidei perhibebitur, tunc iuste iniustus vocatur. Absit ergo vt sensu non humano, sed plane vano sic doleamus cum flagitia corriguntur, tanquam connubia dirimantur: maxime in ciuitate Domini in monte sancto eius, hoc est, in Ecclesia, vbi nuptiarum non solum uinculum, verum etiam sacramentum ita cõmendatur, vt non liceat viro vxorem suam alteri tradere: quod in republica tunc Romana, non solum minime culpabiliter, verum etiam laudabiliter Cato fecisse perhibetur. Neque hinc diutius modo disputare opus est, cum & illi quibus respondeo non audeant affirmare, nullum hoc esse peccatum, neque negent esse adulterium, ne Domino sanctoque Euangelio aperte conuincantur obsistere, Sed cum eis placet, primum admittendos esse tales ad percipiendum baptismi sacramẽtum, & ad dominicam mensam: etiã si correctionem voce manifestissima recusauerint: imo

CAP. VII. Possessor bonę fidei.

Matth. 19.

imo uero nichil eos de hac re prorsus admoneri oporte re, sed postea doceri: ut si precepti obseruationem receperint, culpam quę correxerint, habeãtur in tritico: si autẽ contempserint inter zizania tollerentur: satis ostendũt nõ se crimina ista defendere, aut quasi leuia uel nulla sint agere. Quis enim adulterium bonę spei Christianus nullũ seu paruum crimen existimet? Ordinem tamen quo hęc in alijs uel corrigãtur, uel ferantur de scripturis sanctis se proferre arbitrantur, cum dicant apostolos sic egisse: & de literis eorum quędam testimonia proferunt, ubi reperiũtur prius insinuasse doctrinam fidei, ac deinde morum tradidisse præcepta. Atq; hinc intelligi uolunt fidei tantummodo regulã baptizandis esse intimandam postea uero iam baptizatis etiam uitæ in melius mutandę præcepta tradẽda, quasi aliquas apostolorum Epistolas legant ad eos qui baptizandi sunt datas, ubi de sola fide disputauerũt, & alias ad baptizatos, quibus præcepta de malis cauendis, bonisque instituendis moribus continentur. Cum igitur eos ad Christiano iam baptizatos dedisse literas constet, cur utro que sermone cõtexte sunt, & eo s. q. ad fidẽ, & eo q. ad uitã bonã pertinet? An forte illis placet vt baptizãdis vtrunq; nõ demus, & baptizatis vtrunque reddamus? Quod si absurde dicit, ergo fateant apostolos doctrinã suã ex vtroq; pfectã suis Epistolis indidisse. Sed ꝓpterea plerunq; insinuasse prius fidẽ, ac deinde quod ad vitã bonã ptinet subiecisse, quia & in homine ipso nisi præcedat fides, vita bona sequi nõ poterit: q; quid enim hõ Veluti recte fecerit, nisi ad pietatẽ quę ad Deũ est, referatur, rectũ dici nõ oportet. Quod si arbitrarent aliq; stulti & nimis imperiti apostolorũ Epistolas ad cathecumenos datas, profecto ẽt ipsi fatereẽtur, nõdum baptizatis præcepta morũ, quę fidei cõgruãt, simul cũ fidei regulis intimãda: nisi forte ad hãc necessitatẽ sua nos isti disputatione cõpellũt, vt primas partes Epistolarũ apostolicarũ vbi de fide loquunt, catechumenis legẽdas velint: posteriores ãt fidelibus, vbi iã præcipit quemadmodũ Christiãi viuere debeãt: quod stultissimũ est dicere. Nullũ ergo documẽtũ est huius opinionis ex Epistolis apostolorũ, cur ideo arbitremur baptizãdos de sola fide, baptizatos ãt de moribus admonẽdos, q; illi primis partibus literarũ cõmendauerunt fidẽ, ac postea consequenter vt bene a fidelibus viueretur hortati sunt. Quanuis enim illud prius, hoc posterius, sępissime tamẽ vna cõtexiõe sermonis vtrũq; cathecumenis, vtrunque fidelibus vtrũq; baptizãdis, vtrũq; baptizatis, siue vt instruant, siue ne obliuiscant, siue vt profiteant, siue vt cõfirmẽtur doctrina sanissima & diligẽtissima prędicandũ est. Epistolæ

Paulus epistolas suas ad Christianos iã baptizatos scripsit.

In pfatio. ps. 31. in T. 8. & cõtra duas Plagianorũ epist. li. 3. c. 5. & in de trinita. li. 12. c. 7. & i de spiritu & lit. ca. 27. in T. 3 & in 3. Tom. Horum opuscullorum.

stolę itaque Petri & Epistolę Ioannis de quibus quędã testimonia commemorant, addant & Pauli & aliorum apostolorum, ea ratione accipiendum est quod aduerterunt prius de fide ac postea de moribus dici, quod nisi fallor apertissime exposui.

Christianã vitã scire & agere ante baptismũ necesse. CAP. VIII. Act. 2.

SED in actibus apostolorum Petrus, inquiunt sic allocutus est illos, qui verbo audito baptizati sunt vno die tria milia, vt eis solam fidem qua in Christum crederẽt prędicaret. Qui cum dixissent, quid faciemus? respondit eis, Agite pœnitentiã, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donũ spiritus sancti. Cur ergo non aduertunt quod dictum est, Agite pœnitẽtiã: ibi est enim vitæ veteris expoliatio, vt noua induantur qui baptizantur? Cui autem fructuosa est pœnitentia, quæ agitur de mortuis operibus, si in adulterio perseuerent aliisque sceleribus, quibus dilectio mũdi huius inuoluitur? Sed infidelitatis, inquiunt, tantũmodo, quia in Christum non crediderunt, eos voluit agere pœnitentiam. Mira præsumptio, nolo quicquam grauius dicere quando eo audito quod dictum est, Agite pœnitentiam, solius infidelitatis acta dicuntur, cum vita mutanda ex vetere in nouam doctrina Euangelica traderetur, vbi vtique & illud est quod in ea sentẽtia ponit Apostolus,

Pœnitẽtia ẽ veteris vitę expoliatio.

Ephe. 4. Qui furabatur iam nõ furetur: et cętera, quibus exequitur quid sit deponere veterem hominem & induere nouum. In his autem ipsis verbis Petri habẽt vnde admoneri potuissent, si diligenter attendere voluissent. Cum enim dixisset, Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti: nobis enim hæc est promissio facta & filijs nostris & omnibus qui sunt longe quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster: cõtinuo subiecit qui librũ scripsit atq; ait: et cęteris verbis pluribus testificabat dicens, Eripite vos a seculo hoc prauo. At illi auidissime

Act. 2. capientes exceperunt verba et crediderunt & baptizati sunt, & adiectę sunt illa die tria milia animæ. Quis hic non intelligat & cæteris pluribus verbis quæ a scriptore propter longitudinẽ non recitantur, id egisse Petrum vt eriperent se ab hoc seculo prauo, quandoquidem ipsa sententia breuiter indicata est, cui persuadendæ verbis pluribus Petrus instabat? ipsi quippe summa positum est, cum dictũ est, Eripite vos a seculo hoc prauo: Verbis autem pluribus vt hoc fieret testificatur Petrus. In his verbis erat mortuorum operum condemnatio, quę nequiter agunt huius seculi dilectores, & commendatio vitæ quã teneant atq; sectẽtur qui se ab hoc prauo

prauo seculo eripiunt. Iam itaque si placet affirmare conentur, eum se eripere ab hoc seculo prauo, qui tantum modo credit in Christum, etiam si in flagitiis quibus voluerit perseueret vsq; ad professionem adulterii. Quod si dicere nephas est, audiant baptizandi, non solũ quid credere debeant, sed etiam quemadmodũ se ab hoc prauo seculo eripiant. Ibi enim necesse est vt audiant quẽadmodum credentes viuere debeant.

Baptismus spadonis, et qd sit euangelizare Christum. CAP. IX. Act. 8.

SPADO, inquiũt, ille quẽ Philippus baptizauit nihil plus dixit quam Credo filium Dei esse Iesum Christum, & in hac professione cõtinuo baptizatus est. Nõ ergo placet vt hoc solum homines respondeant, & continuo baptizentur: nihil de spiritu sancto, nihil de sancta Ecclesia, nihil de remissione peccatorum, nihil de resurrectione mortuorum: postremo de ipso Iesu Christo nihil nisi quia filius dei est non de incarnatione eius ex virgine, de passione, de morte crucis, de sepultura, de tertii diei resurrectione, de ascensione, ac sede ad dexteram patris aliquid dicendum est catechizanti, ac profitendum credenti? Si enim spado cum respondisset, Credo filium Dei esse Iesum Christũ, hoc ei sufficere visum

Act. 8. est, Vt continuo baptizatus abscederet: cur non id sequimur, atq; auferimus cætera quæ necesse habemus, etiã cum ad baptizandum temporis vrget angustia, exprimere interrogando vt baptizandus ad cuncta respondeat, etiam si ea memoriæ mandare non valuit? Si autẽ scriptura tacuit atque intelligenda admisit cætera quæ cum illo spadone baptizando Philippus egit, atq; in eo quod ait, baptizauit eum Philippus, intelligi voluit impleta omnia, quæ licet taceãtur in scripturis gratia breuitatis, tamẽ serie traditionis scimus implenda: pari modo etiam in eo quod scriptum est euangelizasse Philippum spadoni Dominum, nullo modo dubitandum est, & illa in catechismo dicta esse quę ad vitam moresque pertinent eius qui credit in dominũ Iesum. Hoc est enĩ euangelizare Christum, non tantum dicere quę sint credenda de Christo, sed etiam quæ obseruanda ei qui accedit ad compagẽ corporis Christi: imo vero cuncta dicere quæ sunt credenda de Christo, non solum cuius sit filius, vnde secundũ diuinitatẽ, vnde secundũ carnẽ genitus, quę ppessus, et quare, quę sit virtus resurrectionis eius, qđ donũ spiritus, pmiserit dederitq; fidelibus: sed etiã qualia mẽbra quibus sit caput, quærat, instituat, diligat, liberet, atq; ad æternã vitã honorẽque perducat. Hęc cũ dicuntur, aliquando breuius atque cõstrictius, aliquãdo latius & vberius Christus euãgelizatur, & tamen non solum quod ad fidem verum etiam quod ad mores fidelium pertinet non prætermittitur.

Euangelizare Christũ est docere credẽda et seruãda vt qs ad Christũ accedat.

Scire Christũ crucifixũ quid sit, quãtaq; vi cinitas dilectionis Dei et proximi.

CAP. X.

1.Corin.2.

HOc intelligi potest etiam in eo, quod commemorant dixisse apostolũ Paulũ, Nihil me dixi scire in vobis nisi Christũ Iesum & hũc crucifixũ. Quod illi putãt ita dictum, tanquam nihil aliud eis insinuatum esset nisi vt primitus crederent ac deinde baptizati quicquid ad vitam moresque pertinet discerent. Hoc, inquiunt, Apostolo satis superque suffecit, qui eis dixit, quod & si multos pædagogos haberent in Christo, sed non multos patres, quia eos in Christo Iesu per Euangelium ipse genuisset. Si ergo ille qui per Euangelium genuit, quãuis gratias agat quod neminem ipsorum baptizauerit nisi Chrispum & Caium & Stephanę domum, nihil eos amplius docuit quam Christum crucifixum: quid si dicat aliquis, nec resurrexisse Christum eos audisse quando per Euangelium geniti sunt? Vnde est igitur quod eis dicit, Tradidi enim vobis in primis, quia Iesus Christus mortuus est secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, si nihil nisi crucifixum docuerat? Si autem non ita intelligunt, sed hoc quoque ad Christum crucifixum pertinere concedunt, sciant in Christo crucifixo multa homines discere, & maxime quod vetus homo noster simul crucifixus est vt euacuetur corpus peccati, et vltra non seruiamus peccato. Vnde etiam de seipso dicit, Mihi autem absit gloriari nisi i cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Proinde attendant & videant quemadmodum doceatur atque discatur Christus crucifixus, et ad eius crucem nouerint pertinere, quod etiam nos in eius corpore crucifigimur mundo. Vbi intelligitur omnis coertio malarum concupiscentiarum: ac per hoc fieri non potest vt eis qui in cruce Christi informãtur, professa adulteria permittantur. Nam & apostolus Petrus de sacramento ipsius crucis, hoc est passionis Christi admonet, vt qui ea consecrantur peccare desistant ita loquens: Christo ergo passo per carnem & vos eadem cogitatione armamini: quia qui mortuus est carne desijt peccare, vt iam non hominum desideriis sed voluntate Domini Dei reliquum in carne viuat, & cætera. Quibus consequenter ostendit eum pertinere ad Christum crucifixũ, hoc est per carnem passum, qui in eius corpore crucifixus carnalibus desideriis bene vtitur per Euangelium. Quid quod etiam duo illa præcepta, in quibus Dominus ait totam legem Prophetasque pendere, huic suæ opinioni suffragari arbitrantur: & sic ea commemorãt, vt quoniam primum præceptum dictũ est, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: Secundũ autẽ simile huic, Dilige

Roma.6.

Gal.6.

1.Pet.4.

Matth.22.

Quãuis intelligẽda hęc auth. ab Au. i de doctr. Christi. ca. 22. i

Diliges proximum tuum tanquam teipsum: primũ pertinere ad baptizandum, vbi dilectio Dei præcipitur: secundum autem ad baptizatos, vbi videntur esse mores conuersationis humanæ: sic obliti quod scriptum est, Si fratrem quem vides non diligis, Deum quẽ non vides quomodo diligere poteris? Et illud aliud in eadem Epistola Ioannis, Si quis diligit mundum, nõ est charitas patris in eo. Quo autem pertinent omnia flagitia morum malorum, nisi ad mundi huius dilectionem? Ac per hoc illud primum præceptum quod ad baptizandos pertinere arbitrantur, sine bonis moribus obseruari nullo pacto potest. Nolo pluribus immorari, Nam si diligenter consideratur, ista duo præcepta ita ex alterutro cõnexa reperiuntur, vt nec dilectio Dei possit esse in homine si non diligit proximum, nec dilectio proximi si non diligit Deum. Sed ad rem quæ nũc agitur, quod de his duobus præceptis diximus sufficit.

Deut.6.

Tomo.3: et supra i isto.1.T. opuscul.

1.Ioan.4.

1.Ioan.2.

Vide Au. in.1. de doct. Chri. a cap.22. vsq; ad ca. vlt. i T.3. et sup. i isto.1.T. opuscul.

AT enim populus Israel primum per mare rubrum ductus est, quo significatur baptismus, & postea legem accepit, vbi disceret quemadmodum viueret. Cur ergo baptizandis vel symbolum tradimus, reddendumq; re poscimus? Nihil enĩ tale factũ est erga illos, quos per mare rubrum Deus ab Aegyptiis liberauit. Si autem recte intelligunt hoc significari præcedentibus mysterijs de sanguine ouis postibus illito, & de azimis synceritatis & veritatis: cur non etiã illud consequenter intelligũt, ipsam ab Aegyptiis separationem significare discessionem a peccatis quam baptizandi profitentur? Ad hoc enim pertinet quod a Petro dictum est, Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine Domini nostri Iesu Christi: tanquã diceret, recedite ab Aegypto & per mare rubrum transite. Vnde & Epistola quæ ad Hæbreos inscribitur cum eorum qui baptizantur commemorarentur initia, posita est ibi pœnitentia a mortuis operibus: sic enim dicit, Ideoq; remittentes initia Christi verbum, in consumationem respiciamus: non iterum iacientes fundamentum pœnitentiæ a mortuis operibus, & fidei in Deum, lauacri doctrinę, impositionis manuum, resurrectionis etiam mortuorũ & iudicii æterni. Hęc igitur omnia pertinere ad initia neophytorum satis aperteque scriptura testatur. Quid est autem a mortuis operibus pœnitentiam, nisi ab his quę oportet mortificari vt viuamus: quæ si adulteria fornicationesque non sunt, quid iam inter opera mortua nominandum est? Sic autem non sufficit professio recessionis a talibus nisi etiã lauacro regenerationis cũcta pterita quę velut persequũtur peccata deleãtur: sicut nõ sufficit Israelitis recedere ab Aegypto, nisi ea quę insequebatur

Exitus Israelitarũ ex Aegypto quid denotet.

CAP. XI.

1.Corin.10.

Exod.13.

Act.2.

Heb.6.

batur hostiũ multitudo eiusdẽ maris fluctibus interiret, qui Dei populo trãsituro liberãdoq; patuerunt. Qui ergo ꝓfitetur ab adulterio nolle se mutare, quomodo per mare rubrũ ducetur, cũ ex Aegypto adhuc recuset abscedere? Deinde nõ attendunt in ea lege quæ post transitum maris rubri illi populo data est, primum esse præceptum, Non erunt tibi alii dii præter me. Non facies tibi idola, neque vllum simulachrum, quæcunque in cœlo sunt sursum, & quæcunque in terra deorsum, & quæcũque in aqua & sub terra: nõ adorabis ea, neque seruies eis: & cætera ad hoc præceptum pertinentia. Affirment isti itaque si volunt contra ipsam suam assertionem, etiã de vnius Dei cultu cauendaq; idololatria, nõ adhuc baptizandis sed iam baptizatis esse prædicandum: & nõ tam dicant, eis qui baptismum percepturi sunt, fidem tãtum quæ in Deum est, intimandam: & post eius sacramenti perceptionem de moribus vitæ tanquam de secũdo præcepto eos quod ad dilectionẽ proximi pertinet, instruendos. Vtrunque enim lex continet, quam post mare rubrum tanquam post baptismum populus accepit, nec ita facta est distributio præceptorum, vt ante illius maris transitum de cauenda idololatria plebs doceretur, & posteaquam transierunt audirent honorãdum patrem & matrem, non mœchandũ, nõ occidendum, & cætera bonæ atque innocentis cõuersationis humanæ.

Exod.20.

Nũ baptizandus qui vitam impiam mutare nolit.

SI ergo ita quisq; veniat ad sancti lauacri petitionẽ, vt profiteatur se ab idolorum sacrificiis nõ recessurum nisi forte postea quando placuerit, baptismum tamen iamiamque depoſcat, templumque Dei viui se fieri flagitet, non solum cultor idolorum, verum etiam in aliquo tam nephario sacrilegio perseuerãs: quæro ab istis vtrũ eum faciendum vel catechumenum censeant, quod proculdubio fieri non debere clamabũt. Neque enim aliud de illorum corde sentiendum est. Reddant itaque rationem secundum testimonia scripturarum, quæ sic intelligenda putant, quomodo huic audeant cõtradicere, nec admittendum esse confirmant reclamantem atq; dicẽtem, Didici & veneror Christum crucifixum, credo filium Dei esse Iesum Christum. Non me vltra differas, nihil amplius iam requiras. Quos per Euangelium generabat Apostolus, nihil eos nosse tunc amplius quã Christum crucifixum volebat. Post vocem spadonis qua se credere Iesum Christum filium Dei esse respondit, continuo Philippus eum baptizare non distulit. Quid me ab idolorum cultu prohibes, nec ad sacramentum Christi admittis, nisi prius inde discesseroꝰ illud a pueritia didici, consuetudine ibi grauissima præmor, faciam cum potuero, cum commodum fuerit: quod & si nõ faciam,

CAP. XII.

1.Corin.6.

1.Corin.2. Act.8.

1.Corin.2. Act.8.

non tamen sine Christi sacramento hanc vitam finiam, ne Deus exigat animam meam de manibus tuis. Quid huic respondendum existimant? An placet vt admittatur? Absit. Nullo modo crediderim intantũ eos progredi. Quid ergo respondebũt hæc dicẽti, & addenti quod nihil sibi de idololatria relinquenda saltem dici debuit ante baptismum, sicut nihil inde ante mare rubrum populus ille primus audiuit, quoniam lex hoc habet quã ex Aegypto iã liberatus accepit. Profecto dicturi sunt homini templum Dei futurus es, cum baptismum acceperis. Dicit autem Apostolus, Quæ compositio templo Dei cum idolis? Quare ergo non vident similiter esse dicendum, membrum Christi futurus es, cum acceperis baptismum. Non possunt membra Christi esse membra meretricis: quia & hoc Apostolus dicit alio loco, Nolite inquit, errare: neque fornicatores, neq; idolis seruiẽtes, & cætera quæ illic enumerat, regnum Dei possidebũt. Cur ergo ad baptismum idolis seruientes non admittimus & fornicatores admittendos putamus cum & his & cæteris malis dicat, & hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini Iesu Christi et in spiritu Dei nostri? Quid igitur causæ est, vt cũ potestas pateat vtrunque prohibendi, venientem ad baptismum permittã fornicarium permanere, et non permittam idolis seruiẽtem, cum & illis et illis dici audiam, & hæc quidẽ fuistis, sed abluti estis: sed eo mouentur isti, quia putant esse in futuro salutẽ eorum, quãuis per ignem qui in Christũ crediderint, sacramẽtumque eius acceperint: ideſt, baptizati fuerint, etiã si morum corrigendorũ ita negligentes sint, vt nequiter viuant. Vnde mox videbo si Deus iuuerit, quid secundum scripturas sentiendum sit.

1.Corin.6.

2.Corin.6.

NVNC in hac quæstione adhuc versor, in qua eis videtur baptizatos admonendos esse de moribus ad Christianam vitam pertinentibus, baptizandis autem solam insinuandam fidem. Quod si ita esset, præter tam multa quæ diximus, non Ioanes baptista Venientibus ad baptismum suum diceret, Generatio viperarũ quis ostẽdit vobis fugere ab ira Venturã? Facite ergo fructum digniũ pœnitentiæ: & cætera, quæ vtique nõ de fide sed de bonis operibus admonet. Vnde & militibus dicẽtibus quid faciemus? non dixit interim credite & baptizemini, post audietis qd facere debeatis: sed ante dixit, ante præmonuit, vt venturo Domino in cor eorum tanquã præcursor mundaret vitam. Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat vobis stipendiũ vestrũ. Similiter publicanis quærentibus quid facere deberent, nihil amplius, inquit, exigãtis præterquam constitutũ est

Baptismũ fidei opera prædat.

CAP. XIII.

Matth.3. Luc.3.

est vobis. His breuiter commemoratis Euangelista, nõ eni totos catechismos in serere debuit, satis significauit pertinere ad eum a quo baptizandus catechizatur, docere et monere de moribus. Quod si respõdissent Ioãni, prsus nõ faciemus fructus dignos pœnitentiæ, calũnia turi sumus, concussuri sumus, ea quæ nobis nõ debẽtur exacturi sumus, & nihilominus eos post hanc professionem baptizaret: nec sic tamen dici posset vnde modo quæstio est, non esse temporis cum quisque baptizandus est, vt prius illi sermo fiat quemadmodum vitã bonam agere debeat. Quid ipse Dominus, vt alia omittam cum ab eo diues ille quæreret quid boni faceret vt vitã æternam consequeretur, recolant quid responderit, Si uis venire, inquit, ad vitã serua mandata. At ille, quæ? tunc Dominus commemorauit præcepta legis, Non occides, non mœchaberis, & cætera: vbi cum ille respondisset hæc se feciſſe a iuuentute sua, addidit etiam perfectionis præceptum, Vt venditis suis omnibus & in pauperum eleemosynis erogatis haberet thesaurum in cœlo, & eundem Dominum sequeretur. Videant igitur nõ ei dictum esse vt crederet & baptizaretur, quo solo ad iutorio putant isti venire hominem ad vitam: sed morũ præcepta homini data, quæ vtique sine fide custodiri obseruarique non possunt: nec tamen quia hic de insinuanda fide Dominus videtur tacuisse, præscribimus nos atq; contenti sumus, morum tantummodo præcepta dicenda esse hominibus ad vitam peruenire cupientibus, Vtraque enim mutuo connexa sunt, sicut antedixi: quia neq; dilectio Dei potest esse in hoie qui nõ diligit proximu, nec dilectio proximi in eo qui non diligit Deũ. Ideo aliquando alterum sine altero, siue illud, siue illud, pro plena doctrina inuenitur scriptura cõmemorare, vt etiam hoc modo intelligatur alterũ sine altero esse non posse: quia et qui credit Deo debet facere quod præcepit Deus, et qui ꝓpterea facit quia præcepit Deus, necesse est vt credat Deo.

Mat.19. & 22. Luc.8

Præcepta diuina nõ pñt sine fide seruari. in pñat.psal.31. in To.8. et ifra in isto.1.T.opusc. et ĩ cõcil. Mil. cã.5. ĩ.1.T.cõcil.et de cõsec. dist.4.ca.placuit vt qcunq; dixerit.

Sup.c.et ĩ.1.de doct. chri.a 1.Ioã.4 22. vsq; in finẽ libri.

Fides et opa sẽ per simul. qd de adultis ĩtelligit, idẽ ifra in pñac.psa.31.et ĩ fra i isto.li.c.23

Qñ fides sola ad salutẽ nõ sufficit sine opibus. C. xiiii.

QVARE iam illud videamus, quod excutiendũ est a cordibus religiosis, ne mala securitate salutẽ suam perdant, si ad eã obtinendã sufficere solã fidem putauerint, bene autẽ viuere & bonis operibus viã Dei tenere neglexerint. Nam etiã temporibus apostolorũ non intellectis quibusdam subobscuris sententijs apostoli Pauli, hoc eũ quidã arbitrati sunt dicere, faciamus mala vt veniant bona: quia dixerat, Lex subintrauit vt abundaret delictum, vbi autẽ abundauit delictũ, superabũdauit gratia. Quod ideo verum est, quia legẽ accipiẽtes homines qui de suis viribus superbissime præsumebant, nec diuinum adiutoriũ vincendarũ malarũ concupiscentiarum recta fide imperrantes, pluribus grauioribusque delictis etiã lege preuaricata onerati sunt. Ac sic magno reatu cõpellente cofugerũt ad fidẽ, qua misericordiã indulgentię mererentur, & auxilium a Domino qui fecit cœlum & terrã: vt diffusa per spiritũ sanctũ charitate in cordibus suis, cũ dilectione agerent quę cõtra seculi huius concupiscentias iuberentur secundũ id quod prędictũ fuerat in Psalmo. Multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Cum ergo dicit Apostolus, arbitrari se iustificari hominẽ per fidem sine operibus legis: non hoc agit, vt prœcepta ac professa fide opera iustitię contẽnantur, sed vt sciat se quisque per fidẽ posse iustificari etiã si legis opera nõ prœcesserint. Sequuntur enim iustificatũ, non prœcedũt iustificandũ. Vnde in prę senti opere non opus est latius disputare, prœsertim quia modo de hac quæstione prolixũ librum edidi, qui inscribitur, De litera & spiritu. Quoniã ergo hæc opinio tũc fuerat exorta, aliq apostolicę Epistolę, Petri, Ionnis, Iacobi, Iudæ, contra eã maxime dirigũt intentionẽ, vt vehementer astruãt fidem sine operibus nihil prodesse: sicut etiã ipse Paulus, non quãliber fidẽ qua in Deũ creditur, sed eam salubrem planeque Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedũt: et fides, inquit, quæ per dilectionẽ operatur. Vnde illam fidem quæ sufficere ad salutem quibusdam videtur, ita nihil prodesse asseuerat, vt dicat, Si habeam omnem fidem ita vt montes transferam charitatem autem non habeam, nihil sum. Vbi autem hæc fidelis charitas operatur, sine dubio bene viuitur: plenitudo enim legis charitas. Vnde euidenter in secunda Epistola Petrus, cum ad vitæ & morum sanctitatem hortaretur, mundumque istum transiturum prænunciaret, cœlos vero nouos & terram nouã expectari quæ iustis inhabitanda tradetur, vt ex hoc attenderent qualiter eos oporteret viuere vt habitatio ne illa digni fierent, sciens de apostoli Pauli quibusdã subobscuris sententiis nonnullos iniquos accepisse occasionem, vt tanquam securi de salute quæ in fide est, bene viuere non curarent, commemorauit quædam ad intelligendum difficillima esse in Epistola eius quæ homines peruerterent, sicut et alias scripturas, ad propriũ suum interitum: cum tamen et ille Apostolus de salute ęterna, quę nisi bene viuentibus non daretur, eadẽ sentiret quę cęteri apostoli. Sic itaq; Petrus, His ergo, inquit, omnibus pereũtibus, quales oportet vos esse in sanctis cõuersationibus et pietatibus, expectãtes et properãtes ad prœsentiã diei Domini, perquã cœli ardentes soluentur

Pf.120 Ro.5. Pf.15. ca.52.& 53.

Opera nõ pcedũt iustificãdũ, sed si quunq; iustificatũ, idẽ in fra ĩ pf.psal.31. et ĩ de spũ et litera ĩ 3.To. horum opusc.

Gal.5.

1.Corin.13.

Ro.13.

2.Petri.3.

ta expositio illius ps. ĩ isto.1. To.opusc.post istũ lib. ad clariorẽ cognitionẽ huius q̃stionis de fide et opib.

Universidad de Deusto Biblioteca

tur & elementa ardore ignis decoquentur: nouos vero cœlos & terram nouam secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Quapropter charissimi hęc expectantes satagite inuiolati & immaculati apud eum reperiri in pace: & Domini nostri patientiã salutem existimate: sicut & dilectissimus frater noster Paulus secundum eam quæ data est illi sapientiam scripsit vobis, vt & in omnibus Epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt difficilia quędam intellectu, quæ indocti & instabiles peruertunt sicut & cæteras scripturas, ad proprium suum interitũ. Vos igitur amantissimi pręscientes, cauete ne in falsorum errore seducti decidatis a corroboratione vestra: crescite vero in gratia & intellectu Domini nostri & saluatoris Iesu Christi: ipsi gloria, & nunc, & in die eternitatis. Iacobus autẽ vehementer infestus est eis qui sapiunt fidem sine operibus valere ad salutem, vt illos etiam dęmonibus comparet dicens, Tu credis quoniam vnus est deus, bene facis, & dæmones credunt & contremiscunt. Quid verius, breuius, vehementius dici potuit? cum & in Euãgelio legamus hoc dixisse dæmonia, cum Christum filium Dei confiterentur & ab illo corriperentur, quod in Petri confessione laudatum est. Quid proderit, ait Iacobus, fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquit poterit fides saluare eum? Dicit etiam, quia fides sine operibus mortua est. Quousque igitur falluntur, qui fide mortua sibi vitam perpetuam pollicentur?

Iacobi.2.

Opa cũ fide requiri ad salutẽ.

CAP. XV.

1.Corin.3.

Hęc authoritas exponit infra i prę.f.pfal.29. & in expo.pfal.1. & pfal.6.i To. 8.et supra i Hẽchi. cap.68. & 69.

QVAPROPTER diligenter oportet attendere quomodo accipiẽda sit apostoli Pauli illa sententia plane ad intelligendum difficilis, vbi ait, Fũdamentũ enim aliud nemo potest ponere pręter id quod positũ est, qđ est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnũ, stipulam, vniuscuiusq; opus manifestabitur: dies enim dñi declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus permanserit, quod superędificauit mercedem accipiet: si cuius autem opus arserit, damnum patietur, ipse autẽ saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod quidam ita intelligendũ putãt, vt illi videant ędificare sup hoc fundamentũ aurũ, argentũ, lapides pretiosos, qui fidei quæ in Christo est bona opera adijciũt: illi autẽ fœnũ, ligna, stipulam, qui cum eandẽ fidẽ habeant male operantur. Vnde arbitrantur p quasdã pœnas ignis eos posse purgari ad salutem percipiendam merito fundamenti. Hoc si ita est, fatemur istos laudabili charitate conari vt oēs indiscrete admittantur ad baptismum, nõ solũ adulteri & adulteręs

& adulterę contra sententiam Domini falsas nuptias prætendentes, verum etiam publicę meretrices in turpissima professione perseuerãtes, quas certe nulla etiã negligentissima Ecclesia consueuit admittere, nisi ab illa primitus prostitutione liberatas. Sed ista ratiõe cur non omnimodo admittantur omnino non video. Quis enim non malit eas positio fundamento, licet ligna, & fœnum, & stipulam congerant, aliquanto certe diuturniore igne purgari quam in ęternum perire? Sed falsa erunt illa quę obscuritatem ambiguitatemque non habent, Si habeam omnem fidem ità vt montes transferam, charitatẽ autem non habeam, nihil sum. Et quid proderit frarres mei si fidem dicat se quis habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Falsum erit & illud, Nolite errare: neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnũ Dei possidebunt. Falsum est & illud, Manifesta sunt opa carnis, quę sunt fornicationes, immunditię, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, ęmulationes, animositates dissensiones, hęreses, inuidię, ebrietates, commessationes, & his similia, quæ prędico vobis sicut prędixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Falsa erunt hæc, Si enim tantummodo credant & baptizentur, quanuis in malis talibus perseuerent, salui erunt per ignem: atque ideò in Christo baptizati etiam qui talia agunt, regnum Dei possidebunt. Frustra autem dicitur, Et hęc quidem fuistis, sed abluti estis, quando & abluti hæc sunt. Inanter etiam illud à Petro dictum videbitur, Sic & vos simili forma baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientię bonæ interrogatio: si quidem & habentes pessimas conscientias, omnium flagitiorũ et scelerum plenas, nec eorum malorum pœnitentia mutatas, tamen baptisma saluos facit: propter fundamentum enim quod in eo baptismate ponitur, licet per ignẽ salui erunt. Illud quoque non video cur Dominus dixerit, Si vis venire ad vitã, serua mandata: & commemorauit ea quæ ad bonos mores pertinent, si etiam his non seruatis ad vitam veniri potest, per solam fidẽ, quę sine operibus mortua est. Illud deinde quomodo verum erit, quod eis quos ad sinistram positurus est, dicet, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: nec increpat quia in eum non crediderunt, sed quia bona opera non fecerunt. Nam profecto ne sibi quisquam de fide, quę sine operibus mortua est, promittat eternã vitam: propterea omnes gentes segregaturum

possito

1.Corin.13. Iacobi.2.

1.Corin.6.

Galat.5.

1.Corin.6. 1.Petri.3.

Matt.19.

Matth.25.

rum se dixit, quæ permixtæ eisdem pascuis vtebantur, vt appareat eos illi dicturos, Domine, quando te vidimus illa & illa patientem, & non ministrauimus tibi? & in eum crediderant, sed bona operari non curauerant, tanquã de ipsa fide mortua ad vitam peruenirentur æternam. An fortè ibunt in ignem æternum, qui opera misericordiæ nõ fecerunt: & non ibunt qui aliena rapuerũt, vel corrumpendo in se templum Dei, in seipsos immiserũt cordes fuerunt: quasi opera misericordiæ prosint aliqd sine dilectione, dicente Apostolo, Si distribuam omnia mea pauperibus, charitem autẽ nõ habeam, nihil mihi prodest? Aut diligat quisquam proximum sicut seipsum qui non diligit seipsum? Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Neque illud dici hic poterit, in quo nonnulli seipsos seducunt, ignem æternum dictum non ipsam combustionem æternam. Per ignem quippè qui æternus erit, transituros arbitrantur eos, quibus propter fidem mortuam per ignem promittunt salutẽ: vt videlicet ipse ignis æternus sit, combustio vero eorum, hoc est operatio ignis non sit in eos æterna, cũ & hoc præuidens Dominus, sententiam suam concluserit ita dicens. Sic ibunt illi in combustionem æternã, iusti autem in vitam æternam. Erit ergo æterna combustio sicut ignis, et eos in illam ituros veritas dicit, quorũ non fidẽ, sed bona opera defuisse declarauit. Si ergo hæc omnia, & cætera quæ innumerabilia per omnes scripturas sine ãbiguitate dicta reperiri possunt, falsa erũt: poterit verus esse ille intellectus de lignis & fœno & stipula, quod hi salui erunt per ignẽ, qui solã in Christũ fidem tenentes bona opera neglexerunt. Si autem ista et vera & clara sunt, proculdubio in illa Apostoli sententia alius requirendus est intellectus: atque in his deputanda est, quę Petrus dicit esse in scriptis eius quædam difficilia intellectu: quę non debent homines peruertere ad proprium suum interitum vt contra euidentissima testimonia scripturarum securos faciant de percipiẽda salute nequissimos, nequitię suæ pertinacissime cohærentes, nec emendando aut pœnitendo mutatos.

1.Corin.3. &.5. &.6.

1.Corin.13. Psal.10.

Matth.25.

2.Pet.3.

Interpretatio loci Paulini.

CAP. XVI.

HIC a me fortasse queratur de ipsa Pauli apostoli sententia quid ego sentiam, et quo nã modo intelligendam putem. Fateor hic me malle audire intelligẽtiores atq; doctiores, qui sic eam exponant, vt illa omnia vera & inconcussa permaneant, quę supra commemorauí, & quęcunque alia non commemorauí: quibus apertissime scriptura testatur, nihil prodesse fidem, nisi eam quã definiuit Apostolus, id est quæ per dilectionem operatur: sinè operibus autem saluare non posse, neque præter ignem, neque per ignem, quia si per ignem saluat ipsa vtique saluat. Absolutè autem dictum est & aperte,

Gal.5.

Quid prodest si dicat quis fidem se habere, opera autẽ non habet, nunquid poterit fides saluare eum? Dicam tamen quam breuissimè potero etiam ipse quid sentiã de illa Apostoli sententia ad intelligendum difficili, dũ modò illud quod ad meam promissionem attinet, præcipue teneatur, quod de hac me malle dixi audire meliores. Fundamentũ Christus est in structura architecti sapientis, hoc expositione nõ indiget. Aperte enim dictum est, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere prẽterid quod positum est, quod est Christus Iesus. Si autem Christus, proculdubio fides Christi: Per fidẽ quippe habitat Christus in cordibus nostris, sicut idem Apostolus dicit. Porrò fides Christi illa vtique, quam definiuit Apostolus, quæ per dilectionem operatur. Nõ enim fides illa dęmonum, cum & ipsi credant & cõtremiscant, & filium Dei confiteantur Iesum, potest accipi in fundamentum. Quare? nisi quia nõ est fides quę operatur per dilectionem, sed quæ exprimitur per timorẽ. Fides itaquè Christi, fides gratiæ Christianę: id est ea fides quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento, neminem perire permittit. Sed quid sit ædificare super hoc fundamentum, aurum, argentum, lapides pretiosos, & ligna, fœnũ, stipulam: si subtilius disserere coner, vereor ne ad intelligendum difficilior sit ipsa expositio. Enitar tamen quãtum Dominus adiuuat, & breuiter, & quantum potero dilucidè expedire quod sentio. Ecce ille qui quęsiuit a magistro bono quid boni faceret, vt haberet uitam ęternam, & audiuit, si ad vitam venire vellet, seruanda sibi esse mandata. Et cum quęreret, Quæ mandata, dictum est ei, Non occides, Nõ mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices, Honora patrem tuum & matrem tuam, &, Diliges proximum tuum tanquam teipsum, vt hæc faciens, fidem Christi teneret: & proculdubio fidem, quę per dilectionem operatur. Neque enim diligeret proximum tanquam seipsum, nisi recepta dilectione Dei, sinè qua non diligeret seipsum. Porro si faceret etiam quod Dominus addidit, dicens. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me: ędificaret super illud fundamentum, aurum, argẽtum, lapides pretiosos: non enim cogitaret nisi quæ sunt Dei quomodo placeret Deo: & hę cogitationes sunt, quantum existimo, aurum, argentum, lapides pretiosi. Porro si circa diuitias suas quodam carnali teneretur affectu, quanuis ex eis multas eleemosynas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid rapinæque molliretur, aut earũ minuendarum

Iacobi.2.

1.Corin.3.

Ephe.3.

Iaco.2.

Idem infra in prę.psal.29.

Gal.5.

Matth.19. Mar.10. Luc.18.

Gal.5.

Supra fusius.c. 10.&.12.de doc. christ.

Mat.19. ca.22. & 22. usq; in finem libri.

1.Corin.7.

Hoc idem dicit Au. sup istã authoritatem sup

psal.29.ī To.8. & infra ī isto.1. Tom.opuscul.

nuendarum vel amittendarum metu in aliquod facinus flagitiumue laberetur, alioquin iã se modo ab illius fundamenti stabilitate subtraheret: sed propter carnalem, vt dixi, quem in eis habebat affectum, talibus bonis sine dolore carere non posset, edificaret super fundamentum illud fœnum, ligna, stipulam: maxime si & vxorẽ sic haberet, vt etiam propter ipsam cogitaret ea quæ sunt mundi, quomodo placeret vxori. Hęc igitur quoniam affectu dilecta carnali, non sinè dolore amittuntur, propterea qui sic ea habent, cum habeant in fundamento fidem, quę per dilectionem operatur, neque huic ista vila ratione uel cupiditate pręponãt, in eorum amissione passi detrimentum, per ignem quendam doloris peruenient ad salutem. A quo dolore atque detrimento tanto est quisque securior, quãto ea vel minus amauerit, vel tanquam non habẽs habuerit. Qui vero propter illa vel tenenda vel adipiscenda homicidium, adulterium, fornicationem, idolatriam, & similia quæcũ cõmiserit, non propter fundamentum per ignem saluabitur, sed amisso fundamento æterno igne torquebitur. Quãobrem & illud quod dicunt veluti probare cupientes, quãtũ valeat sola fides, vbi Apostolus dicit: Quod si infidelis discedit, discedat: non est enim seruituti subiectus frater vel soror in huiusmodi: id est, vt propter fidem Christi etiam ipsa vxor legitima societate coniuncta, sine vlla culpa relinquatur, si cum viro Christiano propter hoc quod Christianus est, permanere noluerit, non attendunt eo modo illam rectissime dimitti, si viro suo dicat, Non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congeras, aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domum trãsigebas, etiam Christianus exerceas: aut si quid aliud vel facinorosum vel flagitiosum in viro nouerat, quo delectata vel libidinem explebat, vel facile victum habebat vel etiã incedebat ornatior. Tũc enim ille cui hoc vxor dicit, si veraciter egit pœnitentiam ab operibus mortuis, quãdo accessit ad baptismũ, habetque in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratię, quam carnis luxuriæ: & membrum quod eũ scãdalizat, fortiter amputat: quecunque autem in hac direptione dolorem cordis propter carnalem affectum coniugis sustinebit, hoc est detrimentũ quod patietur: hic est ignis per quem fœno ardente ipse saluabitur. Si autẽ iam sic habeat vxorem tanquam non habens, nõ propter concupiscentiam, sed proprer misericordiã, ne forte eam saluam faceret, reddens potius quam exigens debitum coniugale: profecto nec dolebit carnaliter, cũ ab illo tali coniugio separabitur: neque enim in eo cogitabat,

1.Corin.7.

1.Corin.7.

1.Corin.7.

bat, nisi quæ sunt Dei, quomodo placeret Deo. Ac per hoc inquantum aurum, argentum, lapides pretiosos cogitationibus illis superędificat, intantum detrimentum nullum pateretur, intantum structura eius, quę non erat fœnea, nullo incendio cremaretur. Siue ergo in hac vita tantum homines ista patiuntur, siue etiam post hanc vitam talia quędam iudicia subsequuntur, non abhorret, quantum arbitror, à ratione veritatis iste intellectus huius sententię. Veruntamen etiam si est alius qui mihi nõ occurrit eligendus, istum quandiù tenemus, non cogimur dicere iniustis non subditis, scelestis, contaminatis, parricidis, matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & si quid aliud sanę doctrinæ aduersatur, quę est secundum Euangelium gloriæ beati Dei: si tantummodo in Christum credatis, & sacramentum baptismi eius accipiatis, etiam si vitam istam pessimam non mutaueritis salui eritis. Vnde nec illa nobis mulier Chananæa præscribit, quia Dominus ei quod petebat dedit, cum ante dixisset, Non est bonum tollere panem filiorum & mittere canibus: quia ille cordis inspector mutatam vidit quam laudauit, & ideò non ait, O canis magna est fides tua: sed, O mulier magna est fides tua. Mutauit vocabulum, quia mutatum vidit affectum, atq; illam correptionem ad fructum peruenisse cognouit. Miror autem si laudaret in ea fidem sine operibus: id est, fidem non talem quæ per dilectionem iam possit operari, fidem mortuã: & quod Iacobus dicere minime dubitauit, fidẽ nõ Christianorum, sed dęmonum. Postremo si istam Chananæã nolunt intelligere mutasse perditos mores, quando eam Christus contemnendo & corripiendo redarguit, quoscunq; inuenerint tantummodo credere, vitam verò inquinatissimam nec saltem occultare, sed etiã libere profiteri, ac nolle mutare, sanent filios eorum, si possunt, sicut sanata est filia Chananeę mulieris: non tamen eos faciant membra Christi, cum ipsi esse non desinant mẽbra meretricis. Illud sanè non absurde intelligunt eum peccare in spiritum sanctum, & esse sine venia reum ęterni peccati, qui vsq; in finem vitæ noluerit credere in Christum: sed si rectè intelligerent quid sit credere in Christũ. Non enim hoc est, habere dęmonum fidẽ, quæ recte mortua ꝓhibetur, sed fidem quæ per dilectionem operatur.

Mat.15.

Iacobi.2.

1.Corin.6.

Matth.12.

QVAE cum ita sint, quando tales ad baptismum nõ admittimus, non ante tempus zizania euellere conamur, sed nolumus insuper sicut diabolus zizania seminare: nec ad Christum volentem venire prohibemus, sed eos ad Christum venire nolle, ipsa sua professione conuincimus: nec vetamus Christo credere, sed demonstra-

Obstinati ī peccatis, nũ merito a baptismo repellant. CAP. XVII. Matth.13.

1.Corin.6. 1.Timo.1. mus eos nolle Christo credere, qui vel adulterium dicũt non esse quod ille adulterium dicit esse: vel credunt adulteros eius membra posse esse, quos per Apostolum dicit regnum Dei non possidere: & sanę doctrinæ aduersari, quę est secundum Euangelium gloriæ beati Dei. Vnde non sunt isti inter eos deputandi, qui ad conuiuium nuptiarum venerunt, sed inter eos qui venire noluerunt. Cum enim ipsi doctrinę Christi audent apertissime cõtradicere, & sancto auersari Euangelio, nequaquam venientes repelluntur, sed venire contemnunt: qui autem seculo saltem verbis, etiam si non factis renunciant, veniunt quidem & inter triticum seminantur, & in aream congeruntur, & ouibus aggregantur, & retia subeunt, & conuiuentibus admiscentur: sed intus siue lateant, siue pateant tũc erit ratio tolerandi, si potestas nulla est corrigendi, nec debet esse præsumptio separandi. Absit autem vt sic intelligamus quod scriptum est, ad cõuiuium nuptiarum adductos, quos inuenerunt bonos & malos: vt eos adduxisse credantur, qui se malos perseueraturos professi sunt. Alioquin ipsi serui patris familias zizania seminauerunt, falsumque erit illud, Inimicus autem qui ea seminat, diabolus est. Sed quia hoc falsum esse nõ potest, adduxerunt serui bonos & malos, siue qui latérent, siue qui iam adducti & intromissi apparerẽt: siue bonos & malos dictum est secundum quandam humanam cõuersationẽ, in qua etiam ij qui nondum crediderunt, vel laudari vel vituperari solent. Vnde est etiam illud quod Dominus monet discipulos, quos ad Euangelium prædicandum primitus mittit, vt in quancunque venerint ciuitatem, quærant quis illic dignus sit, vt apud eum habitent donec inde proficiscantur. Profectò ille dignus quis erit, nisi qui existimatione suorum ciuium bonus habebitur? & quis indignus, nisi qui eis malus innotuerit? Ex hoc vtroque genere veniunt ad Christi fidem, & sic adducuntur boni & mali, quia & illi mali à mortuis operibus pœnitentiam non recusant. Si autem recusant, non intrare cupientes repelluntur, sed ab introitu ipsi aperta contradictione discedũt. Erit ergo & seruus ille securus, nec inter pigros damnatur, quòd dominicũ talentũ noluit erogare, quãdoquidem illi noluerunt quod erogabat accipere. Propter illos enim hæc similitudo proposita est, qui nolunt suscipere in Ecclesia dispensatoris officium, desidiosam prætendentes excusationem, nolle se rationem reddere de peccatis alienis: qui audiunt & non faciunt, id est, accipiunt & non reddunt. Cum verò dispensator fidelis & diligens, in erogando paratissimus, & lucrorum dominicorum auidissimus, dicit adultero, Noli esse adulter, si vis baptizari: crede Christo,

Matth.22.

Matth.13.

Matth.10.

Matth.25.

Mat.13. Matth.19.

Christo, qui hoc quod facis dicit esse adulterium, si vis baptizari: noli esse membrum meretrícis, si vis esse membrum Christi: ille autem respondet, Non obedio, non facio: ipse non vult veram pecuniam dominicam accipere, sed suam potius adulterinam vult thesauris dominicis importare. Si autem se facturum profiteretur, nec faceret, nec postea quolibet modo corrigi posset, inuenire tur quid de illo fieret, ne alijs inutilis esset, qui sibi vtilis esse non posset: vt si intra retia Domini bona, piscis malus esset, non tamen pisces Domini suis malis retibus irretiret: hoc est, vt si haberet in Ecclesia vitam malam, non tamen illic institueret doctrinam malam. Cum enim tales facta sua talia defendunt, vel in eis se perseueraturos apertissimè profitentes, admittuntur ad baptismum, nihil videntur aliud prædicare, nisi fornicatores & adulteros etiam vsquè in vitæ huius finem in ea nequitia permanentes, regnum Dei possessuros, & merito fidei, quæ sine operibus mortua est, ad vitam ęternam salutemque vẽturos. Hæc sunt mala retia, quæ cauere debent pręcipue piscatores, si tamen illa euangelica similitudine piscatores Episcopi, vel inferioris ordinis Ecclesiarum præpositi intelligendi sunt: quia dictum est. Venite & faciam vos piscatores hominum. Retibus enim bonis capi possunt pisces & boni & mali, retibus autẽ malis capi non possunt pisces boni. Quoniam in doctrina bona & bonus potest esse qui audit & facit, & malus qui audit & non facit: in doctrina vero mala, & qui eã veram putat, quamuis ei non obtemperet, malus est: & qui obtemperat, peior est.

1.Corin.6.

Mar.4.

Matth.4. Doctrina bona boni & mali capi possũt sed a mala doctrina tãtũ mali capiũtur.

ILLVD sane mirabile est, quod fratres qui aliter sapiunt, cum debeant ab ista vel noua vel vetere pernicio sa tamen opinione discedere, ipsi insuper dicunt nouam esse doctrinam, qua nequissimi homines in suis flagitijs se perseueraturos in propatulo profitentes, non admittuntur ad baptismum: quasi nescio vbi peregrinentur, quando meretrices & histriones & quilibet alij publicę turpitudinis professores, nisi solutis aut diruptis talibus vinculis ad Christi sacramenta non permittuntur accedere, qui vtique secundum istorum sentẽtiam omnes ad mitterẽtur, nisi antiquũ & robustum morẽ sancta Ecclesia retineret, ex illa scilicet liquidissima veritate veniẽtẽ, qua certum habet quoniam qui talia agũt, regnũ dei non possidebunt. Et nisi egerint ab his mortuis operibus pœnitentiam, accedere ad baptismum non sinuntur. Si autem subrepserint, nisi vel postea mutati egerint pœnitẽtiam, salui esse non possunt. Sed ebriosi, auari, maledici, & si qua alia vitia damnabilia apertis factis cõuici redarguiq; non possunt, pręceptis tamen & catechis-

Prohiberi malos a baptismo non nouum.

CAP. XVIII.

1.Corin.6.

mis validissime flagellantur, atq; omnes tales mutata
in melius voluntate, ad baptismum videntur accedere.
Matth.19. Sed si forte adulteros, quos non lex humana sed diuina
condemnat, id est qui alienas uxores tanquam suas ha-
bent, vel fœminæ alienos maritos, alicubi negligentius
admitti solere aduerterunt, ex illis rectis debent conari
ista corrigere: hoc est, vt etiam isti non admittantur: nō
ex his prauis illa recta deprauare, vt neque de morum
1. Cor. 6. correctione catechizandos esse censeant competentes:
Omnia quippe illa quæ Apostolus enumerat, cōcludēs,
quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt:
qui vehemētius agunt, manifestata sibi congruenter in-
crepant, & resistētes atque in eis se permansuros profi-
tentes, ad accipiendum baptismum non admittunt.

Non tm̄ ob tria flagitia licere excōmunicare. CAP. xix.

QVI autem opinantur & cætera eleemosynis faci
le compensari, tria tamen mortifera esse nō dubitant ex
cōmunicatione punienda, donec pœnitentia humiliore
sanentur, impudicitiam, idololatriam, homicidium. Ne-
que nunc opus est quærere qualis sit eorū ista sententia,
& vtrum corrigenda an approbanda, ne opus susceptū
mittamus in longum, propter eam quæstionem quę huic
absoluendę minime necessaria est. Sufficit enim, quia si
omnia non sunt admittenda ad baptismi sacramentum,
inter hęc omnia est adulterium. Si au. ē tria illa sola ex
cipienda sunt, etiam in his tribus est adulterium, vnde
ista disputatio mota est. Sed quoniam malorum Christia
norum mores, qui fuerunt antea etiam pessimi, habui
se non videtur hoc malum, vt alienas uxores ducerent
viri, aut alienis viris fœminę nuberent: inde fortasse
apud quasdam ecclesias negligentia ista surrepsit, vt in
catechismis comperentium nec quęrerētur nec reper-
cuterentur hæc vitia. Atq; inde factum est, vt inciperent
& defendi: quæ tamen in baptizatis rara sunt adhuc, si
ea non negligendo non defensa faciamus. Talem quip-
pe in quibusdam negligētiam, in aliis imperitiā, in aliis
Matth.13. ignorantiā probabiliter Dominus somno in homine si
gnificasse intelligitur, vbi ait, Cum autem dormirent ho
mines, venit inimicus, & superseminauit zizania. Hinc
autem existimandum est nunc ea primum apparuisse in
moribus, quanuis malorum Christianorum, quoniā bea
Cyprianus. tus Cyprianus in epistola de lapsis, cum deplorando &
arguēdo multa commemorarer, quibus meritō dicit in-
dignationem Dei fuisse commotam, vt intolerabili per-
secutione Ecclesiam suam sineret flagellari, hæc ibi om

nino non nominat: cū etiam illud nō taceat, & ad eosdē
mores malos pertinere confirmet, iungere cum infideli
bus vincula matrimonii, nihil aliud esse asserens, quam
prostituere gentibus membra Christi: quę nostris tempo
ribus iam non putātur esse peccata: quoniam reuera in
nouo testamento nihil inde præceptum est, & ideo aut li
cere creditum est, aut velut dubium derelictum est. Si-
cut etiam illud ambiguum est, vtrum Herodes mortui
duxerit an viui fratris vxorem: & ideo non ità claret,
quid Ioannes ei non licere dicebat. De concubina quo
que, si professa fuerit nullum se alium cognituram, etiā
si ab illo cui subdita est, dimittatur: merito dubitatur,
vtrum ad percipiendum baptismum non debeat admit
ti. Quisquis etiam vxorem in adulterio deprehensam di
miserit, & aliam duxerit, non videtur æquādus eis, qui
excepta causa adulterii dimittunt & ducunt. Et in ipsis
diuinis sententiis ita obscurū est, vtrum & iste, cui qui-
dem sine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamē
habeatur si alteram duxerit, vt quantum existimo ve-
nialiter ibi quisq; fallatur. Quamobrem quæ manifesta
sunt impudicitiæ crimina: omnimodo a baptismo prohi
benda sunt, nisi mutatione voluntatis & pœnitētia cor
rigantur: quæ autem dubia, omnimodo conādum est ne
fiant tales cūiunctiones. Quid enim opus est in tantum
discrimen ambiguitatis caput mittere? Si autem factę
fuerint, nescio vtrum ij qui fecerint, similiter ad baptis-
mum non debere videantur admitti.

Matrimonium cū infidelibus est gētibus prostituere mēbra Christi.

Herodes

Matth.19.

Quę baptizādi facere debeant. CAP. xx.

QVANTVM attinet igitur ad doctrinam salubrem
veritatis, ne cuiquam mortifero peccato pernicioſissi-
ma securitas detur, vel etiam pestilentioſissima tribua-
tur authoritas, iste curationis ordo est, vt baptizandi
credant in Deum patrem & filium & spiritum sanctum,
eo ritu quo symbolū traditur: et à mortuis operibus agāt
pœnitentiā, omniū q; se oīno p̄teritorū remissionē in ba
ptismo accepturos esse non dubiten: non vt peccare li
ceat, sed vt peccasse non noceat, vt sit factis remissio nō
permissio faciendi. Tunc vere dici potest, etiam spirita-
liter, Ecce sanus factus es, iam noli peccare: quod Do-
minus de corporali sanitate ideò dixit, quoniam scie-
bat ei quem saluum fecerat, meritis peccatorum illum
etiam carnis accidisse languorem. Ij autem ei homini,
qui & baptizandus adulter ingreditur, & baptizatus
adulter egreditur, miror quomodo dici existiment, Ec
ce sanus factus es. Quis enim grauis & exitiabilis mor
bus erit, si adulterium sanitas erit?

Baptismus ē factis remissio. Ioā.5.

p̄ nō permissio faciendi:

Apostolos grauibus peccatis obnoxios non admisisse ad baptismum.

SED in tribus, millibus, inquiūt, quos vno die apo-
stoli bapzarunt, & in tot millibus credentiū, in quibus
Apostolus ab Hierusalē vsque in Illiricum Euangel ū
repleuit,

CAP. xxi. Act.2.

repleuit, erãt vtique aliqui alienis vxoribus copulati, vel fœminæ alienis maritis: in quibus regulam Apostoli constituere debuerunt, quæ deinceps in Ecclesiis seruaretur: vtrum non admitterentur ad baptismum, nisi illa adulteria correxissent. Quasi non similiter aduersus eos dici posit, quod non inueniunt aliquẽ commemoratũ, qui cum talis esset admissus est. Aut vero possint singulorum hominum crimina, quod infinitũ erat, cõmemorari, cum generalis illa regula satis superque sufficiat, vbi Act. 2. Petrus pluribus verbis testificans baptizandis, ait: Eripite vos ab hoc seculo prauo. Quis enim dubitet ad huius seculi prauitatẽ adulteria pertinere, & illos qui elegerunt in eadem iniquitate persistere? Similiter autẽ dici potest publicas meretrices, quas vtique ad baptismũ, nisi ab illa turpitudine liberatas, nulla admittit Ecclesia, potuisse inueniri in tot milibus tunc credentium per tot gentes, & de his suscipiendis vel prohibendis constituere apostolos exempla debuisse. Verum tamen de quibusdã minoribus possumus coniectare maiora, Si enim Luc.3. ad baptismũ Ioannis venientes publicani, phibiti sunt aliquid amplius exigere, quã quod eis fuerat cõstitutũ, miror si venientibus ad baptismũ Christi posset permitti adulteriũ. Cõmemorauerunt etiã Israelitas multa mala & grauia perpetrasse, & effudisse multũ sanguinẽ Prophetarum, nec tamen ex his factis penitus meruisse deleri, sed ex infidelitate sola, qua in Christum credere noluerunt, non intuentes quia peccatũ eorũ non hoc solũ fuit, quia in Cristum non crediderunt, verumetiam quia Christum occiderunt: quorum vnum pertinet ad crimen incredulitatis, alterum ad crimen crudelitatis. Illud ergo est contra fidem rectam, istud contra bonã vitam. Vtroq; autẽ vitio caret, qui fidẽ Christi habet: non sine operibus mortuam, quæ etiã in dæmonibus inuenitur, sed fidẽ gratiæ, quæ per dilectionẽ operatur. Hęc est fides de qua dicitur, Regnum cœlorũ intra vos est. Hãc enim diripiunt, qui vim faciunt credendo impetrantes spiritũ charitatis: vbi est plenitudo legis, sine qua lex in litera reos faciebat et puaricationis. Nõ itaq; putãdũ ẽ ideo dictũ, Regnũ cœlorũ vim patit: & qui vim faciũt, diripiũt illud: qa etiã mali tm̃ modo credẽdo & pessime viuẽdo pueniũt in regnũ cœlorũ: sed qa reatus ille puarications, quẽ sola lex, id est litera sine spiritu iubẽdo faciebat, credẽdo soluitur, & violẽtia fidei spiritus sanctus ipetratur: p quẽ diffusa charitate i cordibus nostris, lex non timore pœnæ, sed iustitiæ amore completur.

Iaco.2.
Luc.17.
Matt.22.
Ro.13.
Matt.11.
Reatus quẽ lex iubendo faciebat, credẽdo solui qa qẽ lex ipat fides impetrat vt ẽqt Au. i de spũ et lit.29. et 30. in To.3. horũ opuscul.
Roma.5.
Ioan.17.
Iaco.2.

Nõ sufficere fide solũ credere. CAP. XXII.

NEQVAQVAM ergo mens incauta fallatur, vt se existimet Deũ cognouisse, si eum fide mortua, hoc est sine

nebonis operibus cõsiteatur more dæmonũ: & ideo se iam non dubitet ad vitam æternam esse venturam, quia Dominus dicit, Hæc est autẽ vita æterna vt cognoscant te vnum verum Deũ, & quẽ misisti Iesum Christum. Venire quippe debet etiam illud in mentem quod scriptũ est. In hoc cognoscimus eum, si mandata eius seruauerimus. Qui dicit, quia cognouit eum, & mandata eius nõ seruat, mendax est, & in hoc veritas non est. Et ne quisquam existimet mandata eius ad solam fidem pertinere: quanquã dicere hoc nullus est ausus, præsertim quia mandata dixit, quæ ne multitudine cogitationes parerent, in illis duobus tota lex pendet & Prophetæ: licet recte dici posset ad solam fidem pertinere Dei mandata, si non mortua, sed viua illa intelligatur fides, quæ per dilectionem operatur tamen postea Ioãnes ipse aperuit quid diceret, cum ait, Hoc est mandatum eius, vt credamus nomini filii eius Iesu Christi, et diligamus inuicem. Hoc itaq; prodest in Deum recta fide credere, Deum colere, Deũ nosse, vt & bene viuendi ab illo sit nobis auxilium, & si peccauerimus, ab illo indulgentiam mereamur: non in factis, quæ odit securi perseuerantes, sed ab eis recedentes, eiq; dicentes, Ego dixi Domine miserere mei, sana animam meam quoniam peccaui tibi: quod non habent cui dicant, qui non in eum credunt: & frustra dicunt, qui cum tam longe ab illo sint, a gratia mediatoris alieni sunt. Hinc illa verba sunt in libro sapientiæ, quę nescio quomodo intelligit perniciosa securitas, Et si peccauerimus, tui sumus: qm̃ scilicet bonũ et magnũ Deum habemus, qui velit atquè possit pœnitẽtium peccata sanare, nõ qui minime audeat permanentes in malignitate disperdere. Denique cum dixisset, Tui sumus: addidit scientes potentiam tuam: vtiq; potentiam cui se subtrahere nequeat, aut occultare peccator. Ideoq; secutus adiunxit, Non peccauimus autem scientes quoniam tui sumus deputati. Quis enim dignè cogitans habitationem apud Deum in qua omnes prędestinatione sunt deputati, qui secundum propositum vocati sunt, nõ enitatur ita viuere vt tali habitationi congruat? Quod ergo et Ioãnes dicit, Hęc scripsi vobis vt nõ peccetis, et si quis peccauerit aduocatũ habemus apud patrẽ Iesum Christũ iustũ, et ipse est exoratio pro peccatis nostris: nõ id ait vt cũ securitate peccemus, sed vt recedẽtes à peccato, si quod admissum est, propter illũ aduocatũ, quẽ non habent in fideles, minime de indulgentia desperemus.

Ioan.17.
1.Ioan.2.
Matth.22.
Gal.5.
1.Ioan.3.
Psal.40.
Sapien.15.
Ephe.1.
1.Ioan.2.

Iudicare et iudicũ qd significẽt in sacris literis. CAP. XXIII.

NEC de his igitur verbis mitior illa cõditio promittenda est, sic in Deũ credere volentibus vt permaneant in pditis moribus: multo minus de illis vbi Apostolus ait, Qui sinè lege peccauerũt, sinè lege peribũt. Qui autẽ

Roma.2.

in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur: tanquam hoc loco aliquid distet inter perire & iudicari, cum alio verbo hoc idem significatum sit. Solent enim scripturæ iudicium etiam pro ęterna damnatione ponere. Sicut in Euangelio Dominus loquitur, Veniet hora in qua omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius: et procedent qui bene fecerunt in resurrectionem vitę: qui autem male egerunt in resurrectionem iudicij. Neque illud dictum est, hoc qui crediderunt, illud autem qui nō crediderunt: sed hoc illi qui bene egerunt, illud qui male egerunt. Inseparabilis est quippe bona vita a fide, quæ per dilectionem operatur: imò verò ea ipsa est bona vita. Videmus itaq; resurrectionem iudicij dixisse Dominum prò resurrectione damnationis ęternæ. De omnibus quippe resurrecturis, ubi proculdubiò erant etiam ij qui omninò non credunt, nequè enim ipsi non sunt in monumentis, duas partes fecit alios in resurrectionē vitę, alios in resurrectionē iudicij resurrecturos esse declarans. Quòd si dicūt, nō ibi intelligēdos etiā eos q̄ omnino nō credūt, sed eos q̄ per ignē salui erūt q̄a credidērūt, etiā si malè vixerūt, vt eorū trāsitoriā pœnā iudicij nomine significatam arbitrentur: Quanquam hoc imprudentissimè dicatur, cum omninò Dominus omnes resurrecturos, in quibus sine dubio & increduli erunt, in duo diuiserit, vitam & iudicium: ità volens iudicium æternum intelligi quanuis hoc non addiderit sicut & vitam, Neque enim ait in resurrectionem vitę æternæ cū aliud vtiquè intelligi noluerit: Videant tamen quid respondsuri sint vbi ait, Qui autem non credit, iam iudicatus est. Nā hic proculdubiò aut iudiciū prò pœna ęterna positum intelligunt, aut per ignē saluos futuros etiā incredulos dicere audebunt: quoniam qui nō credit, inquit, iā iudicatus est: hoc est: iā iudicio destinatus: & nō erit quod prò magno beneficio polliceantur credentibus, nequiterq; viuentibus, quandò & ij quinon credunt nō erunt perdendi, sed iudicandi. Quod si dicere nō audent, non audeant aliquid mitius polliceri eis de quibus dictum est, per legem iudicabuntur: quia cōstat iudicium etiam pro ęterna damnatione solere nominari. Quid quod inuenimus non solum minimè mitioris, verum etiam deterioris conditionis esse illos qui scientes peccant. Hi sunt enim maximè qui legem acceperūt Nam sicut scriptum est, Vbi lex non est, nec pręuaricatio. Hinc enim est & illud, concupiscentiam nesciebā nisi lex diceret, Non concupisces, Occasione itaque accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: & alia multa quæ de hac re idem apostolus dicit. Ab hoc reatu gra-

Ioan.5.

Fides quę p̄ dilectionem operatur, ē inseparabilis a bona uita, imo ē ea ipsa bona vita, idē in p̄ factiōe psal.31.i To.8. & i fine huius.1.To. opus. & sup. in isto li.cap.13.

Ioan.3.

Rom.2.

Rom.4. Rom.7.

uiore, liberat gratia spiritus sancti per Iesum Christum dominum nostrum, quæ diffusa charitate in cordibus nostris donat iustitiæ delectationem, qua immoderatio cōcupiscentiæ superetur. Hinc itaque confirmatur, non solum nihil mitius, sed grauius aliquid intelligendum de quibus dictum est, Qui in lege peccauerunt per legem iudicabuntur: quam de illis qui sinè lege peccantes sine lege peribunt. Nec prò pœna transitoria hoc loco dictum iudicium, sed pro ea qua etiam non credentes iudicabuntur. Nam qui hac vtuntur sententia ad promittendam salutem per ignem, illis qui etiam credentes pessimè viuūt, vt eis dicant, Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: qui autem in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur: tanquam dictum sit, Non peribunt, sed per ignē salui erunt: nec illud attendere potuerunt, hoc Apostolum de illis qui sinè lege, & illis qui in lege peccauerunt dixisse, cum de gentibus & de Iudæis ageret: vt non tātum gentibus, sed vtrisque gratiam Christi, qua liberarentur, necessariam demonstraret: quod totum ipsa epistola ad Romanos euidenter ostendit. Iam ergo etiam Iudæis in lege peccantibus, de quibus dictum est, Per legē iudicabūtur, non eos liberāte gratia Christi promittāt, si placet, p̄ ignem salutē: quoniam de his dictū est, Per legē iudicabuntur. Quod si non faciunt, contra seipsos veniunt, qui eos grauissimo infidelitatis crimine obstrictos esse dicunt; vt quid transferunt ad infideles & fideles, in eo quod ad fidem Christi attinet, illud quod dictum est de ijs qui sine lege & ijs qui in lege peccauerunt, cum de Indęis & de gentibus ageretur, vt ad Christi gratiam vtrique inuitarentur?

Roma.5.

Ro.2.

Paulus tota epistola ad Ro. oñdit gr̄am dei Iudęis, & gētibus necessariā ad salutē. Idē i expinchota epist. ad Ro. & in expo. quarūdā propositionū Pauli ad Ro. in To.4. & in.2.Tom. horū opusculorum.

NEQVE enim dictū est, Qui sine fide peccauerunt, sine fide peribunt: qui autem in fide peccauerunt, per fidē iudicabuntur: sed sine lege dictum est, & in lege: vt satis appareret illam causam tāgi, quę inter gentes & Iudęos agebatur, non quę inter bonos malosque Christianos. Quanquam si illo loco legem pro fide accipi volunt, qđ nimis importunum & absurdum est, etiam hinc apertissimā possunt legere sententiā apostoli Petri: qui cū loqueretur de ijs qui in occasionē carnis acceperant, & in velamentum malitię quod scriptum est, Nos ad nouum testamētum pertinentes, non ancillæ filios esse, sed liberę, qua libertate Christus nos liberauit: & putauerāt hoc esse libere viuere, vt tanquam de tanta redemptione securi, quicquid liberet licere sibi arbitrarentur, non intuentes quod dictum est: Vos in libertatem vocati estis fratres, tantumne libertatem in occasionem carnis detis: Vnde & ipse Petrus dicit: Liberi non sicut velamentum malitię habentes libertatem: ait de illis & in secunda Epistola

Libertas fidei nō sit fidelibus velamē malitię.

Ro.2.

CAP. XXIIII.

Gal.4.

Gal.5.

1.Pet.2. 2.Pet.2.

Epistola sua: Hi sunt fontes sicci, & nebulæ a turbine exagitatę, quibus caligo tenebrarum reseruata est: superba enim vanitatis loquentes illiciunt in concupiscentiis carnis impudicitię, eos qui paululum effugerunt, in errore conuersati, libertatem illis promittentes, cũ ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Si enim refugientes coinquinationes mundi in agnitionem Domini nostri & conseruatoris Iesu Christi, his rursus implexi superantur, facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi sancto mãdato. Contigit enim illis res veri prouerbii, Canis reuersus ad suum vomitum: & sus lota in volutabris cœni. Quid adhuc promittitur contra istam manifestissimam veritatem conditio melior ijs, qui cognouerũt viam iustitiæ hoc est Dominum Christũ, & perdite viuunt, quasi omnino non cognouissent: cum apertissime dicatur, Melius erat illis nõ cognoscere viã iustitiæ quã cognoscẽtibus retrorsum reflecti a tradito sibi sancto mãdato?

2. Pet. 2. Melius veritatẽ nõ agnoscere quã ab illa recedere Aug. super psal. 48. i To. 8.

Sanctũ mãdatũ quid, idque cognoscentes ac trãsgredientes q̃ pœna maneat. CAP. XXV.

NEQVE enim illud hoc loco intelligendum est sanctum mandatum, quo præceptum est vt in Deum credamus: quanquam eoipso totum continetur, si eam intelligamus fidem credentium, quæ per dilectionem operatur: sed aperte expressit quod diceret sanctum mandatum ideſt quo præceptum est, vt ab huius mundi coinquinationibus recedentes, casta cõuersatione viuamus. Sic enim ait, Si enim refugientes coinquinationes mundi in agnitionem Domini nostri & conseruatoris Iesu Christi, his rursus implexi superantur, facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Non ait, refugientes ignorantiam Dei, aut refugientes infidelitatem seculi, vel tale aliquid: sed coinquinationes mundi in quibus est vtique omnis immunditia flagitiorum. Nã de his superius loquens, dixit, Cœpulantes vobiscum, oculos habẽtes plenos adulterii & indesinentis peccati. Ideo etiam fontes siccos eos appellat, fontes videlicet, quod acceperint agnitionem Domini Christi: siccos autem, quia nõ congruenter viuunt. De talibus quippe etiam Iudas apostolus loquens: Ij sunt, inquit, qui in dilectionibus vestris maculati cœpulantur sine timore semetipsos pascentes, nubes sine aqua: & cætera. Quod enim Petrus ait, Cœpulantes vobiscũ, oculos habentes plenos adulterii: hoc Iudas, in dilectionibus vestris maculati cœpulantur. Mixti sunt enim bonis in epulis sacramentorũ & dilectionibus plebium. Et quod Petrus ait, fontes siccos: hoc Iudas nubes sine aqua: hoc Iacobus, fides mortua, Non itaque promittitur pœna iguis transitoria tur

Gal. 5.

2. pet. 2.

Idẽ sup psal. 48 in Tom. 8.

Iaco. 2.

piter

piter scelerateq; viuẽtibus, quia viam iustitię cognouerũt, quibus melius erat nõ cognoscere, sicut veracissima scriptura testatur. De talibus quippe etiã Dominus ait: Et erunt nouissima illius hominis peiora quam erãt prima: quoniam purgationis suę habitatorẽ spiritum sanctũ non recipiẽs, fecit in se immundum spiritum multiplicio rẽ redire. Nisi forte ideo sunt isti de quibus agitur meliores habẽdi, quia non redierunt ad immunditiam adulteriorum, sed ab ea non recesserunt, nec purgati se rursus inquinauerunt, sed purgari recusauerunt. Neq; enim vt releuata conscientia intrent baptismum, dignantur saltẽ vomere pristinas immunditias, quas canum more iterũ sorbeant, sed in lauacri ipsius sanctitate pertinaciter crudo pectore indigestam nequitiam tenere contẽdunt: nec occultant eam pollicitatione vel ficta, sed impudẽtia professionis eructant: nec exeuntes de Sodomis more vxoris Loth in præterita iterum attendunt, sed omnino de Sodomis dedignantur exire, imo ad Christum cum sodomis conantur intrare. Paulus apostolus dicit: Qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Et istis dicitur, Tunc potius misericordiã cõsequimini, si scitẽs male vixeritis in ipsa fide. Nimis longũ est & pene infinitum omnia testimonia scripturarum velle colligere, quibus apparet non solum non esse mitiorem causam eorum qui scientes, quam qui nescientes vitam nequissimam & iniquissimam ducunt, verum etiã hoc ipso esse grauiorem. Proinde ista sufficerint.

Matth. 12. Luc. 11.

Gen. 19.

1. Thimo. 1.

CAVEAMVS ergo diligenter in adiutorio Domini Dei nostri non facere homines male securos, dicentes eis, quod si fuerint in Christo baptizati, quomodolibet in ea fide vixerint, eos ad salutem æternam esse venturos: nec sic faciamus Christianos quomodo Iudæi pselyros, qbus Dominus ait: Vę vobis scribę & Pharisęi, qui circuitis mare & terrã facere vnũ proselytũ: cum autẽ feceritis, facitis eũ filium gehẽnę duplo quam vos estis: sed potius sanam doctrinam Dei magistri in vtroq; teneamus, & sancto baptismo cõsona sit vita Christiana, ne cuiquam homini si vtrũlibet defuerit vita promittat æterna. Qui enim dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum: ipse etiam dixit, Nisi abundauerit iustitia vestra super Scribarum & Pharisęorum, non intrabitis regnum cœlorum. De illis quippe ait: Scribæ & Pharisæi super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite: Dicunt enim & non faciunt. Ergo iustitia eorum est dicere & non facere: ac per hoc nostram esse voluit abundantem super illorum, dicere &

Baptismo. Christianorũ vita respondeat. CAP. XXVI.

Matth. 23.

Idẽ i præfatione psal. 31. i To. 8. & infra in fine huius. 1. To. opus.

Ioan. 3.

Matth. 5.

Matth. 23.

Iustitia phariseorũ ẽ dicere & nõ facere, nra dice

re & facere. De hoc fusius ī 4. q. doctri. christia. a c. 27. vsq; ī fine libri in T. 3. & ī pri cipio huius pri. T. opusculorum, Matth. 18.

Matth. 6.

Epilogus prędictorum.

CAP. XXVII.

Tres q̄stio. pro positę, & soluto ī isto li. q̄stio. 1. Prouerb. 2.

Fideles habent cōsiliū nō q̄ negligāt qđ prohibere debēt, sed patiētiæ quā pferant salua doctrina veritatis, quod emendare nō valent.

Quęstio. 2.

& facere: quæ si non fuerit, non intrabitur in regnum cœlorum: non quia quisquam ita debet extolli, vt non dicam apud alios iactare, sed apud seipsum putare audeat, se in hac vita esse sine peccato: sed nisi essent quędam ita grauia vt etiam excōmunicatione plectenda sint, nō diceret Apostolus: Cōgregatis vobis & meo spiritu tradere eiusmodi hominem Satanę in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Vnde etiam dicit: Ne lugeant multos ex iis qui ante peccauerunt & non egerunt pœnitentiam super immunditiam & fornicationem quam gesserunt. Item nisi essent quędam non eam humiliatæ pœnitentiæ fananda qualis in Ecclesia datur eis qui proprie pœnitentes vocantur, sed quibusdā correptionū medicamentis, nō diceret ipse Dominus, Corripe eum inter te & ipsum solum, & si te audierit lucratus es fratrem tuum. Postremo nisi essent quædam sine quibus hęc vita non agitur, non quotidianā medelā poneret in oratiōe q̄ docuit, vt dicamus, Dimitte nobis debita nra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

IAM satis quantum arbitror de illa tota opinione quid mihi videretur expositi, vbi tres quæstiones mouerunt. Vna de permixtione in Ecclesia bonorum & malorum tāquam tritici & zizaniorum: vbi cauendum est ne ideo putemus esse propositas istas similitudines, vel hanc, vel de immundis in arca animalibus, vel quæcunque alia idem significāt, vt dormiat Ecclesię disciplina, de qua in figura illius mulieris dictum est, Seueræ sunt cōuersationes domus eius: sed non eousq; progrediatur dementiæ potius temeritas, quam seueritas diligentiæ, vt quasi bonos a malis per nefaria schismata separare præsumat. Nequè enim per has similitudines & prænunciationes consilium desidiæ datum est bonis, qua negligant quod prohibere debent: sed patientię qua perferāt salua doctrina veritatis quod emendare non valēt. Nec quia scriptum est introisse ad Noe in arcam etiam immunda animalia: ideo præpositi vetare non debent, si qui immundissimi ad baptismum velint intrare saltantes, quod est certe mitius quam mœchantes: sed per hanc figuram rei gestæ prænunciatum est immundos in Ecclesia futuros propter tolerantiæ rationem, non propter doctrinæ corruptionem, vel disciplinæ dissolutionem. Non enim quacunque libuit intrauerunt immunda animalia arcæ compage confracta, sed ea integra per vnum atque idem ostium, quod artifex fecerat. Altera quæstio est, in qua eis visum est fidem solam baptizandis esse tradendam, postea vero iam baptizatos docendos esse de moribus sed satis demonstratum est, nisi fallor, tunc magis pertinere

re ad curam speculatoris, cum omnes qui fidelium competunt sacramentum, omnia quę dicuntur intentius & solicitus audiunt, non tacere de pœna, quam malè viuētibus Dominus cōminatur: nè in ipso baptismo rei sint grauissimorum criminum, quo veniunt vt remittatur reatus omnium peccatorum. Tertia quæstio est periculosissima, qua parum considerata, & non secundum diuinum eloquium pertractata, tota illa opinio mihi videtur exorta, in qua promittit sceleratissimè turpissimèq; viuentibus, etiā si eo modo viuere perseuerent, & tantūmodo credant in Christum, eiusque sacramenta percipiant, eos ad salutem vitamque æternam esse vēturos: contra apertissimam Domini sententiam, qui desideranti vitam æternam, respondit, Si vis venire ad vitam, serua mandata: & commemorauit quę mandata, vbi ea scilicet peccata vitantur, quibus nescio quo modo salus æterna promittitur propter fidem sine operibus mortuam. De his tribus quæstionibus satis, quantum existimo, disputaui: demonstrauique sic tolerandos in Ecclesia malos, vt non negligatur ecclesiastica disciplina: sic catechizandos eos, qui baptismum petunt, vt nō solum audiant atque suscipiant quid credere, verum etiam qualiter viuere debeant: sic promitti fidelibus vitam æternam, vt non etiam per fidem mortuam, quę sine operibus saluare non potest, ad eam se quisque peruenire posse arbitretur, sed per illam fidem gratiæ, quæ per dilectionem operatur. Non itaq; culpentur dispensatores si deles, non sua negligentia vel pigritia, sed quorundam potius contumacia, qui pecuniam dominicam recusant accipere, et adulterinam suam cogunt seruos dominicos erogare: dum nolunt saltem tales esse mali, quales sanctus Cyprianus commemorat, seculo verbis solis & nō factis renunciantes: quando nec verbis renunciare diaboli operibus volunt, cum se in adulterio permansuros voce apertissima profitentur. Si quid ab eis dici solet, quod forte disputādo nō attigi, tale esse arbitratus sum, cui mea responsio necessaria non fuisset: siue quod ad rem, de qua agitur, non pertinet, siue quod tam leue esset, vt à quolibet redargui facillimè posset.

Quęstio. 3.

Matth. 19.

Iaco. 2.

Mali sic tollerādi in Ecclesia, vt non negligatur Ecclesiastica disciplina ex

Iac. 2. præcepto

Gal. 5. toris de correctione fraterna Mat. 18. et pauli de incestuoso. 1. Cor. 5.

FINIS.

D. AVRELII
AVGVSTINI PRAEFATIO IN ENARRATIONEM PSALMI XXIX.



OC certe cantauimus, Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me, nec iucundasti inimicos meos super me.) Si nouerimus de scripturis sanctis qui sint inimici nostri, cognoscimus huius cantici veritatē. Si autē nos fallat carnis prudētia, vt non cognoscamus aduersus quos nobis sit colluctatio, in ipso Psalmi huius exordio inuenimus quęstionē quam solue re non possumus. Cuius enim putamus vocē esse laudā tis Deum & gratias agentis & exultantis atque dicentis, Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec iucundasti inimicos meos super me? Primo ipsum Dominum consideremus, qui secundum id quod homo esse dignatus est, potuit sibi per prędecentē prophetiā nō in cōgrue verba ista coaptare. Ex quo enim homo, ex hoc et infirmus: ex quo infirmus ex hoc & orans. Nā quod modo audiuimus cū Euangeliū legeretur, quemadmodum etiā in desertū secesserit a discipulis suis, quo eum sunt consecuti & inuenerunt eū, Secedens autē ibi orabat, & dictum est a discipulis qui eū inuenerunt, Quęrūt te homines. At ille respondit, Eamus & in alia loca atq; castella prædicare. Ad hoc enim veni. Si diuinitatē Domini nostri Iesu Christi cōsideres, qs orat? ad quē orat? quare orat? Orat Deus? Orat ad ęqualem? Causam autē orandi quā habet, semper beatus, semper omnipotens, semper incōmutabilis, æternus, & patri coæternus. Intuentes ergo q̄ per Ioannem quasi per quandā nubē suā ipse intonuit dicens, In principio erat verbū, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deū omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: quod factū est, in illo vita erat, & vita erat lux hominū & lux in tenebris lucet, & tenebræ eā nō cōprehēderunt. Huc vsq; dicētes, nō inuenimus orationē nec cām orādi, nec locū orādi, nec affectū orādi. Sed q̄m paulo post dicit, Et verbū caro factū ē, & habitauit in nobis: habes maiestatē ad quā ores, habes humanitatē quę pro te oret. Nā hoc dictū est ab Apostolo, etiā post resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, Qui sedet,

Christus vt hō infirmus orat. Mat. 14. & 26. Ro. 8, 1. Ti. 2. &. 1. Marci. 1. Io. 2.

Christus vt deus nō pōt orāri, & tm exaudire. Ioan. 1.

In Xpō habemus humanitatem quæ pro no- Ro. 8,

det, inquit, ad dexterā Dei, qui etiā interpellat pro nobis. Quare interpellat pro nobis? Quia mediator esse dignatus est. Quid est mediatorem esse inter Deum & homines? Non inter patrē & homines, sed inter Deū & homines. Quid est Deus? Pater et filius et spiritus sanctus. Quid sunt homines? Peccatores, impij, mortales. Inter illā trinitatem, & hominum infirmitatē & iniquitatem mediator factus est homo, non iniquus, sed tamen infirmus, vt ex eo quod non iniquus iungeret te Deo: ex eo quod infirmus, propinquaret tibi: atq; ita vt inter hominē & Deū mediator existeret, verbū caro factū est, id est, verbū homo factum est. Nomine enim carnis appellati sunt homines. Inde est, Et videbit omnis caro salutare Dei. Omnis caro dictū est, omnes homines. Et Apostolus, Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, id est, aduersus homines: sed aduersus principes & potestates & rectores mūdi, tenebrarū harū. De quibus in consequentibus, si Dominus adiuuerit loquemur. Pertinet enim ista distinctio ad expositionē psalmi, quē in nomine Dñi suscepimus enodare sanctitati vestræ. Tamē ad hoc dixi hæc exēpla, vt noueritis carnē appellatos esse homines, vt quod dictū est, Et verbū caro factū est: intelligatis dictū, & verbū homo factū est. Neq; sine causa hoc dixi. Nouerit sanctitas vestra fuisse quandā hęresim, uel adhuc fortasis habere reliquias, quorūdā qui dicti sunt Apollinaristę. Aliqui enim ipsorū dixerunt hominē quē suscepit sapientia Dei, & in quo expressit personā suā, nō sicut cęteros homines, sed sicut dictū est in Psalmo, Vnxi te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis, id est, amplius quā participes tuos ne putetur sic vnctus Christus quomodo cęteri homines, quomodo cęteri iusti, quomodo patriarchę, prophętę, apostoli, & martyres, & q̄cquid magnū est in genere humano. Quando quidē nihil maius extitit in genere humano q̄ Ioannes baptista, nec in natis mulierū exurrexit. Si quæris excellētiā hominis, Ioānes baptista est. Cui autem Ioannes se dicit non esse dignum corrigiam calciamenti soluere: quid erat ille nisi amplius quam cæteri hemines? etiam in ipso homine amplius quam cæteri homines? Nam secundum Deum & secundum diuinitatem, & secundum id quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, super omnem creaturam æqualis est patri: sed agimus de homine. Forte putet quispiam vestrum fratres quia homo ille susceptus a sapientia Dei, æqualis erat cæteris hominibus. Si in tuis membris multum distat inter caput & cætera membra, certe omnia membra faciunt corpus vnum, multum

bis orat. & diuinitatē, in quam orationes nr̄as dirigere debemus. Matth. 6.

Mediator Dei et hoīum xp̄us. 1. Ti. 2. Ioā. 1. Iesai. 40. Matth. 3. Mar. 1. Luc. 3. Eph. 6.

Ioan. 1.

De Apollinaristis habes in de hæresi. cap. 55. ī T. 6. & in dagone christ. c. 19. sup. in isto 1. To. opusc. Matth. 11.

Matt. 3.

Ioannes baptista ē excellētia hoīs, ex cōcubitu viri & mulieris nati. Ioā. 1.

Idē sup. in dagone christia. cap. 20.

tum tamen interest inter caput & cætera membra: Et enim in cæteris membris non sentis nisi tactu. Tangendo sentis in cęteris membris, in capite autem & vides & audis & olfacis & gustas & tangis. Si tanta excellentia est capitis vniuersæ Ecclesiæ: id est, illius hominis quem voluit Deus mediatorem esse inter Deum & homines? Ergo illi hæretici dixerunt, hominem illum quę suscepit verbum, cum Verbum caro factum est, non habuisse mentem humanam: sed tantum animam sine intelligentia humana fuisse. Hominem enim videtis. Vnde constat? Ex anima & corpore, sed ipsa anima humana habet aliquid quod non habent animæ pecorum. Nam & pecora animam habent, & animalia vocantur. Non enim vocarentur animalia nisi ab anima, & videmus quia & ipsa viuunt. Sed quid habet amplius homo vnde factus est ad imaginem Dei? Quia intelligit & sapit, quia discernit bonum a malo, in hoc factus est ad imaginem & similitudinem Dei. Habet ergo aliquid quod nō habent pecora. Et quia contemnit in se quod melius est pecoribus, perimit in se vel deserit, & quodammodo obfolefacit imaginem Dei: vt dicatur talibus, Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Illi igitur hæretici qui dixerunt Dominū nostrum Iesum Christum non habuisse mentem humanam & illud quod λογικὸν Græci dicunt, nos dicimus rationale, vnde homo ratiocinatur, quod non habent cætera animalia, quid dicunt? Ipsum verbum Dei, hoc erat in illo homine pro mente. Excluſi sunt isti, repuit illos catholica fides qui hæresim fecerunt; & confirmatum est in catholica fide, hominem illum quem susceperit sapientia Dei nihil minus habuisse quam cæteri homines, quantum pertinet ad integritatem naturę. Quantum autem ad excellētiā personæ, aliud quam cęteri homines. Nam cæteri homines possunt dici participes verbi Dei habentes, verbum Dei: nullus autem eorum potest dici verbum Dei, quod dictum est illi cui dictum est, Verbum caro factum est. Non defuerunt etiam alij quidam ex ipso errore venientes, qui non solum mentem dicerent non habuisse illum hominem, mediatorem Christum inter Deū & homines, sed nec animam: sed tantum dixerunt, verbum & caro erat, & anima ibi non erat humana, mens ibi non erat humana. Hoc dixerunt. Sed quid erat? Verbum & caro. Et istos respuit Ecclesia catholica, & expellit eos ab ouibus, & a simplici & vera fide: & confirmatum est, quemadmodum dixi, hominem illum mediatorem habuisse omnia hominis, prętер peccatū. Si enim multa gessit secundum corpus, ex quo intelligamus ꝙ habuit corpus non in mendacio sed in veritate: vt puta quomodo

Ad cętera membra quā ta excellētia est capitis. Magna excellentia capitis ad cętera membra, quam to maior est Xpi ad Ecclesiā. Homo cōitnit in se qđ melius ē pecoribus, & sic primit, vt obfolefacit ī se imaginē Dei, nō illā destruēdo, sz ꝺ̄hibitādo, qa in illo remanet vñ rōnalis dictus ē, vt ī ꝺ̄ spiritu & litera habes ab Au. cap. 28. ī To. 3. Horū opuſ. & sup psal. 118. in To. 8. Xpus habuit oia hominis prętер peccatū rup Ioā. 1. Tim. 2 tracta. 41. in Tomo. 9.

1. Tim. 2. Idē sup. in de fide ad petrū. ca. 3. Ioan. 1 Pſal. 13. Ioan. 1.

quomodo intelligimus quia habuit corpus? Ambulauit, sedit, dormiuit, comprehensus est, flagellatus est, colaphizatus est, crucifixus est, mortuus est. Tolle corpus, nihil horum fieri potuit. Quomodo ergo ex his indicijs cognoscimus in Euangelio, quia verum corpus habuit, sicut & ipse etiam post resurrectionem dixit. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere: quomodo ex his rebus ex his operib. credimus & intelligimus & nouimus quia corpus habuit Dominus Iesus: sic & ex quibusdam alijs officijs naturalib. quia habuit animā. Esurire, sitire, animę sunt ista. Tolle animam: corpus hęc exanime nō poterit. Sed si falsa dicunt ista fuisse, falsa erunt & illa quę de corpore creduntur. Si autem ex eo verum corpus, quia vera officia corporis: ex eo vera anima, quia vera officia animæ. Quid ergo, quoniam Dominus factus est infirmus propter te? O homo qui audis, non tibi compares Deū. Et enim creatura es, ille creator tuus. Nec illum hominē tibi conferas, quia propter te homo Deus tuus, & verbum filius Dei: sed illum hominem tibi pręferas tāquam mediatorem, Deum autem supra omnem creaturam, Et sic intelligas, quia qui homo factus est propter te, non incongrue orat pro te. Si ergo non incongrue orat pro te, non incongrue potuit & ista verba dicere propter te, Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me, nec iucundasti inimicos meos super me. Sed ista verba non sic intelligamus, nec iucundasti inimicos meos super me, falsa erunt si ipsum Dominum Iesum Christum cogitemus. Quomodo enim verum est, si Christus Dominus loquitur, Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me? Ex persona hominis, ex persona infirmitatis, ex persona carnis quomodo verum est: quandoquidem iucundati sunt inimici eius super eum, quando illum crucifixerunt, tenuerunt eum & flagellauerunt, & collaphizauerunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe? Ista iucūditas eorum quasi cogit nos putare falsum esse, quod dictum est, Nec iucundasti inimicos meos super me. Deinde cum in cruce penderet, & transibant vel stabant & attendebant & caput mouebāt, & dicebāt, Ecce filius Dei, alios saluos fecit, seipsum saluare non potest: descendat de cruce & credimus in eum, Dicentes ista nōne iucundabantur super eum? Vbi est ergo ista vox, Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me, nec iucundasti inimicos meos super me? Fortasse non est ista vox Domini nostri Iesu Christi, id est, ipsius hominis, sed vniuersæ Ecclesiæ populi Christiani: quia omnis homo in Christo vnus homo est, & vnitas Christianorum vnus homo. Fortasse ipse homo, id est vnitas christianorū ipsa dicit, Exaltabo

Signa qđ Christus verū habuit corpus.

Luc. 24.

signa ꝙbus agnoscimus Christū habuisse veram Animam.

Christus ꝓ nobis orat Ioā. 17 nō, ꝓ mūdo rogo, sz ꝓ his quos dediſti mihi qa tui (& circa finē capituli, ad oratiōnē redit nr̄ saluator iquiens, nō ꝓ eis ātrogo tm̄, sz & ꝓ ijs q̄ credituri sūt ꝓ ser. eorū. q̄ Christo oīa vnus hō pul-

chre ibi ē, et vni
ab Au. tas chri
decla stianorꝫ
rāt, & vnus hō
ā d ȳb. de ista
dñi ser. vnita-
61. in te vide
To.10. primā
cōcione Au. sup
psal.30. infra in
isto 1.T.opu.nā
hæc vnitas ex
charitate ita a-
gitqđ plurium
hominū ē tantū
vnū cor, et vna
anima. Act.4.et
Aug.sup Ioan.
tract.14.et 39.i
Tom.9.

Hoīes pñt velle
nocere, ꝫ noce-
re ñ pñt nisi sit
eis datū de sup.
2.sent.dist. 44.
Sed pluribus.

Qđ mali possint bonis nocere Deus permittit Iob.1. aut ad pœnam, aut ad ꝓbatio-nē, aut ad coro-nā idē i fine ex positionis ꝓsal. 31.i To.8. & in isto. To. in fine.

Ioan.19.

Pro ista materia vide infra cōcio-nē.3.de psal.30.

te Domine quoniā suscepisti me, nec iucūdasti inimicos meos super me. Quomodo & hoc verū est de illis? Nō sunt cōprehēsi apostoli, nō sunt cęsi nō sunt flagellati, nō sunt occisi, nō sunt crucifixi, nō sunt incensi viui, nō ad bestias pugnauerunt, quorū memorias celebramus? Quando autem ista illis faciebant homines, nonne iucū dabantur super eos? Quomodo ergo potest & populus Christianus dicere, Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me, nec iucundasti inimicos meos super me? Intelligemus hoc, si videamus primo titulum Psalm. Habet enim, In finem Psalmus cātici dedicationis domus ipsi Dauid.) In hoc titulo est omnis spes, & vniuersum sacramentum dissoluendæ huius questionis. Dedicabitur domus aliquādo quę modo fabricatur. Modo enim fabricatur domus, id est, Ecclesia, postea dedicabitur. In dedicatione apparebit gloria populi Christiani, quę modo latet. Seuiant modo inimici, humilient, faciant non quicquid volunt, sed sicut desuper permittuntur. Non enim quicquid passi ab inimicis fuerimus, hoc inimicis deputandum est & non Domino Deo nostro. Quando quidem in ipso suo exēplo mediator demonstrauit, quādo nobis desuper permittit homines nocere, non voluntatem nocendi desuper dari sed potestatem. Vnusquisqꝫ enim malus apud se habet voluntatem nocendi. vt autē possit nocere, non habet in potestate. Vt vellit, iā reus est: vt possit, occulta dispensatione prouidentiæ Dei in alium permittitur ad penam, in aliū permittitur ad probationem, in alium permittitur ad coronam. Ad pœnā quomodo permissi sunt ἀλλοφυλοι ideſt, alienigenę ca pere populū Israel, quia peccauerunt in Deum. Ad probationem autem permissus est diabolus in Iob. Probatus est autem Iob, confusus est diabolus. Ad coronam vero permissi sunt persecutores in martyres: Occisi sunt martyres, qua si vicisse se arbitrati sunt persecutores. Illi in manifesto falso triumpharunt, illi in occulto vere coronati sunt. Ergo in quem permittitur, occultæ dispensationis est prouidentiæ Dei. Vt autem velit nocere, ipsius hominis est: non enim continuo quem vult occidit. Itaque ipse Dominus iudex viuorum et mortuorum, stans ante hominem iudicem, prębens nobis humilitatis exemplum & patientiæ documētum, nō victus, sed militibus pugnandi exemplum demonstrans, minanti iudici, tumenti superbia & dicenti, Nescis quia potestatem habeo dimittendi & occidendi te? abstulit typhū inflantis: & tanquam reddens exufflationem qua deruit, Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi data tibi esset desuper. Et Iob, nempe diabolus occidit filios ipsius, diabolus tulit omnem substantiam ipsius. Et ille

ille quid? Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictū. Non triumphet inimicus, quia ipse fecit. Nouit ego, inqt, a quo sit permissus. Diabolo tribuatur nocendi voluntas, Domino meo probandi potestas. In ipso vulnere corporis accedit vxor relicta, sicut Eua, adiutrix diaboli, non consolatrix mariti, tētat & dicit inter multas increpationes. Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Dic aliquod verbum in Deum & morere. Et ille Adam in stercore cautior, quam Adam in paradiso. Nam Adā in paradiso consensit mulieri, vt de paradiso emitteretur: Adam in stercore respuit mulierē, vt ad paradisum admitteretur. Quid ergo ille Adā in stercore, parturiēs immortalitatem intrinsecus, vermibus fluescens extrinsecus, quid ait mulieri? Tanquam vna ex insipientibus mulieribus locuta es. Si bona percepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? Iterum & ille manum Domini dixit in se, quod eum diabolus percusserat: quia non attendebat quis percuteret, sed quis permitteret. Namque & ipse diabolus eādem potestatem quam sibi volebat dari, manū Domini appellauit. Nam obiciens crimen iusto viro, cui Dominus perhibebat testimonium, ait Deo, Nunquid gratis Iob colit Dominum? Nonne tu vallasti eum ac domum eius, vniuersamque substantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Tanta bona illi dedisti, propterea te colit. Sed mitte manum tuam & tange omnia quæ sunt eius, nisi in faciem tuam benedixerit tibi. Quid est, mitte manum tuam, cū ipse veller mittere? Sed quia ipse non posset mittere manum suam, ipsam potestatem quam accepit a Deo manum Dei appellauit. Quid ergo fratres, quia tanta inimici in Christianos fecerunt & exultauerunt, & iucundati sunt super eos? Sed quando apparebit, quia non sunt iucundati? Quando illi confundentur, illi exultabunt in aduentu Domini Dei nostri, cum venerit ferens in manu retributiones: damnationem impiis, regnum iustis, societatem cum diabolo iniquis, societatem cum Christo fidelibus. Quando ergo hoc ostēdet? Quando stabunt iusti in magna constantia. De scripturis dico, recordamini lectionem de libro Sapientiæ: Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Illi autem dicent inter se pœnitētes, & prę angustia spiritus gemētes: Quid nobis profuit superbia, & diuitiarū iactātia quid cōtulit nobis? Transierūt enī oīa illa tanqꝫ vmbra. Et qđ dicēt de iustis? Quō cōputati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorū est? Tūc erit dedicatio domus qꝫ modo i tribulationibus fabricatur;

& expo. psal. 31 in fine.
Iob.1. Diabolo tribuit nocēdi volūtas et Deo ꝓbandi potestas ifra in expo. psal. 31. in Iob.2. fine.
Gene.2.
Iob.2.
Nō attendamus qs percuciat sed qs permittat. Iob.1.
Matth.25.
Sapien.5.

Qui ꝓficit, sentit tormẽta i Ecclesia, Matt. 13.

Qui apponit scientiã apponit dolorẽ eccl. 1. 2, To. 5.

Psal. 26.

Iob. 7.

De domus spũalis ædificatione idẽ sup psal. 36. i Tom. 8. 1. Corin. 3.

fabricatur. Tunc recte dicet populus ille, Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me, nec iucundasti inimicos meos super me. Vera ergo erit vox ista in populo Dei, qui populus modo angustiatur, modo tribulatur: tantis tentationibus, tantis scandalis, tantis insecutionibus, tanta pressura. Hęc tormenta animi non sentit in Ecclesia qui non proficit, putat enim quia pax est. Sed incipiat proficere, & tunc videbit in qua pressura sit: quia cum creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Et qui appponit scientiam, apponit dolorem. Proficiat, & videbit vbi sit: existat fructus, & apparebunt zizania. Vox veridica est per Apostolum, deleri nõ potest ab initio vsq; ad finem, Sed & omnes qui volunt, inquit, pie viuere in Christo persecutionem patiuntur. Maligni autem homines & seductores proficiunt in peius, ipsi errantes & alios in errorem mittentes. Et vnde sunt verba illa Psalmi, Sustine Dominum viriliter age & confortetur cor tuum & sustine Dominum? Parum erat semel sustinere Dominum, nisi repeteret: ne forte sustineret biduo, triduo, quatriduo, & maneret pressura & tribulatio: ideo addidit, Viriliter age, addidit, & confortetur cor tuũ. Et quia ab initio vsq; in finem sic erit, quod habet sententia in capite, hoc habet in fine, Et sustine Dominum. Transient ista quæ te præmunt, & veniet quem sustines, & exterget sudorem. Sic cabit lachrymam, vltra non flebis. Modo autem gemamus in tribulationibus, sicut dicit Iob, Nonne tentatio est vita humana super terram? Tamẽ fratres antequã veniat dies dedicationis domus videamus quia iam dedicatum est caput nostrum: iam facta est dedicatio domus in capite tanquam dedicatio fundamenti. Caput sursum est, fundamentum deorsum. Ne forte propterea male dixerimus fundamentum esse Christum, quia culmen est potius ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris. Sed puto nos non erraſſe. Apostolus enim dixit: fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Si quis autẽ superædificauerit supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos. Qui bene viuunt, qui Deum honorant & laudant, qui patientes sunt in tribulationibus, qui desiderant patriam: ipsi ædificant aurum, argentum, lapides pretiosos. Qui autem amant adhuc secularia, & negociis terrenis adhuc implicati sunt & dediti sunt vinculis quibuslam & affectionibus carnis, domibus suis, coniugibus, possessionibus, & tamen Christiani sunt, vt cor eorũ non recedat a Christo, et nihil præponant Christo, quomodo in ædificando nihil præponitur fundamẽto: ædificant quidem ipsi ligna, fœnũ, stipulam. Sed quid

Pro expositione huius authoritatis vide Au. ī de fide et operibus ca. 15. & 16 in To. 4. & supra ī ísto. 1. T. opuscul.

secutus est? Vnusquisque opus quale sit ignis probabit. Ignis tribulationis & tentationis. Iste ignis multos martyres hic probauit, omne autem genus humanum probat in fine. Inuenti sunt martyres qui haberent ista secularia. Quam multi diuites & senatores passi sunt. Aedificabant tamen quidam eorum ligna, fœnum, stipulam in affectionibus carnalibus & secularium curarum: sed tamen quia Christum fundamentũ habebãt super quod ædificabant, arsit fœnum & ipsi remanserunt in fundamento. Sic dicit Apostolus, Si cuius opus manserit mercedẽ accipiet, & nihil perdet: quia quod amauit, hoc inueniet. Quid ergo illis fecit ignis tribulationis? Probauit eos. Si cuius opus permanserit mercedẽ accipiet. Si cuius opus arserit, damnum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Sed aliud est igne nõ lædi, aliud per ignem saluari. Et vnde? Propter fundamentum. Nõ recedat ergo de corde fundamentum. Noli super fœnum ponere fundamentum, hoc est, noli anteponere fœnum fundamento: vt fœnum habeat primum locum in corde tuo & secundum Christus. Sed si iam non potest ibi esse nisi fœnum, vel primum locum ibi habeat Christus, & fœnum secundum. Ergo fundamentum est Christus. Quomodo dixi, dedicatum est caput nostrum: ipsum caput est fundamentum. Sed fundamentum deorsum solet esse, caput autem sursum. Intelligat sanctitas vestra quid dicam, fortasis explicabo in nomine Christi. Pondera gemina sunt Pondus enim est impetus quidã cuiusque rei, velut conantis ad locum suum. Hoc est põdus, Fers lapidem manu, pateris pondus, premit manũ tuam, quia locum suum quærit. Et vis videre quid quærat? Subtrahe manum, venit ad terram, quiescit in terra: peruenit quo tendebat, inuenit locũ suum. Pondus ergo illud motus erat quasi spontaneus, sine anima, sine sensu. Sunt aliqua quæ sursum versus petunt locum. Nãque si aquam mittas super oleum, pondere suo in ima tendit. Locum enim suum quęrit, ordinari quærit, quia prę ter ordinem est aqua super oleũ. Donec ergo veniat ad ordinem suum, inquietus motus est, donec teneat locum suum. Contra oleum funde sub aqua, verbi gratia, quẽadmodum si vas olei cadat in aquam, in abyssum, in mare, & frangatur, non se patitur oleum subter. Quomodo aqua super oleum missa, põdere suo ad ima locum suum quærit: sic oleum subter aquam fusum, pondere suo ad summa locum suũ quęrit. Si ergo ita est fratres, quo tendit ignis & aqua? Ignis sursum fertur, locum suum quærit & aqua locum suum quærit pondere suo. Lapis ima petit, & lignum, & columnæ, & terra, Vnde ædificantur istæ domus. De illo ergo sunt genere rerum, quæ ponde

Aliud igne non lędi, et aliud per ignẽ saluari idẽ sup. in Henchi. ca. 68. & 69. & ī de fide et ope. c. 15. et. 16. ī ísto. 1. To. opuscul.

Põdus est impetus cuiusque rei conantis ad locum suum.

re suo deorsum versus ferũtur: & nisi sit quod sustineat Rebus ad ima tẽ dẽtibus in imo ponitur fundamentũ ideo fundamentũ Eccle się in cœlo.

totum cadit quia totum ad terram vergit, Rebus ergo ad ima tendentibus in imo ponitur fundamentum: Ecclesia vero Dei in imo posita, tendit in cœlum. Fundamentum ergo nostrum ibi positum est, Dominus noster Iesus Christus sedens ad dexteram patris. Si ergo itellexit sanctitas vestra, quia iam dedicatum est fundamentum nostrũ, audiamus breuiter Psalmũ, & decurramus.

ENARRATIO SECVNDA IN PSALMVM XXIX.

EXALTABO te Domine quoniam suscepisti me, nec iucũdasti inimicos meos sup me.) Quos inimicos? Iudæos, in dedicationem fundamenti, ipsam dedicationem intelligamus domus futurę. Quid enim dicitur modo ex persona fundamenti, tunc dicetur ex persona vniuersæ domus. Quos ergo inimicos? Iudæos an potius diabolum & angelos eius, qui confusi discesserunt, postquã Dominus resurrexit? Præpositus mortis doluit victam mortem. Et nõ iucundasti inimicos meos super me, quia teneri apud inferos non potui: Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me.) Orauit in monte Dominus ante passionem, sanauit eum. Quem sanauit qui nunquam ægrotauit? Verbum Deum, verbum diuinitas sanaretur, si vt tem? Non. Sed mortem carnis portabat, vulnus tuũ portabat, sanaturus te de vulnere tuo. Sanata est autem caro. Quando? Cum resurrexit. Audi apostolum, Vide veram sanitatem. Absorpta est, ait, mors in victoriam. Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est mors contentio tua? Ergo exaltatio illa nostrę tũc erit vocis, Christi modo est exaltatio. Domine reduxisti ab inferis animam meam.) Non opus est vt exponatur. Saluum feci mea descendẽtibus in lacũ.) Qui sunt qui descẽdũt in lacũ? Omnes peccatores mergentes in profundum. Lacus est enim profunditas seculi. Quæ est ista profunditas seculi? Abundantia luxuriæ & nequitiæ. Qui ergo libidinibus sese immergunt & terrenis desideriis, descendunt in lacum. Tales Christum persecuti sunt. Sed quid dicit? Saluum feci me a descendentibus in lacum. Psallite Domino sancti eius.) Quia resurrexit caput vestrum, hoc sperate membra cætera quod videtis in capite. Hoc sperate mẽbra, quod credidistis in capite. Prouerbium est antiquũ, et verę, vbi caput, & cætera membra. Christus in cœlo caput cętera mẽbra ascendit, quo nos secuturi sumus. Nõ remansit apud inferos

Christus orauit nõ vt sua caroꝝ nunꝗ ęgrotauit sanaretur, si vt nõ idẽ infra sup psal. 30. & 31. & expositiõe 2. Cor. 15 psal. 21. & 22. in Tom. 8.

inferos, resurrexit, iam non morietur. Cum resurrexerimus et nos, iam non moriemur. Has ergo promissiones habentes, psallite Domino sancti eius. Et cõfitemini memoriæ sanctitatis eius.) Quid est confitemini memoriæ? Obliti enim eratis eum, sed ipse vos non est oblitus. Quoniã ira in indignatiõe eius, & vita in volũtate eius.) Ira in indignatiõe peccatoris Qua die ederitis morte morieimini. Tetigerunt, mortui sunt, dimissi de paradiso, quia ira in indignatione eius, sed non sine spe: quia vita in voluntate eius. Quid est in voluntate eius? Non in viribus nostris, non in meritis nostris: sed quia voluit, saluos nos fecit non quia digni eramus. Quo enim est peccator dignus, nisi supplicio? Vitã dedit. Et si impiis vitam donauit, quid seruat fidelibus? Vespere demorabitur flectus.) Nolite timere, quia dixerat nobis, psallite, & hic gemitus est: in psallendo exultatio, in orando gemitus. Geme de præsentibus, psalle de futuris. Ora dere, psalle de spe. Vespere demorabitur fletus. Quid est vespere demorabitur fletus? Vespera fit, quando sol occidit. Occidit sol ab homine, id est, lux illa iustitiæ, præsentia Dei. Ideo quando expulsus est Adam, quid dictũ est in Genesi? Cum de ambularet Deus in paradiso. Ad vesperam deambulabat Deus. Iam ille peccator texerat se intra lignum, nolebat videre faciem Dei, ad quã gaudere consueuerat. Occiderat illi sol iustitiæ non gaudebat ad præsentiam Dei. Inde inchoata est omnis vita ista mortalis. Vespere demorabitur fletus. Diu eris in fletu o genus humanum: nasceris enim de Adam, & sic est factum. Et nos ex Adam sumus: & quotquot crearunt filios, & creaturi sunt, ex Adam sunt, ex quo & ipsi creati sunt. Vespere demorabitur flectus. Et in matutinum exultatio.) Quando cœperit oriri fidelibus lux, quæ occiderat peccatoribus. Nã ideo & Dominus Iesus Christus in matutino surrexit de sepulchro, vt quod dedicauit in fundamento, hoc promitteret domui. In Domino nostro vespera fuit quia sepultus est: & matutinũ, quia resurrexit tertio die. Sepultus es & tu vespere in paradiso, & resurrexisti tertio die. Quomodo tertio die? Si seculum cogites, vnus dies est ante legem, secundus sub lege, tertius sub gratia. Quod triduo illo ostendit caput tuum hoc triduo seculi ostenditur in te: quando in matutinum sperandum est, lætandum est, sed perferendum est modo & gemendum. Ego autem dixi in mea abundantia, non mouebor in æternum.) In qua abundantia dixit homo, Non mouebor in æternum? Intelligimus fratres personam humilis hominis. Quis hic habet abundantiam? Nemo. Abundantia hominis quæ est? Brumna, calamitas. Sed diuitiæ habent

bra, Christus in cœlum ascẽdit, quo nos secuturi sumus.

Gen. 2.

Deus ꝗa voluit saluos nos fecit peccator tantũ supplicio dignus est.

Gene. 3.

Vnde inchoata omnis vita mortalis.

abundantiam. Plus egent quanto plus habent desiderijs vastantur, cupiditatibus dissipantur, timoribus cruciantur, tristitia contabescunt. Quæ illi abundantia erat quando constitutus est homo in paradiso, quando nihil deerat illi, quando Deo fruebatur: sed dixit, Non mouebor in æternum. Quando dixit, non mouebor in æternum? Quando libenter audinit, gustate & eritis tanquã dij: cum Deus diceret, qua die ederitis morte moriemini, & diabolus, non morte moriemini. Credens ergo illi talia suadenti dixit, Non mouebor in ęternum. Sed quia verum dixerat Dominus, quod ablaturus esset superbo quod dederat humili quando eum creauit: sequitur & dicit, Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.) Id est, quia non ex me bonus eram & fortis, sed ex te eram & pulcher & fortis: decori meo virtutẽ præstiteras, ex voluntate tua, qua me feceras. Et vt ostenderes mihi, quia ex voluntate tua hoc eram, Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus.) Auertit ergo faciem suam ab illo, quem emisit foras de paradiso. Iam hic positus clamet & dicat, Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.) In paradiso nõ clamabas sed laudabas, non gemebas sed fruebaris. Foris positus geme & clama: propinquat tribulanti, qui deserit superbientem. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Ad te Domine clamabo, & ad Deũ meum deprecabor. Iam ex persona Domini hoc sequitur, ipsius fundamenti nostri. Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?) Quid ergo orat? Vt resurgat. Si enim descendero, inquit, in corruptionẽ, si sic fuerit corrupta caro mea quomodo cæterorum hominum, vt in fine resurgat, vt quid fudi sanguinem? Si enim non modo resurgam: nemini annunciabo, neminẽ lucrabor. Vt autem alicui annunciem mirabilia tua, laudes tuas, vitam æternam: exurgat caro mea, non eat in corruptionem. Nam si ierit quomodo cæterorum hominum, quæ vtilitas in sanguine meo? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam?) Confessio gemina est, aut peccati, aut laudis. Quando nobis male est, in tribulationibus confiteamur peccata nostra: quãdo nobis bene est, in exultatione iustitię cõfiteamur laudem Deo; sine confessione tamẽ non simus. Audiuit Dominus & misertus est mei.) Quomodo? Attendit ad dedicationẽ domus, audiuit & misertus est. Dominus factus est adiutor meus.) Audi iam ipsam resurrectionem. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum & accinxisti me lætitia.) Quis est saccus? Mortalitas, Saccus de capris conficitur & de hædis, & capræ & hædi inter peccatores ponuntur. Dominus

Gen. 3.

Petrũ Addęfuit infidelitatis. Nã potius diabolo, q̃ deo credidit.

Iaco. 4. 1. Pet. 5.

Confessio Alia peccati, Alia vero laudis idẽ in de verb. dñi ser. 8. i To. 10. & cõfiteri peccata, ẽ initiũ operũ bonorũ sup. Euãg. Ioan. trac. 12. in Tomo. 9.

Dominus de numero nostro saccum solum accepit, non assumpsit meritum sacci. Meritum sacci peccatũ est: saccus ille, mortalitas est. Assumpsit propter te mortalitatẽ, qui meritum mortis non habebat: Meritum enim mortis ille habet qui peccat. Ille autem qui nõ peccauit, nõ habuit meritum sacci. Alio loco ipsius est vox dicentis, Ego autem cum mihi molesti essent, induebam me cilicio. Quid est hoc, Induebam me cilicio? Hoc opponebã persecutoribus quod habeo de cilicio. Vt hominem illi putarent, abscondit se ab oculis persequentium, quia indigni erant persecutores qui viderent indutum cilicio. Ergo concidisti saccum meũ, & cinxisti me lætitia. Vt cantet tibi gloria mea & non compungar.) Quod in capite est, hoc in corpore. Quid est non cõpungar? Iã non moriar. Compunctus est enim cum in cruce penderet, lãcea percussus. Caput ergo nostrum dicit, Non compungar, iam non moriar. Nos autem quid dicimus propter dedicationem domus? Non nos compungat conscientia stimulis peccatorum. Dimittentur enim omnia, & tunc liberi erimus. Vt cantet tibi, inquit, gloria mea, non humilitas. Si nostra, & Christi: quia corpus Christi nos. Quare? Quia quãuis Christus sedeat in cœlo, dicturus est quibusdam, Esuriui & dedistis mihi manducare. Et tibi est, et hic. Ibi in se, hic in nobis. Quid ergo ait? Vt cantet tibi gloria mea, et non compungar. Gemit tibi humilitas mea, cantabit tibi gloria mea. Iã in finem, Domine Deus meus, in ęternum confitebor tibi.) Quid est, in ęternum confitibor tibi? In æternũ laudabo te, quia diximus esse confessione & in laudibus, non tantum in peccatis. Confitere ergo modo, quod tu fecisti in Deũ: & cõfiteberis quid tibi fecerit Deus. Quid fecisti? Peccata. Quid Deus tibi confitenti iniquitatem tuam? Dimittit tibi peccata, Vt ei postea laudes ipsius confitens, in æternum non compungaris peccato.

Dominus accepit saccũ nostrũ nõ aũt assũpsit meritũ sacci ob id factus ẽ i similitudinẽ carnis peccati. Roma. 8. Psal. 34.

Gloria Christi est & nra, sicut ipse Xps i cœlo, et se nobis. hic ibi i ſtram i nobis. miniam et mortẽ suã fecit portãs pœnã nrã, vt dſtrueret cupã nrã i .13. de tri. ca. 14. i T. 3.

FINIS.

AVGV. AD HONORATVM QVAE IN II. TO. OPERVM IPSIVS AVGV. habetur 120.

PREFATIO.



VINCVE mihi proposuisti pertractãdas quęstiones atq; soluẽdas dilectissime mi frater Honorate, hinc inde raptas, sicut te vel legentẽ mouere vel cogitãti tibi in mẽtem venire potuerunt, & in cõspectum meũ susas quodãmodo. Quarum solutionem si velim differendo ordinare, vt non carptim sicut propositæ sunt de singulis disseram, sed vno quodã tenore sermonis eas inter se connectã atq; cõtexam, difficile opus videtur: & tamẽ puto facilius eas solui, si hoc fecero. Inuicẽ quippe adiuuabunt, si altera pendebit ex altera, donec omnes veniãt in seriem disputationis, nõ sigillatim separatis locis, quasi vna quæq; in sua priuata intentione habitet, scilicet vnũ aliqd intuentes, & vnũ collaborãtes sociali ratiõe, & indiuidua veritate.

Retract. 36.

Quinq; Honorati. q. ĩ sidere, p mittit Au. illis q; sextã d gra no ui testa mẽti addidit. CAP. I. Matth. 25. Ioan. 1.

VOLVISTI ergo & scripto commonuisti exponi atq; aperiri tibi, quid sibi velit vox illa domini, Deus deus meus vt quid me dereliquisti. Et qd sit quod Apostolus ait, vt in charitate radicati & fundati, prevaleatis cõprehendere cũ omnibus sanctis, quę sit latitudo, lõgitudo, altitudo & profundũ. Et quę sint virgines ꝗ̃ que stultæ, quæue sapientes. Et quę sint tenebrę exteriores. Et quomodo intelligẽdũ sit: Verbũ dei caro factũ est. Hę sunt certe quinq; tã breuiter a me cõmemoratę, q̃ abs te, ꝓpositę quęstiones. Proinde si placet addamus & sextã, & illud paratissimũ requiramus, quæ sit gratia Noui testamẽti. Hãc oẽs illæ intuãtur, & in hãc vt opportune queq; potuerit, opus suũ cõferat nobis, nõ eo scilicet ordine quo eas & tu ꝓposuisti, & ergo recolui, sꝫ vna queq; cũ fuerit necessaria, velut vocata rñdeat, et officiũ sui opis ĩpleat. Ergo ita nascaẽ exordiũ.

Quinq; primæ q. ĩ sextã d gra noui testamenti intendũt et vt illa ĩtelligaẽ opus suum cõserũt. Vtendis creaturis in ordine ad id q̃ fruẽdũ est. CAP. II. Idẽ infra ĩ cõcilio epręs. d psal. 30.

EST quędã vita hominis carnalibus sensibus implicata, gaudijs, carnalibus dedita, carnalẽ fugitans offensionẽ, voluptatẽq; consectans. Huius vitę felicitas tẽporalis est: ab hac vita ĩcipere necessitatis est, in ea ꝓsistere voluntatis. In hac qppe ex vtero matris infans fundit, huius offensiones quãtũ potest refugit, huius appetit

petit voluptates, nihil amplius valet. Sed posteaquam venerit in etatẽ, qua in eo rationis vsus euigilet, poterit adiuta diuinitus volũtate eligere alterã vitã, cuius ĩ mẽte gaudiũ est, cuius interna atq; eterna felicitas. Inest quoq; homini aĩa rationalis, sed interest, eiusdẽ rationis vsu quonã potius volũtatẽ cõuertat, vtrũ ad bona exterioris & inferioris, an ad bona interioris superiorisq; naturæ, id ẽ vtrũ vt fruaẽ corpore et tpe, an vt fruaẽ diuinitate atq; eternitate. In quadã qppe mediate posita ẽ, ifra se habẽs corporalẽ creaturã, supra se aĩ sui & corporis creatorẽ. Potest igit aĩa rõnalis ẽt tẽporali & corporali felicitate bñ vti, si nõ se ẽderit creaturę creatore neglecto, sꝫ eã potius felicitatẽ fecerit seruire creatori, sꝫ & ipsam suæ bonitatis abũdãtissima largitate donauit. Sicut enim bona sunt oĩa quæ creauit deus ab ipsa rationali creatura vsque ad infimũ corpus: ita bene agit in his anima rationalis si ordinẽ seruet, & distinguẽdo, eligẽdo, pendẽdo subdat minora maioribus, corporalia spiritalibus, inferiora superioribus, tẽporalia sempiternis, ne superiorũ neglectu, et appetitu inferiorũ, quoniã hinc fit ipsa deterior, & se & corpus suum mittat in peius, sed potius ordinata charitate se & corpus suum cõuertat in melius. Cũ enim sint oẽs substantię naturaliter bonę, ordo in eis laudatus honoratur, puersitas culpata dãnatur. Nec efficit anima peruerse vtens creaturis, vt ordinationẽ effugiat creatoris, qñ si illa male vtitur bonus, ille bene vtitur etiã malis: ac per hoc illa peruerse bonis vtendo fit mala, ille ordinate etiã malis vtẽdo pmanet bonus. Quĩ enim in iniuste se ordinat in pœnis, iuste ordinatur in pœnis. Volens itaque deus ostẽdere etiã terrenã tẽporalẽque felicitatẽ suũ donũ esse, nec aliũde nisi ab ipso sperari oportere, prę omnibus seculi tẽporibus dispensandũ iudicauit. Testamẽtũ vetus, quod ptineret ad hominẽ veterẽ, a quo ista vita necesse est ĩcipiat. Sed illę felicitates patrũ, dei beneficio cõcessę ꝑdicãtur, quãuis ad istã vitã trãlitoriã ptinẽtes. Illa qppe terrena munera ĩ manifesto, ꝓmittebanẽ et tribuebãtur. In occulto aũt illis oĩbus rebus Nouũ testamẽtũ figurate ꝓnuncibat, & capiebat intelligẽtia paucorũ, quos eadẽ gratia, ꝓphetico munere dignos fecerat. Dispẽsabãt ergo illi sancti, ꝓ cõgruẽtia tẽporis testamentũ Vetus, ptinebãt vero ad testamẽtũ Nouũ. Nã & qñ tẽporalẽ felicitatẽ agebãt, eternã, verã et pferrẽdã ĩtelligebãt, & istã ministrabãt ĩ misterio, vt illã cõsequerẽtur in ꝓmio. Et si qñ patiebãtur aduersa, ad hoc patiebãtur, vt euidẽtissimo diuino adiutorio liberati, glorificarẽt deum oĩum bonorũ largitorẽ, nõ solũ sempiternorũ, q̃ plerũque rabãt, verũ etiã tẽporaliũ, quæ ꝓphetice gubernabãt.

Idẽ supra in de doc. christia. ca. 3. &. 4.

Necesse est vt hæc vita a vete ri hoie ĩcipiat.

Sancti veteriste stamenti ptinebãt ad nouũ testamentum.

Diuinũ verbũ sanctos illumi

CVM

nat. vbiq; totū manet. C. III. Gal. 4.

Quis Paulus scripsit Græce. Ioan. 1.

Similitudo.

Ephe. 5.

oan. 1.

Matth. 11. Luc. 7.

Ioann. 5. Matth. 5.

CVM aũt venit plenitudo tẽporis, vt gratia quæ occultabat in veteri testamẽto, iã reuelaret in Nouo, misit deus filiũ suũ, factũ ex muliere, quo nomine, ppietate Hebraicæ linguæ oĩs fœmina nũcupatur, siue viro in ta ẽta siue iã mixta. Quẽ aut̃ filium miserit, fierique ex muliere voluerit, quantus ille deus sit, qui hanc humilitatẽ pro salute fidelium suscipere dignatus sit vt agnoscas, nunc attende Euangelium: In principio erat verbum, & Verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil Quod factum est. in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Hic ergo deus verbum dei, per quod facta sunt omnia, filius dei est, incommutabiliter manens, vbique presens, nullo clausus loco, nec partiliter per cuncta diffusus, tanquam minorem partem habeat in minori loco, & in maiori maiorem, sed vbique totus atque ita non absens etiam mentibus impiorum, quamuis eum non videant, sicut nec ista lux videtur oculis præsentata cæcorũ. Lucet ergo & in tenebris talibus, quales Apostolus significat vbi dicit: Fuistis aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in domino, sed eã tales tenebræ non comprehenderunt. Suscepit itaque hominem quem videre homines poterant, vt sanati per fidem postea viderent quod tunc videre non poterant. Sed ne homo Christus eoipso quo visibiliter apparebat non crederetur & deus, tantumque illi tribueretur, quantum homini excellentissimæ gratiæ atque sapientiæ, ideo fuit homo missus a deo cui nomen erat Ioannes: Hic venit in testimonium vt testimoniũ perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illũ. Nõ erat ille lumen, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Tantus enim homo debuit perhibere testimonium de illo qui non tantum homo verum etiam deus erat, vt de illo diceretur qp in natis mulierum nemo exurgeret maior Ioanne Baptista. Sic enim ille cui Ioannes testimoniũ perhibebat, intelligeretur hoc esse maior, quo non tantum homo sed etiam deus erat. Lumen ergo & Ioannes, sed tale lumen quali testimonium perhibet ipse dominus dicens, Ille erat lucerna ardens & lucens: quod & discipulis suis, dicens, Vos estis lumen mundi: atque vt ostenderet quale lumen, sequutus adiunxit, Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt: sic luceat lumen vestrum coram homininibus. Istæ similitudines datæ sunt, vt quantum possumus intelligamus, vel si hoc nondum possumus, sine vlla dubitatione credamus animam rationalem non esse naturã Dei, illa

illa quippe incõmutabilis est: sedtamen eã posse participando illuminari, lucernæ quippe accendi indigent & extingui possunt. Ideo quod dicitur de Ioãne, Nõ erat ille lumen: ad illud respicit lumen quod non participando illuminatur, sed eius participatione illuminãtur quę ab illo illuminantur. Denique sequitur, Erat lumen verum: & tanquam quæreremus, quomodo discerneretur lumen verum a lumine illuminato, id est Christus a Ioãne: Erat, inquit, lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si omnem hominem, ergo & Ioannem: atque vt magis ostẽderet huius diuinitatem longe præstantiore distantia: In hoc mũdo, inquit, erat, & mundus per eum factus est, & mũdus eum non cognouit. Nõ mundus qui per eum factus est, eum non cognouit, Neque enim habet vim cognoscendi eum, nisi rationalis creatura. Quamuis etiam mũdus iste visibilis per eum factus sit, hoc est cœlum & terra: sed mundum non cognoscentem increpando, significauit infideles constitutos in mundo. Deinde adiungit, In sua propria venit, & sui eum non receperunt: siue quia & ipsi infideles inquantum homines sunt, eius sunt per quem creati sunt: siue suos proprie Iudæos intelligi voluit, ex quibus naturã carnis assumpsit: nec tamen omnes eum non receperunt. Sequitur enim & dicit, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Hæc est gratia Noui testamenti, quod in Vetere latuit, nec tamen figuris obumbrantibus prophetari prænunciarique cessauit, vt intelligat anima deum suum, & gratia eius reuisatur illi. Hæc qp pe natiuitas spiritalis tantũ est, ideo nõ ex sanguinibus, nõ ex volũtate viri, neq; ex volũtate carnis, sed ex deo.

Idẽ sup. Io. tra. 1. 2. &, 3. i To. 9. vbi cõcludit qp aspicere dñe mus sanctos, sz nõ i illis fideꝝ, iuxta illud prophetę psal. 131. leuaui oculos meos i mõtes, Hoc est illuminatos sanctos, sz auxiliũ meũ a dño, qui montes sanctos, nẽ pe sanctos illuminat. ipsi ẏo montes loqui possunt, sed illuminare nõ possunt.

HEC etiam adoptio uocatur. Eramus enim aliquid anteaq; essemus filij dei, & accepimus beneficiũ vt fieremus quod non eramus: sicut qui adoptatur antequam adoptaretur nondum erat filius eius a quo adoptatur., iam tamẽ erat qui adoptaret: & ab hac generatione gratiæ discernitur ille filius, qui cum esset filius dei venit vt fieret filius hominis, donaretque nobis qui eramus filij hominum filios dei fieri. Factus est quippe ille quod non erat, sed tamen aliquid aliud erat. Et hoc ipsum aliquid verbum dei erat, per quod facta sunt omnia, & lumen verum quod illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum, & deus apud deum. Nos quoque per eius gratiam facti sumus quod non eramus, id est filij dei: sed tamen aliquid eramus, & hoc ipsum aliquid multo inferius, hoc est filij hominum. Descendit ergo ille

Filius natura ipsius dei verbũ diuinũ Caro factũ, vt nos adoptiui filij, & spiritus efficiamur.

CAP. IIII.

Ioan. 1.

Idẽ infra super psal. 30. in concione. 2.

ille vt nos ascenderemus, & manens in natura sua factus est particeps naturę nostrę, vt nos manēres in natura nr̄a efficeremur participes naturę ipsius. Nō tamē sic: nam illum naturæ nostræ participatio non fecit deteriorem: nos autem facit naturę illius participatio meliores: Gal.4. Misit itaq; deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Nam legis sacramenta percepit, vt eos qui sub lege erant redimeret, id est quos lex reos tenebat occidente litera, dum præceptum non impleretur, antequam 2.Corin.3. viuificaret spiritus: quia charitas dei, quæ præceptū implet, diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctū Rom.5. qui datus est nobis. Proinde cum dixisset, Vt eos qui sub lege erant redimeret: cōtinuo subiunxit, Vt adoptionem filiorum reciperemus: vt videlicet huius gratiā beneficij discerneret ab illa filij natura, q̄ missus est filius, Ioan.1. non per adoptionem factus, sed semper genitus filius, vt participata natura filiorum hominum ad participandā suam naturam adoptaret filios hominum. Quapropter etiam cum dixisset: Dedit eis potestatem filios dei fieri, modumque adiunxisset ne carnalis intelligeretur natiuitas, quod scilicet eis præstiterat id quod credunt, in nomine eius, & per gratiam renascuntur spiritalem, nō ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex deo: mox commendauit quasi huius vicissitudinis sacramentum. Tanquam enim mirati tantum bonum non auderemus optare, statim subiunxit, Et verbum caro factum est, et habitauit in nobis. Quod vnum est ex quinque illis, quæ tibi exponi voluisti, tā quam diceret, O homines nolite desperare vos fieri posse filios dei: quia & ipse filius dei, hoc est verbum dei caro factum est, & habitauit in nobis. Reddite vicem, efficimini spiritus & habitate in illo qui caro factus est, & habitauit in vobis. Neque enim iam desperandum est, participatiōe verbi fieri posse homines filios dei, quādo filius dei participatiōe carnis factus est filius Hominis. Nos itaque mutabiles in melius commutandi, participes efficimur verbi: verbū autem incommutabile nihil in deterius commutatum, particeps carnis effectum est rationali anima mediante. Neque enim homo Christus, vt Apollinaristæ hæretici putauerunt, aut non habuit animam, aut non habuit rationalem, sed more suo scriptura vt Christi humilitatem magis ostenderet, ne carnis nomem quasi indignum aliquid refugisse videretur, carnem pro homine posuit. Nequem enim quia scriptū est: Videbit omnis caro salutare dei: animæ ibi non sunt intelligendæ: nihilque proinde aliud dictum est, Verbum caro factum est: quam si diceretur, Filius dei filius hominis factus est: qui cum in forma dei factus esset,

Verbū diuinū factū ē caro vt nos spiritus efficimur.

In dehęresi.ca. 55. & in præfa. psal. 29. sup in isto. 1. To. opu.

Esai.40.

esset, sicut dicit Apostolus, non rapinam arbitratus est esse equalis deo. Neque enim vsurpationis erat vt rapina diceretur, sed naturæ inerat vt esset equalis. Semetipsum tamen exinaniuit, non formā dei amittens, sed formam serui suscipiens, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vides quemadmodum eundem hominem, quem deum commē dat, vt persona vna sit, etiam filium hominis protestetur ne non trinitas, sed quaternitas inducatur. Sicut enim non augetur numerus personarum, cum accedit caro animę, vt sit vnus homo: sic non augetur numerus personarum, cum accedit homo verbo, vt sit vnus Christus. Legitur itaque, Verbum caro factum est: vt intelligamus huius personæ singularitatem, non vt suspicemur in carnem mutatam diuinitatem.

Phil.2.

3.Sen.distn.6. cap. ne autem.

ITAQVE Christus homo, vt per eum reuelaretur Noui gratia testamenti, quoniam non ad temporalem, sed ad ęternam vitam pertinet, non vtique terrena felicitate commendandus fuit. Inde subiectio, inde passio, in de flagella, sputa, contumeliæ, crux, vulnera, & tanquā superato subiectoque mors ipsa, vt fideles eius discerent quale pietatis prēmium ab illo, cuius filij facti essent, petere atque sperare deberent: ne ad hoc pro magno seruirent deo, vt terrenam felicitatem adipisci quę rerent qui seruirent ipsi, abijcientes & conculcantes fidem suam, æstimando eam mercede viliss̄ima: vnde beneficentiss̄ima prouidentia omnipotēs deus terrenam felicitatem concessit & impijs, ne pro magno quæreretur a bonis. Hinc ille Psalmus septuagesimus & secundus inducit hominem pœnitentem, quod aliquando corde nō recto deo pro hac mercede seruierit, quia cū pollere atque excellere impios videret, turbatus cœperat cogitare quod deus humana non curet. Et cum ab ista cogitatione eum sanctorum ad deum pertinentium reuocaret authoritas, suscepit atque intendit agnoscere tam grande secretum, quod ei laboranti non patefactū est, donec intraret santuarium dei, & intelligeret in nouissimo: hoc est donec accepto spiritu sancto discceret desiderare potiora, & prospiceret quæ pœna futura sit impiis, etiā qui fœnea ranta etiam quadā felicitate tēpora liter floruissent. Hunc psalmum septuagesimum secundū nocte qua illucescebat solennitas beatissimi Cypriani per ministerium nostrum expositum lege & diligenter aduerte. Proinde homo Christus idemque deus Christus, cuius misericordissima humanitate, atque in cuius forma seruili discere deberemus, quid in hac vita contemnendū & qd in alta sperandum esset, in ipsa passiōe in qua sibi eius inimici magni victoresque videbantur, suscepi

Tēporaliaī hac vita cōtēnenda & ęterna sperāda.

CAP. V.

Deus terrenā fœlicitatē cōcessit impiis, ne p Magno haberetur a bonis.

Suscepit Xps uocē infirmitatis

nræ.idē in exp. psal.21.i To. S. & infra in expo. psal.30. &.31.in isto Tom.opus.

Au.Christus in cruce verba suscepit Ecclesię.

CAP. VI.

Esa.53.

2.Cor.12.

Ephe.5.

Rom.7.

suscepit vocem infirmitatis nostræ qua simul crucifigebatur vetus homo noster, vt euacuaretur corpus peccati. & dixit, Deus meus deus meus, vt quid me dereliquisti? Et hoc vnum de quinque propositis tuis. Sic incipit psalmus vicesimus primus, qui de passione ipsius & reuelatione gratiæ, quam fidelibus faciendis liberandisq; attulit in propheria, tanto ante cantatus est.

PROINDE eundem Psalmum cuius prophetiā dominus ad se pertinere demonstrans, eius primum versum exclamauit cum penderet in ligno, commemorando exponendoque percurram, vt ex hoc intelligas quē admodum gratia testamenti Noui nec eo tempore tacebatur, quādo in vetere homine velabatur. Dicitur enim ex persona Christi, quod ad formam serui attinet, in qua portatur nostra infirmitas. Dixit enim & de illo Esaias: Ille infirmitates nostras portat & pro nobis in doloribus est. Ex huius igitur infirmitatis voce, de qua Paulus in eo quod petebat non exauditus, & ideo quodammodo derelictus, audit tamen a domino, Sufficit tibi gratia mea: nā virtus in infirmitate perficitur: ex voce ergo huius infirmitatis nostræ quam in se transfigurauit caput nostrum, dicitur in hoc psalmo, Deus meus deus meus respice in me, quare me dereliquisti? In eo quippe derelingitur deprecans, in quo nō exauditur. Hāc in se vocem transfigurauit Iesus, vocem scilicet corporis sui, hoc est ecclesiæ suę a vetere homine in nouum reformandæ, vocem scilicet infirmitatis suæ humanę, cui deneganda fuerant bona Veteris testamenti, vt bona Noui testamenti optare atque sperare iam disceret. In illis autem veteris testamenti bonis ad veterem hominē pertinentibus, præcipue concupiscitur vitę huius productio temporalis, vt aliquando diutius teneatur, quia semper non potest. Ideo diem mortis omnes quidē afturum sciunt, et eum tamen omnes aut pene omnes differre conantur, etiam qui post mortem se beatius credunt esse victuros. Tantam habet vim carnis & animę dulce consortium. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, & propterea nō vult anima vel ad tempus ab eius etiam infirmitate discedere, quamuis eam se sine infirmitate in æternum recepturam esse confidat. Proinde mente seruiens legi dei, carne autem trahens desideria peccati, quibus obedire vetat Apostolus, mentis quidem ratione concupiscit homo pius dissolui & esse cum Christo, sed id sensu carnis recusat & refugit, & si fieri possit, non vult expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur mortale a vita, id est vt ab infirmitate ad immortalitatē, etiā ipsum corpus sine morte media transferatur. Sed hæc verba quibus humanus dies et vitę huius prolixitas

lixitas concupiscitur, verba sunt delictorum, & longe sunt ab ea salute, cuius nondum rem sed iam spem geri mus, de qua scriptum est, Quia spe salui facti sumus. Spes autē quę videtur nō est spes. Ideoq; & in isto spal mo cū dixisset, Deus meus deus meus respice ī me, quare me dereliquisti: cōtinuo subiūgit, Lōge a salute mea verba delictorum meorum: id est, hæc verba delictorū meorum sunt, & longe ab illa salute mea sunt quam mihi non Veteris sed Noui testamenti gratia pollicetur. Quan quam etiam sic distingui posset, Deus meus deus meus respice in me, quare me dereliquisti longe a salute mea, tanquam diceret, relinquendo me, hoc est non me exaudiendo, longe factus es a salute mea, præsenti scilicet salute huius vitæ: vt alius sensus sit, verba delictorum meorum, id est ista quæ dixi verba sunt delicto rum meorum, quia uerba sunt carnalium desideriorū. Hæc ex persona sui corporis Christus dicit q̄ est Ecclesia. Hæc ex persona dicit infirmitatis carnis peccati, quam transfigurauit in eam quam sumpsit ex virgine similitudinem carnis peccati. Hęc sponsus ex persona sponsę loquitur, quia vniuit eam sibi: quomodo & apud Esaiam vbi dicit, Sicut sponso adligauit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento: adligauit mihi & ornauit me, tanquam vnius vox est, & tamen sponsum & sponsam, Christum intelligimus & Ecclesiam. Sed erunt duo in carne vna: sacramentum magnum, dixit Apostolus, in Christo & in Ecclesia: igitur nō iam duo, sed vna caro. Si ergo caro vna, profecto competen ter etiam vox vna. Quid hic quæris humana infirmitas vocē Verbi, per quod facta sunt omnia? Audi potius vocem carnis, quæ facta est inter omnia, quoniam verbū caro factum est, & habitauit in nobis. Audi potius medicinę vocem qua sanaris vt videas deū, quem tibi videndum distulit, hominem autem videndum attulit, occidendum obtulit, mirandum contulit, credendum transtulit, vt ista fide ad videndum deum mentis oculus sanaretur. Quid ergo dedignamur audire vocem corporis ex ore capitis? Ecclesia in illo patiebatur, quando pro ecclesia patiebatur. Sicut etiam in ecclesia patiebatur ipse, quando pro illo ecclesia patiebatur. Nam sicut audiuimus ecclesiæ vocem in Christo patientis, Deus deus meus respice, &c. Sic etiam audiuimus Christi vocē in ecclesia patientis, Saule Saule quid me psequeris?

CVM itaque non exaudimur ad temporalia bona retinenda vel adipiscenda quando pro his deprecamur deum, in eo quo nos non exaudit, derelinquit nos: sed ad potiora, quæ vult vt intelligamus & præferamus & concupiscamus, non nos derelinquit. Vnde sequi-

Rom.8. Psal.21.

Christus p corpore suo Ecclesia, loquebat in cruce cuius pec cata sua dicebat idē in exp.psal. 21.in Tom.S.et infra in isto. 1. To.opusc.super psal.30. & 31.

Act.9.

Fœlicitatē tēporalem deus tribus veteris test. cōdonabat nobis ȳo ęterna ꝓmisit. Ca. VII.

tur psalmista & dicit, Clamauí ad te perdiem nec exaudies, & nocte: etiam hic subauditur, nec exaudies. Sed vide quid adiungit, Et non ad insipientiam mihi. Hoc ergo dicit, non me quidem exaudies clamantem per diē id est, in rebus prosperis vt eas non admittam: & nocte, id est in rebus aduersis vt prospera quę amissa sunt redeant: verum hoc mihi non ad insipientiam facies, sed potius vt sapiā, qd iā per Noui testamēti gratiā a te expectare, quid desiderare, qd poscere debeā. Clamo qppe ego vt hic mihi bona tēporalia nō auferantur, Tu autē in sancto habitas laus Israel. Nolo vt derelinquas concupiscentiam meam, qua carnalem felicitatem requiro. Verum hæc est insordibus vetustatis, tu autem quęris mundiriam nouitatis, non exaudiendo istam cupiditatē relinqs, quia charitatē in qua habites requiris. Charitas autem dei diffunditur in cordibus nostris, sed per spiritum sanctū qui datus est nobis. Ideo in sancto habitas laus Israel: laus videntium te, quia non in se laudantur sed in te. Quid enim habent quod non acceperunt, vt qui gloriatur, in domino glorietur? Hęc est gratia Noui testamenti: nam in Veteri testamento, quando commendabas, non nisi a te peti sperariq; debere etiā ipsam terrenam temporalemque felicitatem, in te sperauerunt patres nostri, sperauerūt & eruisti eos, ad te clamauerūt & salui facti sunt, ī te sperauerūt & nō sunt cōfusi. Illos quippe patres inter inimicos suos viuentes, & diuitiis implesti, & ab hostibus eruisti, gloriosasque victorias reportare fecisti, & de diuersis eos mortibus liberasti. Pro alio, id est pro Iaac, subiecisti ne feriretur arietem. Alium id est Iob, de putredine sanum, & ei dupla quæ amiserat reddidisti. Alium, id est Danielē inter leones esurientes illæsum integrūq; seruasti. Alio rum, id est Ananię, Azariæ, Misael inter flammas deambulantium grata voce laudatus es. Tale aliquid in Christo expectabant fieri Iudęi, vnde probarent si vere filius dei esset. Ex eorum persona & in libro Sapientię dicitur, Morte turpissima condemnemus illum. Erit enim respectus in sermonibus ipsius. Si enim vere dei filius est, suscipiet eum & liberabit eum de manibus contrariorum. Hæc inquit, cogitauerunt & errauerunt, excæcauit enim eos malicia eorum. Attendentes quippe tempus veteris testamenti, & illam patrum etiam temporalem felicitatem, in qua illis exhibenda demonstrauit deus etiā talia dona sua esse, non viderunt iam esse tēpus quo reuelarē in Christo, bona æterna, ppriedeū prestare iustis, qui bona tēporalia præstat & impiis.

Rom.5.

1.Co.1.&.10.

Sap.2.

Xpus verus & nō hō, & nos filii hominum.

CAP. VIII.

DENIQVE cum dixisset, In te sperauerunt patres nostri, sperauerūt, & eruisti eos. Ad te clamauerunt & salui

salui facti sunt, in te sperauerunt & non sunt confusi, vide quid adiunxerit, Ego autem sum vermis & non homo. Quod videtur quidē ad commendandam humilitatē simpliciter dictū, vt se in oculis persequētiū, abiectissimū quiddā et cōtemptissimū demonstraret: sed nō est contēnenda altitudo secreti profunditas quæ mysterii, præsertim in eis verbis quæ tanto saluatori in prædicatione prophetię coaptantur. Dictus est hic sensus elegātissimus a prioribus, ideo se hoc nomine Christum prænunciari voluisse, quia vermis de carne sine concubitu nascitur, sicut ille natus est de virgine. Sed in libro suo Iob, cum de creaturis cœlestibus loqueretur, quod in dei conspectu etiam vix ipsæ mundę sint, quāto magis, inquit, homo putredo & filius hominis vermis? Putredinem pro mortalitate posuit, quæ iam velut concepta gerit moriendi necessitatem, in quam peccando contrusus est homo, & filium hominis vermem natum de putredine quasi putrē, hoc ē de mortalitate mortalē. Ac p̄ hoc in his verbis psalmi, aliū sensum nos quærere admonuit: illo quidem saluo neque reprobato: & non solum scrutemur quod ait, Ego autem sum vermis: sed etiam illud quod addidit, Et non homo: secundum illud quod de libro Iob cōmemoraui, tanquam diceret, Ego autē sū filius hominis et nō hō: nō ꝙ hō nō sit Christus de quo dicit Apostolus, Vnus est mediator dei & hominū, homo Christus Iesus. Omnis enim filius hominis, homo est: sed ad quendam respicit sensus iste, qui sic homo fuerit, Vt non esset filius hominis, id est Adam. Forte ergo sic est dictum, Ego autem sum vermis & non homo: id est ego autem sum filius hominis, & non homo: tanquam diceretur, Ego autem sum Christus, in quo omnes viuificātur, non Adam in quo omnes moriuntur. Ac per hoc homines discite per gratiam Noui testamenti iam vitam concupiscere sempiternam. Quid pro magno ita vos vultis a domino de morte liberari sicut liberati sunt patres vestri, quando commendabat deus etiam terrenę felicitatis præterse non esse alium largitorem? Illa felicitas ad veterem hominem pertinet, quæ vetustas ab Adam cœpit. Ego autem sum vermis & non homo, Christus non Adam. A veteri veteres fuistis, a nouo noui estote: ab Adam homines, a Christo filii hominum. Non enim sine causa familliarissimę dominus in Euangelio se filium hominis dicit magis ꝙ hominē: nec sine causa in alio Psalmo, Homines, inquit & iumenta saluos facies domine, sicut multiplicata est misericordia tua deus. Abs te quippe ista salus hominibus iumentisque communis. Sed habent aliā nouiam quandam & ab animatorum consortio propriam quandam & ab animatorum consortio separatam

Iob.25.

1.Tim.5.

Rom.5.

Psal.35.

Discrimē inter homines, & filios hominum.

separatam, quæ ad Nouum pertinet testamentum. Habent omnino: nam de illa ibidem sequitur & dicit, Filij autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabũt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuę, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen. Certe et hic cum superius dixisset, Homines, posterius dixit: filii autem hominum, tanquam distinguens ab hominibus filios hominum. In illa quippe felicitate eius salutis quæ communis est hominibus & iumentis, eo nomine illos appellare voluit quo demonstrarentur ad illum primum hominem pertinere quo vetustas cœpit & mors, qui sic fuit homo vt non esset filius hominis. Istis autem posterioribus qui sperant aliam felicitatem, & fontis vitæ ineffabilem voluptatem, & sempiterni luminis lumen, hoc nomẽ imposuit, quo se familiarius appellari voluit dominus eorum, in quos talis gratia reuelata est, eosq; filios hominum potius quam homines appellauit. Non autem existimes quasi loquutionis regulam figi perpetua lege seruandam, vt vbicunq; legeris homines aut filios hominum, secundum hanc distinctionem semper intelligas, sed vt se habuerit circunstantia lectionis, vnde sensus si patet hauritur, si latet eruitur. Sicut in hoc loco Psalmi huius, quem non moueat distinctionis intentio, cum ille qui dixerat, In te sperauerunt patres nostri & eruisti eos, ad te clamauerunt & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi: subiungit, Ego autem non enim aie sic Et ego, sed ego autem. Quid ergo iste qui se ita distinguit? Ego autem sum vermis, inquit, & non homo, tanquã illis quos exaudisti & eruisti eã commendares felicitatem, quæ ad Vetus pertinet testamentum, quæ homini veteri tribuenda esset qui cœpit ab Adam. Ego autem sum vermis, hoc est filius hominis, non homo, sicut ille homo qui non fuit filius hominis.

Passus Christus vt gratia noui testamenti commendaretur. CAP. IX.

AC per hoc & quod sequitur, Opprobrium hominũ & abiectio plebis, omnes qui conspiciebant me, subsannabant me, & loquuti sunt labiis & mouerunt caput. Sperauit in deum, eruat eum, saluum faciat eum quoniam vult eum. Hoc in labiis non in corde dixerunt, insultando quod non fieret, non credendo quod futurũ esset. Factum est autem & hoc, sed sicut fieri oportebat in filio hominis. in quo spes æternæ vitę fuerat reuelanda ad Nouum pertinens testamentum, non sicut illi expectabant, & quia fieri non videbant, tanquam superato insultabant, pertinentes ad testamentum vetus & hominem in quo omnes moriuntur, non ad filium hominis in quo omnes viuificabuntur. Mortem quippe intulit homo sibi filioq; hominis, vitam vero attulit homini moriens & resurgens filius hominis opprobrium hominum & abiectio plebis. Vsq; ad mortem enim hoc voluit pati in conspectu inimicorum, quo eum tanquã derelictum putarent, vt gratia commendaretur Noui testamenti, qua discereamus aliam quærere felicitatem, quę nunc est in fide, postea vero erit in specie. Quãdiu enim 1.Cor.15. sumus in corpore, ait Apostolus, peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus, nõ per speciem, & ideo nunc in spe, tunc in re. Denique resurrectionem suam, quam non sicut nostram in longum differri oportebat, vt in exemplo carnis eius discereemus, quid in nostra sperare deberemus, noluit alienis demonstrare, sed suis: alienis dico, non natura sed vitio, quod semper est contra naturam. Mortuus est ergo in conspectu hominum, resurrexit autem in conspectu filiorum hominum: quia mors ad hominem pertinebat, resurrectio ad filium hominis. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in 1.Cor.15. Christo omnes viuificabuntur. Vt igitur exẽplo suę carnis exhortaretur fideles suos temporalem pro æterna felicitate contemnere, vsq; ad mortem pertulit persequentes atq; sæuientes, & quasi victo & oppresso super be illudentes. Quod autem carnem suam resuscitauit, & discipulorum conspectibus & contactibus reddidit, eisq; videntibus ascendit in cœlum, ipsos ædificauit, & quod prædicare deberent, euidentissima veritate demõstrauit. Illos autem a quibus tanta mala Vsq; ad mortem pertulerat, quasi de illo superato & extincto gloriantes, in ea opinione dereliquit, vt quisquis eorum salute æterna saluus fieri vellet, hoc de illius mortui resurrectione crederet, quod ij qui viderunt signis contestantibus prędicauerunt, & pro ea prędicatione similia perpeti non dubitauerunt.

QVAPROPTER etiã Iacobus vnus ex apostolis eius ī epistola sua, cũ hortaretur fideles, qui post passionem & resurrectionem Christi adhuc in ista vita tenebantur, dispensationem Veteris testamenti Nouique distinguens: Sustinentiam, inquit, Iob audistis, & finem domini vidistis: ne ideo patienter sustinerent temporalia mala, vt sibi hoc restitueretur quod recepisse legimus Iob. Nam & ab illo vulnere atq; putredine saluus factus est, & ei cuncta quæ amiserat duplicata sunt restituta, vbi etiam cõmendata est resurrectionis fides. Nam filii nõ dupli sed totidem redditi, etiam illos quos amiserat resurrecturos significauerunt. Sic ipsi quoque illis prioribus iuncti, a restitutione dupli non inuenientur alieni. Vt ergo non talem remunerationem speraremus quando mala temporalia pateremur, non ait, Sustinentiam & finem Iob audistis, sed ait Sustinentiam Iob audistis, Patiamini tpalia, & speremus æterna. CAP. X. Iac.5.

distis,& finem domini vidistis: tanquam diceret, Mala temporalia sicut Iob sustinete, sed pro hac sustinẽtia nõ temporalia bona sperate, que illi aucta redierunt, sed æterna potius quæ in domino præcesserunt. Iob ergo de illis patribus erat qui exclamauerunt et salui facti sunt. Cum enim dicit, Ego autem: satis insinuat qua salute illos saluos esse factos velit intelligi, in qua ipse Vtiq; derelictus est, nõ quod illi a salute æterna fuerint alieni, sed in occulto tunc erat quod in eis fuerat reuelandum. In Veteri quippe testamento velamen est, quod tunc auferetur, cum ad Christum quisq; inde transierit. Quo crucifixo velũ etiã tẽpli scissum est, vt significaretur quod Apostolus de velamine Veteris testamẽti dixit, quomodo in Christo euacuatur. Nam & illis patribus quãuis rarissima, tamen fuerunt & vsq; ad mortem exempla patientiæ, a sanguine Abel vsq; ad sanguinem Zachariæ, quorũ sanguinem dicit dominus Iesus & ab eis exigendum, qui in patrum suorum a quibus illi occisi sunt iniquitate persisterent: & in Nouo testamento nec defuit nec deest bonorũ fidelium multitudo, qui etiã in ista temporali felicitate præpolleant, et in ea largitoris dei bonitatem misericordiamq; experiantur, tenentes tamen quod dispensator Noui testamenti, diuitibus huius seculi Apostolus præcepit, non superbe sapere, neq; sperare, in incerto diuitiarũ, sed in deo viuo qui præstat nobis omnia abunder anter ad fruendum, Vt bene faciant, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, cõmunicẽt, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam: qualis in Christi non tantum spiritu, verum etiam carne manifestata est cum resurrexit a mortuis, non qualem Iudæi in illo peremerunt, quando eum de manibus eorum deus non eruit, eumq; dereliquisse visus est exclamantem, Deus meus deus meus vt quid me dereliquisti? Vt eo modo in se transfiguraret martyres suos, qui etsi mori nollẽt, quod etiam Petro dixit, Alter te cinget & feret quo tu non vis, significans qua morte clarificaturus erat deũ, & ob hoc a deo suo derelictividerent ad tẽpus cũ eis præstare nollet quod vellent, illã vocẽ cordis emitteret, illũq; adhiberent pietatis affectũ, quẽ passione ipendẽre ore propio dominus expressit, eos in se identidẽ transfigurãs. Verum non quod ego volo, sed quod tu vis pater.

2.Cor.3.

Luc.11.

2.Tim.6.

Ioan.21.

Christus in cruce nõ liberatur, ad nostrã sapiẽtiã, et vtilitatẽ. CAP. XI.

IN quo enim primitus nisi in ipso capite nostro apparere debuit, ppter quã cãm Christiani sumus? Propterea nõ ait, Deus meus deus meus dereliqsti me: sed causam commonuit requirendam cum addidit, Vt quid dereliquisti me: id est quare, propter quid, quã ob causam? Profecto enim erat aliqua causa, eaque non parua, vt Noe

Noe liberaret de diluuio, Loth de cœlesti incẽdio, Isaac de iminẽti gladio, Ioseph de calũnia mulieris et custodia carceris, Moysen ab Aegyptiis, Raab ab excidio ciuitatis, Susannã a testibus falsis, Danielẽ de lacu leonũ, tres Viros ab ignibus, alios q; patres q; exclamauerũt & salui facti sunt, et Christũ de manibus Iudæorũ non liberaret, eũq; in potestate fæuientiũ vsq; ad mortis exitũ derelinqueret. Vt quid hoc? ppter quid hoc? nisi propter illud quod paulopost ĩ eodẽ Psalmo dicit, Nõ ad insipiẽtiam mihi, hoc est corpori meo, ecclesiæ, meæ minimis meis. Nã & in Euãgelio, quod Vni ex minimis meis fecistis, inquit, mihi feciſtis. Sic itaq; dictũ est, Et nõ ad insipientiã mihi: quõ dictũ est, Mihi feciſtis. Et sic dictum est, Quare me dereliquisti? quõ dictum est, Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit. Non ergo ad insipientiã nobis, sed vt sapiamus non propter istam vitã in qua nos deus aliquãdo vsque ad mortem persequentium manibus derelinquit, sed propter illam sempiternam nos debere esse Christianos, quia hoc in illo præcessisse intuemur, ex cuius nomine sic vocamur. Ecce ita factum est, tamen multi non ob aliud volunt esse Christiani, nisi vt huius vitæ felicitate perfruãtur, ideo que illa deficiente deficiunt. Quid si non in ipso nostro capite tam insigne cõstitueretur exemplum, quo discerẽmus pro cœlestibus terrena contemnere, non respicientes quæ videntur, sed quæ non videntur? Quę enim videntur temporalia sunt, quę aũt non videntur æterna. Quos in se vocibus ille transfigurare dignatus est. Nã quantum ad ipsum attinet, quomodo vellet liberari ab illa hora, qui ppterea venerat in illã horã? Aut quõ sic loquebat quasi quod nollet ei accideret, cũ potestatẽ habuerit ponẽdi aiam suã, & iterũ sumẽdi eã, nec eã quisquã tolleret ab illo, sed eã ipse poneret et resumeret, sicut in Euãgelio dicit? Sed pculdubio nos ĩ illis vocib. eramus, et caput p suo corpore loquebat, nõ disiũcta significatione vocis, vbi cõnexio nõ disiungit vnitatis.

Mat.25.

Mat.10.

2.Cor.4.

Ioan.10. Idẽ infra ĩ expo. psal.30.et 31.& ĩ To.8. ĩ expo. psal.21.

DENIQVE in psalmo sequitur, & orãs aduerte qd dicat, Et tu, ĩqt, extraxisti me de vẽtre, spes mea ab vberibus mris meę, i te iactatus sũ ex utero, de ventre mris meę deus meus es tu: tanq; diceret, de alia re & ab alia re in aliã rẽ me traiecisti, vt tu sis mihi bonũ pro terrenis bonis mortalitatis huius, quã in matris ventre fortitus sum, cuius vbera suxi. Hęc enĩ vetustas est de qua me tu extraxisti, & illa carnalis natiuitatis bona sunt, a quibus tu spes mea es. Inde enim ad te conuersus sum ex utero, id est ex ijs quę in utero inchoaui, In te iactatus sum, ad te scilicet transiens, totum me tibi committens. Ideoque de ventre matris meæ, id est de bo-

Christus qũo ex utero virginis extractus. CAP. XII.

nis carnis quã sumpsi in ventre matris meæ, deus meus es tu, vt de his tu sis bonũ meum: ea locutione dictũ est, ac si diceretur, verbi gratia, de terra cœlum habito, hoc est hinc illo emigraui: & ista nostra in illum transfigura tio est, qui per gratiam testamenti noui mutamus vitam, transeuntes de vetere ad nouam. Nam ille hanc rem sacramento suę passionis resurrectionisq; significans, carnem mutauit de mortalitate ad immortalitatem, Vitam vero non mutauit de vetustate in nouitatem, quę nunquam fuit in impietate vnde transiret ad pietatem. Quã quam non defuerunt qui hoc quod dictum est, De ventre matris meę deus meus es tu, ideo ad ipsum caput nostrum pertinere sentirent, quoniã pater intãtum est deus eius, inquantum homo est in forma serui, non inquantum illi æqualis in forma dei est, Ideo de ventre matris meæ deus meus es tu, ac si diceret, ex eo quod homo factus sum, deus meus es tu. Sed quid est, tu extraxisti me de ventre, si ad ipsum Iesum de Virgine procreatum refertur? quasi alios deus non extrahat, in cuius prouidentia est omnis ordo nascendi: an inde significare voluit partum virginis seruata virginis integritate mirabili, cum ait, Tu extraxisti me de vẽtre matris meę: vt quod illic mirabiliter factum est, cum deus fecisse dicitur, nemini incredibile videatur. Quid ergo est & illud, Spes mea ab vberibus matris meæ? Quomodo & hoc ad ipsum caput ecclesiæ referri potest, quasi spes eius quæ in deo est, a matris vberibus ei cœperit, non & ante in ipso Vtero? Neq; enim spes alia intelligenda est, nisi quia futurum erat vt deus eum exaltaret a mortuis. Totum hoc quippe secundum id quod homo factus est dicitur. An forte quia vbera fœminarum ab ipso conceptu in vbertatem promoueri perhibentur, sic intelligi voluit, ab vberibus, tanquam diceret, ex quo carnem sumpsi, cui carni fuerat speranda immortalitas: vt nõ ante spes ei esset cum in forma dei esset, in qua nihil in melius mutandum esset, sed ab vberibus matris, id est ab ipsa susceptione carnis quæ concipiebatur in spe, cuius spei res futura erat, cum ad immortalitatem de morte transiret. Sed quod dictum est, In te iactatus sum ex vtero, quomodo coaptari capiti possit, ignoro, quasi in vtero cum esset non in deo fuerit, in quo viuimus, mouemur & sumus, aut illius infantis anima rationalis, ex quo caro processit ex vtero, deum sperare cœperit. Nisi forte credẽdum est, iam nato animam rationalem accessisse, quę intra viscera matris adhuc ei defuisset. Et quoniam ea idem anima quæ carni iam natæ addita est deo inhærebat, ideo secundum eandem carnem dictũ esse existimandum est, In te iactatus sum ex vtero, tanquam diceret, eam

Transfiguratio noui testamẽti.

eam sortitus sum animam ex vtero quæ tibi cohæret. Sed quis audeat in hanc se temere præcipitare sententiam, cum ratio de aduentu vel exortu animæ in tanto naturæ profundo sic lateat, vt satius sit eam semper quęrere quandiu in hac vita sumus, quam aliquando inuenisse præsumere? Ex illa vero in seipsum transfiguratione nostra quemadmodum possent hæc accipi, dictum est. Si quid autem dici potuit conuenientius vel poterit, nullius præiudicamus ingenio, doctrinæ nullius inuidemus.

Quæstio de aĩæ origĩe difficilis.

Iam illud quod sequitur, Ne discedas a me, quoniam tribulatio proxima est, inde iam eminet, quemadmodum dictum est, Quare me dereliquisti. Quomodo enim dereliquit, cui dicitur, Ne discedas a me, nisi quia dereliquit vitæ veteris temporalem fœlicitatem? Rogatur autem ne discedat & deserat spem vitæ æternæ. Sed quid est, quoniam tribulatio proxima est, quasi ei passio adhuc immineret, cum ipse media passione ista dicere intelligatur, quæ de illo in hoc psalmo prophetata sunt, Hic enim dicturus est etiam, quæ in euangelio apertissime scripta sunt, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem: quod factum est cum iam penderet in ligno. Quid est ergo tribulatio proxima est, in qua media loquebatur? Sed nimirũ illud vult intelligi, quia cũ caro in doloribus est & in pœnis, profecto anima tunc habet magnum agonem patientiæ, in quo ne deficiat, laborandum & orandum est. Nihil est autem animæ sua carne propinquius, Ideo mundi huius quamlibet magnus perfectusq; contemptor, cum alibi patitur nihil patitur. Potest enim adhibere vigilem rationem cum amittit bona quæ extrinsecus sunt, et ab animo sapientis, qui ex cupiditate non hæret, sine dubio longe sunt, & non curare quod patitur, quia nec patitur. Cũ vero amittit præcipua corporis bona, id est corporis vitam ac salutem, iam tribulatio proxima est animi bonis, quibus ipse intus tanquam corporis est dominus, quid faciet qualibet ratione, vt non doleat cũ corpus vulneratur aut vritur, cui tanto implicatur consortio? vt pati possit, dolere non possit? Ideo & diabolus hũc nocendi ordinem tenens, illius magni viri quem postulauerat tentandum prius externa bona accepit in potestatem, quibus ablatis & perditis, cum illum incõcussum videret, dixerat enim, Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum: etiam carnem cruciandam vulnere postulauit, tali cum eo confligens certamine, vt bona proxima inuaderet, hoc est corporis bona quibus ille perditis si forte succumberet, atq; ad impietatem cor inclinaret,

Corporis bona et mala, aĩq; ppĩ qua, ob id vt illa patiẽter tolerẽmus orat nostr̃ seruator Xp̃s.

CAP. XIII.

Matth. 27.

Iob. 1.

clinaret, etiam bona animi deperirent, quibus perdendis iã in corpore læuiẽs vicinius tentator instabat. De nicp̃ ille vir qui in tanta animi tentatione erat, vbi erat animi bonis proxima tribulatio, quãuis multa prophetice loquatur, longe tamẽ loquitur aliter, quã cum illa externa bona deperissent in quibus filios non amiserat sed præmiserat. Clamat ergo martyris anima transfigurata in Christũ, cum iã in carne tribulari cœperit, & dicit deo a quo derelicta est in terrena felicitate, sed quæ cum illo est in spe vitæ æternæ, Ne discedas a me, quoniam tribulatio proxima est, non est in agro meo, non in auro, non in pecore, nõ in tectis atque parietibus, nõ in meorum orbitatibus, sed in carne mea est cui copulor, cui connector, cuius sensum non habere non possum, vnde me de proximo vrget, vt a patientiæ virtute nõ deficiã: ne discedas a me, qm̃ non est qui adiuuet, neque amicus, neq; propinquus, neq; humana laus, neque pterite recordatio voluptatis, neq; aliquid eorũ quo terrenę felicitatis ruina fulcitur, neq; ipsa quę in animo est meo humana virtus, ga si tu deseris, quę hoīs virtus?

Cor Christi, hoc est scripturarũ intellectus spiritu aperitur, et exponitur. CAP. XIIII.

Luc. 23.

Quid est enim homo, nisi quod memor es eius? Circundederunt me vituli multi, hoc est minores in plebe. Tauri pingues obsederunt me: hoc est superbi ac diuites principes plebis aperuerunt in me os suum clamantes, Crucifige crucifige. Quasi leo rapiens & rugiens rapuerunt eum, comprehensum adducentes ad præsidem, & rugierunt perendo eius mortem. Sicut aqua effusus sum, tanquã in me lapsi caderent persequutores mei: Dispersa sunt omnia ossa mea. Quid sunt ossa, nisi corporis firmamenta, corpus autem Christi ecclesia? Firmamenta ergo ecclesiæ qui, nisi apostoli, qui etiam columnæ alibi nuncupantur. Hi vtique dispersi sunt cum ad passionem ipse duceretur, vel cum esset passus & mortuus. Factum est ergo cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. Hoc sane quemadmodum capiti nostro ipsius corporis saluatori coaptetur, inuenire difficile est. Neque enim nisi magno pauore contingit, vt cor velut cera liquescat humanũ: quod vnde in illo fieri posset, qui potestatem habebat ponendi & recipiendi animam suam? Sed profecto aut infirmorum suorum in se transtulit causam, siue illorum qui metu mortis pauescũt, sicut ipse Petrus ex egregio prę sumptore tã creber negator effectus, siue illorum qui tristitia salubri contabescunt, sicut idẽ ipse Petrus cum amare fleuit. Nã et tristitia quasi soluit cor: vnde dicitur etiã

Apostoli firmamẽta, et omnę, & ossa ecclesię.

Ioan. 10.

Græce αὐκ quod hinc appellata sit αὐπὴ. Aut certe profundum sacramentum nos intelligere voluit, vt cordis sui nomine significaret scripturas suas, vbi eius vtique

vtique latebat consilium, quod tunc apertum est, cum ea quæ de illo prophetata fuerunt, passus impleuit. Solutæ sunt ergo scripturæ eius in iis quę perfecta sunt aduentu eius, natiuitate, passione, resurrectione, glorificatione. Quis enim iã ea non intelligit in prophetis? quãdo vsque ad intellectum etiã carnalis multitudins peruenerunt: quam fortasse significauit in medio ventris sui, vt in eius corpore quod est ecclesia, quasi vẽtris locum habeat carnalis & infirmior multitudo. Aut si ventris nomen magis interioribus competit, ad eos potius qui perfectiores sunt scripturarum intellectum pertinere monstratum est, cum cor eius, idest scripturę eius quę continent consilium eius, in medio eorum, hoc est in cogitatione eorum tanquam cera dissoluitur, hoc est feruore spiritus aperitur, disputatur, exponitur.

Christus in puluerẽ mortis nõ est deductus. CAP. XV.

EXARVIT velut testa virtus mea. Testa igne firmata est, sic & virtus corporis Christi non sicut fœnum igne consumitur, sed sicut testa passione velut igne firmatur. Vasa enim figuli probat fornax, sicut alio loco scriptura dicit, & homines iustos tentatio tribulationis. Et lingua mea adhæsit faucibus meis. Potest quidem silentium eius significatum videri, quod alius Propheta cõmendat cum dicit, Sicut agnus coram tondente fuit sine voce. Sed si linguam eius, eos in eius corpore quod est ecclesia intelligamus, per quos suum loquitur Euangelium: tunc eius faucibus adhærent, cum a præceptis eius non recedũt. Quod vero sequitur, Et in puluerem mortis deduxisti me: quomodo capiti coaptabitur, quãdoquidem corpus eius, quod tertia die resurrexit, non est vtique in puluerem dissolutum? Nec aliter exposuerunt apostoli, quod in alio Psalmo positũ est, Neque dabis sanctum tuum videre corruptionem: nisi quia eius caro non est corrupta, quæ tã celeriter resurrexit. Vnde item in alio Psalmo dicit, Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam? Hoc scilicet dicens, quod si eo modo quo & ceteri mortuus dimitteretur in puluerem, & caro eius resurrectioni vltimę seruaretur, nulla esset vtilitas in sanguine eius: quia nihil prodesset mors eius, nec annunciaretur veritas dei, quę illum continuo resurrecturum esse prędixerat. Quid sibi vult ergo quod hoc loco ait: Et in puluerem mortis deduxisti me? Nisi corpus eius accipiamus ecclesiam, in qua illi qui pro eius nomine passi sunt vel patiuntur, non ita vt ipse cito resurgunt, sed in mortis puluerem deducuntur, tunc resurrecturi, cum illud tempus venerit, de quo in Euangelio dicit, Veniet hora quãdo oẽs qui in monumẽtis sunt, audient vocem

Esa. 53.

Act. 2. Psal. 15. Psal. 29.

eius

eius & procedent. Aut certe tropice puluerem mortis ipsos Iudæos intelligi voluit, in quorum manus deductus est. Scriptum est enim: Non sic impii, non sic, sed tanquam puluis quem proiicit ventus a facie terræ.

Psal.1.

Christus vt sua caro resurgat Orat, hoc ē præ dicit, & vt eccle sia ab huius mū di potestate liberetur.

DENIQVE sequitur, Quoniam circūdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me: tā quam ipsos dixerit puluerem mortis in quem deductus est, quos dixit canes multos & concilium malignantiū, canes eos videlicet appellās, qui plerunque contra innocentes latrant, cum quibus non habent consuetudinem. Iam vero in ijs quæ subiungit tanquam Euangelium recitatur. Crucifixio quippe eius exprimitur in eo quod dicit, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me. Fossę sunt enim clauis manus & pedes eius, & cum extenderetur in ligno, quodammodo numerata sunt ossa eius. Considaratus est autem atque conspectus quid illi futurum esset, & vtrum veniret Helias & liberaret eum. Iam illud quod sequitur, nullius expositionis indiget: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Verba deinde quę sub texuntur, orantis sunt, tam in persona capitis, id est hominis mediatoris, quam ex persona corporis quod est ecclesia, quam dicit etiam vnicam suam. Tu autem domine, inquit, ne longe facias auxilium tuum: hoc ad eius carnem pertinet, cuius resurrectio non in longum est missa vt aliorum. In defensionem meam aspice: ne quid noceant inimici, qui sibi videntur aliquid potuisse carnem perimendo mortalem. Non autem nocent, si defendente gratia dei, non eis ad malum anima superata consentiat. Sic enim & alibi prophetatum est, Terra tradita est in manus impij: hoc est, caro terrena. Erue a framea animam meam. Framea, gladius est: nec vtique tali ferro Christus occisus est, sed cruce: nec latus eius gladio, sed lancea percusserunt. Transla to ergo verbo, frameam linguam dixit persequentium, sicut in alio Psalmo dicitur, Et linga eorum gladius acutus: vnde quia in eius carne lingua pręualuit malignorum, orat vt animæ nihil noceat, cum dicit, Erue a framea animam meam: vt hęc in prophetia oratio si ad caput corporis referas, non videatur velut indigentis petitio, sed potius rei futuræ figurata prędictio. Aut certe, quia corpus eius, hoc est ecclesia graues persequutiones fuerat perpessura: frameam dixit, qua maxime trucidati sunt martyres, vnde vult eorum animas erui, ne timeant eos qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt, & consentiant ad illicita. Aut etiam in ipsorum passionibus, inimicorum linguam frameam dicit

Psal.56.

Matth.10.

CAP. XVI.

dicit, vnde animam suam, hoc est animam corporis sui, animam sanctorum suorum vult erui. Quod autem sequitur, Et de manu canis vnicā meam: nihil aptius quā vnica ecclesia mihi videtur intelligi. Canem vero appellauit mundum, non ratione sed consuetudine contra insolitam veritatem latrantem. Hæc est enim cauū natura, vt cum quibus habent consuetudinem, siue illi bo ni siue mali sint, non ad eos latrent, insolitorum autem personis visis, etiam innocentibus, iritentur. Manu autem canis potestatem mundi significauit. Cuius etiā regnum infestum futurum corpori suo, id est ecclesię suæ, leonis nomine figurauit in eo quod adiunxit, Saluum me fac de ore leonis. Vnde est scriptum, Nihil interest inter minas regis & iram leonis: quanquā iet diabolum Apostolus Petrus leoni comparet rugienti & quærenti circūeundo quem deuoret. Superbosque huius mundi, Christianis humilibus aduersaturos ostendens, consequenter dicit, Et a cornibus vnicornium humilitatem meam. Ideo quippe in vnicornibus superbi intelliguntur, quia superbia odit consortium, & quantum in ipso est, solus cupit eminere omnis superbus.

Canis natura et manus qd ī scri pturis significēt.

Prouer.19.

1.Pet.5.

IAM nunc attende vbi sit fructus, vel quod derelictus est, ne exaudiretur pro terrena felicitate, non ad insipientiam, sed vt saperemus quid Noui gratia testamenti desiderare debeamus: vel quod nō est derelictus, sed exauditus in eo quod ait, Ne discedas a me: qui dixerat, Quare me dereliquisti: quod vtiq; contrarium est, nisi illud ad aliud, hoc ad aliud referatur. Attende & audi quantum sapis, hauri quantum capis, quantumcq; ipse rem tantam eloqui valeo, imo quantum tribuit ille qui nos exaudit, & in Christo in quantum homo mediator est inter nos & deum, & cum Christo inquantū deus est æqualis deo, & potens est facere, vt ait Apostolus, supra quam petimus aut intelligimus: vide in hoc Psalmo testamenti Noui gratiam, vide illius derelictionis, tribulationis, deprecationis fructum, quid agatur, quid insinuetur, quid mundetur, quid illustretur. Intuere quid legamus tanto ante prophetatum, quid iā cernamus impletum. Narrabo nomen tuum, inquit, fratribus meis, in medio ecclesiæ cantabo te. Fratres illius sunt de quibus in Euangelio ait, Vade & dic fratribus meis: ecclesia illa est quam modo dixit vnicam suā: hęc est vnica catholica quę toto orbe copiosa diffunditur quæ vsque ad vltimas gentes crescendo porrigitur. Vnde in Euangelio dicit, Et predicabitur hoc euangeliū in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet filius hominis. Quod autem ait, Cantabo: hoc est illud canticum nouum, de quo in alio Psalmo dicitur,

Cāticū nouum laus est dei.

CAP. XVII.

Ioan.26.

Matth.24.

Psal.95.

dicitur, Cantate domino canticũ nouũ, cantate domino omnis terra. Habes hic vtraque, ex quo cantico cantaturum se dixerit, & in cuius ecclesiæ medio: illud pertinet ad nouum canticum, hoc ad omnem terram. Ipse quippe cantat in nobis cuius gratia cantamus, sicut dicit Apostolus, An vultis experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus? Medium vero ecclesię ad eminentiam licet referas & ad ipsam manifestationem, quia omnia quanto clarius nota sunt, tãto magis in medio esse dicuntur: vel certe ad interiores ecclesiæ, quia interiora sunt media. Neque enim omnis qui labijs personat, cantat canticum nouum, sed qui eo modo cantat, aut Apostolus admonet dicens, Cantantes & psallentes in cordibus vestris domino. Intus enim est hoc gaudium, vbi vox laudis & canitur et auditur, quia voce laudatur qui gratis amandus est toto corde, tota anima, tota mente, amatoremque suum accendit in se gratia spiritus sui sancti. Quid enim aliud est canticum nouum, quam laus dei?

2.Cor.13.

Ephe.5. Deut.6. Matt.19.&.22.

A timore incipiendo deũ gratis amemus.

DENIQVE sequitur, & hoc euidentius demõstrat. Cum enim dixisset, Narrabo nomen tuum fratribus meis: quia deum nemo vidit vnquam, sed vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit, atque adiunxisset, In medio ecclesię cantabo te: quomodo cantauit, id est ga in nobis cantauit cũ proficimus in nomine quod narrauit fratribus suis: & quia laudem dei cantauit in nobis, continuo manifestauit, dicens. Qui timetis dominum, laudate eum. Quis autem veraciter laudat, nisi qui syncerter amat? Tantundem est ergo ac si diceret, Qui timetis dominum, amate eum. Dixit enim homini sicut scriptum est, Ecce pietas est sapientia: Porro pietas cultus dei est, nec colitur ille nisi amando. Summa igitur & vera sapientia est in præcepto illo primo, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Ac per hoc sapientia est charitas dei, nec diffunditur in cordibus nostris, nisi per spiritum sanctũ qui datus est nobis. Initium autem sapientię timor domini: & timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Proinde prœmissus timor in cor nostrum, pellit inde consuetudinem malorum operum & seruat charitati locum, qua tanquam domina veniente, vt illa insideat, abscedit. Ergo qui timetis dominum laudate eum, vt deum non seruiliter sed libere colatis, eum amare discite quem timetis, & poteritis laudare quod amatis. Timentes enim deum homines veteris Testamenti, propter literam terrentem & occidentem, nondum habentes spiritum viuificantem, currebant cum sacrificijs ad templum, & quanuis in figurã futuri

1.Ioann.4. Deut.6. Mat.19.&.22.

Rom.5.

Eccli.1. 1.Ioan.4.

Hies veteris testa. ex timor ad tẽplũ cũ sacrifi ciis currebant.

futuri sanguinis quo redẽpti sumus, tamen nescientes quid per eas prefiguraretur, cruentas victimas immolabant. Nũc vero in gratia Noui testamẽti, qui timetis dominũ laudate eũ. Ipse quippe in alio Psalmo, illa mutanda prænuncians, quæ tunc in vmbra futuri offerebãtur, Non accipiã, inquit, de manu tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et paulo post vt ostenderet sacrificium Noui testamenti, quando illo illa fuerant cessatura: Immola, inquit, deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et in fine eiusdem Psalmi: Sacrificium, inquit, laudis glorificauit me: & illic via est qua ostendam illi salutare meum. Salutare dei Christus est, quem infantem Simeon senex cum agnouisset in spiritu, eũq; sumpsisset in manus: Nunc dimittis, inquit, dñe seruum tuum secundum verbum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum.

Psal.49.

Luc.2.

Deus peccata p̃ dicit, supplicia minatur, & beneficia pollicẽ quorũ bñficiorũ filii promissionis sunt filii.

CAP. XIX.

QVI timetis ergo dominum laudate eum, vniuersum semen Iacob magnificate eum. Non vacat quod ei non sufficit dicere Semẽ Iacob, nisi adderet Vniuersum: non in solis eis intelligeretur, qui ex Israelitis fuerãt credituri. Semen Iacob ipsum est semen Abrahę: omnibus autem in Christũ credentibus, non solis qui ex Israel fuerant fideles Apostolus dicit, Ergo Abrahę semen estis secundũ promissionẽ hęredes. Ibi nãq; cõmemorauit præfigurationẽ Noui testamenti, in eo qđ scriptũ est, In Isac vocabitur tibi semẽ: nõ vtiq; in Ismahel ancillæ filio. In quibus duobus filijs Abrahæ seruo & libero, & duabus mulieribus, ancilla & libera, scribẽs ad Galatas, duo testamenta dicit in allegoria præfigurata. Vnde dicit: Nõ qui filii carnis, ii sunt filii dei, sed filii promissionis deputãtur in semine. Promissionis enim verbũ hoc est, Ad hoc tẽpus veniã, & erit Saræ filius. Multũ est & nimis longũ, diligenter enucleare cur filii promissionis pertinentes ad Isaac, Noui testamenti gratiæ deputentur. Breuiter tamen attingã, vnde tãto fructuosius cogitabis, quanto magis pie cogitaueris. Non omnia deus quę prædicit, promittit: prædicit enim etiã illa quę nõ ipse facit, quia est omniũ prescius futurorũ. Prædicit ergo & peccata hominũ, quæ potuit prescire non facere. Promittit autem quæ ipse facturus est, nec ea mala sed bona. Quis enim promittit mala? Quanuis itaque mala inferat, mala non peccata sed supplicia, minatur tamen ea potius quam promittit. Omnia largitur & prescit, sed peccata prædicit, supplicia minatur, beneficia pollicetur. Filii ergo promissionis, filii sunt beneficii. Hæc est gratia quæ gratis datur, non meritis operantis se miseratione donantis. Hinc gratias agimus domino deo nostro, quod est magnum sacramentum

Gal.4. Rom.9.

CAP. XIX.

mentum in sacrificio Noui testamenti, quod vbi & quã do et quomodo offerat cũ fueris baptizatus, inuenies.

Timor filialis ĩ intellectu gratię ineſt.

DEINDE sequitur & dicit, Timeat eum omne semẽ Israel, qui Iacob ipse & Israel unus homo erat habens duo nomina, non in paruo sacramento sed vno libro non possunt dici omnia, in quo iam multum progressi sumus, & nondum de alijs tribus quæstionibus aliquid diximus, hoc est de tenebris exterioribus, & latitudine & lõgitudine, altitudine & profundo, & de qnq; & qnq; virginibus. Quod ergo dixit supra, Vniuersum semen Iacob: hic consequenter ait, Omne semen Israel. Sed quare superius, Magnificate eum: & posterius, Timeat eum. Magnificatio laudi congruit: de qua dixerat, Qui timetis dominum, laudate eum: Vnde iam multa differui. Ibi quippe amor vel charitas dei perfecta foras mittit timorem. Cur ergo iterum timeat eum omnis Israel? Non enim accepistis, inquit Apostolus, spiritum seruitutis iterum in timorem. Sed idem Apostolus oleastro inserto in oliuam timorem præcipit, hoc est gentibus additis radici Abraham, Isaac, Iacob, vt & ipsi fierent Israel, id est pertinerent ad semen Abrahæ. Quam insertionẽ oleastri amputatis propter infidelitatis superbiã naturalibus ramis, etiam ipse dominus in Euangelio prædixit occasione illius Centurionis qui in eum ex Gentibus credidit. Tunc enim ait: Amen dico vobis non, inueni tantam fidem in Israel. Et adiunxit, Ideo dico vobis, quia multi ab oriente & occidente venient & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni ibũt in tenebras exteriores, illic erit ploratio & stridor dentium: ita significans inseri oleastrum propter humilitatem. Dixerat quippe ille centurio: Non sum dignus vt sub tectum meũ intres, sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. Confractionem autem ramorum naturalium propter superbiã, scilicet eorum qui ignorantes dei iusticiam & suam volentes constituere, iusticię dei non sunt subiecti. De ijs quippe vana elatione tumẽtibus dictum est, quod ibũt in tenebras exteriores, quia iactantes se de semine Abrahæ, semen Abrahæ fieri noluerunt, vt essent filij promissionis, quia fidem Noui testamenti non receperũt, vbi iustitiam dei contempserunt. & suam cõstituere volentes, id est tanquam de suis meritis & operibus præsidentes spreuerunt esse filij promissionis, hoc est filij gratiæ, filii misericordiæ, vt qui gloriatur, in domino glorietur, credens in eum qui iustificat impium: hoc est, qui ex impio facit pium, vt deputetur fides eius ad iustitiam, & impleatur in eo; non quod postulabat eius meritum, sed quod a domino promissum est beneficiũ.

CAP. XX.

1. Ioan. 4. Rom. 8.

Rom. 11.

Matth. 8.

Rom. 10.

1. Cor. 1. & 10. Rom. 4.

Cum

Cum ijs igitur agens Apostolus qui oliuæ per gratiam inserebantur: dicis, inquit, Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide sta, noli altum sapere, sed time. Dei est enim beneficium non meritum tuum: quo d & alibi dicit, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donũ est, nõ ex operibus, ne forte quis extollat. Ipsius enim sumus figmentum creati in Iesu Christo in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. In hoc itaq; intellectu gratiæ ineſt timor, de quo dicitur, Noli altum sapere, sed time. Timor autem iste alius est, non est ille seruilis quem charitas foras mittit. Illo enim timetur ne iudicetur in tormentum supplicii, isto autem ne admittatur gratia beneficii.

Rom. 11.

Timore casto, deum timeant.

QVAPROPTER quanuis fidelibus ad Nouum testamentum pertinentibus dicat Apostolus quod paulo ante commemorauí, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus, Abba pater: id est vt fides in nobis sit quæ per dilectionem operatur, non tam timendo pœnã quam amando iustitiã: tamen quia non fit anima iusta nisi participatione melioris qui iustificat impiũ, quid enim habet quod non accepit? non debet si bi tribuendo quod dei est, ita gloriari tanquã non acperit. Ob hoc enim dictũ est, Noli altũ sapere, sed time. Et timor iste præcipitur ijs etiã qui ex fide viuentes hęredes sunt Noui testamenti, atq; in libertatẽ vocati. Altum enim sapere, dictum est superbire. Quod alio loco econtrario satis ostendit, vbi ait: Nõ alta sapientes, sed humilibus consentientes. Ex hoc quod ait, humilibus consentientes: vtiq; aperuit nihil aliud se dixisse, alta sapientes, quam superbientes. Timor ergo nõ est in charitate, quia perfecta charitas foras mittit timorẽ, sed illum seruilẽ quo cum se quisq; ab opere malo abstinet, pœna terretur, non iustitia delectatur. Hũc charitas foras mittit, quam non delectat iniquitas, etiam si proponatur impunitas. Non illum quo timet anima, ne amittat ipsam gratiam, qua in illa factum est, vt eam nõ peccare delectet, quo timet ne deus eam deserat, etiã si nullis dolorum cruciatibus puniat. Hic timor castus est, non eum charitas eiicit, sed asciscit: de illo quoq; scriptũ est, Timor domini castus permanens in seculũ seculi: nequaquã istum diceret permanentem, nisi sciret aliũ qui non permaneret. Et bene istũ castũ dixit: hoc enim non caret amor quo anima inhæret Deo, quæ dicit in alio psalmo, Perdidisti omnẽ qui fornicatur abs te, mihi autẽ adhærere deo bonũ est. Nam & coniunx quæ adulterinũ animum gerit, etiam si timore viri nõ adulterium perpetrat,

CAP. XXI.

Rom. 8.

Rom. 4.

Psal. 18.

De Verbis apostoli ser. 13. 18. & 19. i To. 10.

perpetrat, tamen quod deest operi, ineſt uoluntati. Caſta vero aliter timet: nam & ipſa timet virum, ſed caſte. Denique timet illa ne vir infeſtus adueniat, iſta ne offenſus abſcedat. Non amanti enim preſentia viri moleſta eſt, amanti autem abſentia. Timore itaque caſto permanenti in ſeculum ſeculi, timeat deum omne ſemen Iſrael. Timeant quem diligunt, non alta ſapiendo, ſed humilibus conſentiendo, cum timore & tremore ſuam ipſorum ſalutem operando. Deus eſt enim qui operatur in eis & velle & operari pro bona voluntate.

3. Sen. diſt. 34. non potes.

Phil. 2.

Tenebrę exteriores quę.

CAP. XXII.

Rom. 10.

Tenebræ exteriores.

Matth. 8.

HAEC eſt iuſtitia dei, hoc eſt quod deus donat homini, cum iuſtificat impium. Hanc dei iuſtitiam ignorantes ſuperbi Iudęi, & ſuam volentes conſtituere, iuſticię dei non ſunt ſubiecti, hac ſuperbia dei ciuntur vt humilis in ſeratur oleaſter: & illi ibunt in tenebras, exteriores, de quibus inter alia requiſiſti, venientibus ab Oriente & Occidente multis qui recumbant cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum. Sunt enim modo in exteris tenebris, vnde correctio deſperanda non eſt, quam ſi cõtempſerint, ibunt in tenebras exteriores, vbi correctionis locus non erit, quoniam deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ: ſed lux cordis non iſtorũ qui in carne ſunt oculorum, nec omnino talis qualis huius lucis viſibilis phãraſia cogitatur, quã cũ & ibi eſt videre, ſed lõge aliter lõge diſſimiliter. Qualis enim lux eſt ipſa charitas, quis verbis explicet? Quis earũ rerũ quæ ſenſibus carnis ſubiacent vllo demonſtret exemplo? An forte lux non eſt charitas? Audi apoſtolum Ioannem: ipſe quippe dixit, quod modo commemoraui, Quoniã deus lux eſt, & tenebrę non ſunt in eo vllę. Qui rurſum dicit, Deus charitas eſt. Ac per hoc ſi deus lux eſt, & deus charitas eſt, profecto charitas lux ipſa eſt quæ diffunditur in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui datus ẽ nobis. Item dicit, qui odit fratrem ſuũ, in tenebris eſt vſque adhuc. Iſtæ ſunt tenebrę in quas diabolus & angeli eius multum ſuperbiendo progreſsi ſunt. Charitas enim non æmulatur, non inflatur. Ideo non æmulatur, quia non inflatur. Vbi enim precedit inflatio continuo ſequitur æmulatio, quoniam ſuperbia mater eſt inuidentiæ. Diabolus igitur & angeli eius a luce atque feruore charitatis auerſi, & nimis in ſuperbiam inuidentiamque progreſsi, velut glaciali duritia torpuerunt. Et ideo per figuram tanquam in aquilone ponuntur. Vnde cum generi humano diabolus incubaret, ventura gratia Saluatoris, dicitur in Cantico canticorum: Exurge Aquilo & veni Auſter, perfla ortum meum & fluent aromata. Exurge qui irruiſti, qui ſubditis incumbis, qui poſſeſſos premis. Exurge vt a

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 4.

1. Cor. 13.

Can. 4.

tuo pondere releuati erigantur, quorum animas premẽ do curuaſti. Et veni Auſter, inquit, ſpiritum inuocans gratiæ flantem de meridie, velut a parte feruida & lumi noſa, vt fluant aromota. Vnde Apoſtolus dicit: Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Hinc etiam dicitur in quodam Pſalmo: Conuerte domine captiuitatem noſtram ſicut torrens in Auſtro: captiuitatem ſcilicet qua ſub diabolo tanquam ſub Aquilone tenebantur, vbi abundante iniquitate friguerant, & quodammodo congelauerant. Hinc enim & Euangelium dicit: Quoniam abundabit iniquitas refrigeſcet charitas multorum. At vero flante auſtro glacies reſoluitur & torrentes fluũt, id eſt peccatis remiſsis, populi ad Chriſtum charitate concurrunt. Hinc & alibi ſcriptum eſt: Sicut glacies in fereno, ita ſoluentur peccata tua.

2. Cor. 2.

Pſal. 125.

Matth. 24.

Eccle. 3.

PROINDE rationalis creatura, ſiue in angelico ſpiritu, ſiue in anima humana, ita facta eſt, vt ſibi ipſa bonum quo beata fiat eſſe non poſsit, ſed mutabilitas eius ſi conuertatur ad incommutabile bonum, fiat beata: vnde ſi auertat, miſera eſt: auerſio eius vitiũ eius, & cõuerſio eius virtus eius eſt. Natura ergo nõ ẽ mala, quia creatura ſpiritus vita eſt rationalis, quæ etiã priuata bono cuius participatione beatificatur, id eſt etiã vitioſa, melior eſt eo corpore quod ſummum eſt in corporibus, id eſt hac lucę quæ ſentitur oculis carnis, quia & ipſa eſt corpus: omni autem corpore quælibet incorporea natura præſtantior, non mole, quia non niſi corporum eſt moles, ſed vi quadã qua ſupergreditur omnem phantaſiam quam volutat animus hauſtam de ſenſibus corporis. Sed quemadmodum in ipſis corporibus ea quæ inferiora ſunt, ſicut terra & aqua & ipſe aer, meliora fiunt participatione melioris, id eſt cum luce illuminantur & feruore vegetantur: ſic incorporeę creaturę rationales ipſius creatoris fiunt participatione meliores, cum ei cohærent puriſsima et ſanctiſsima charitate, qua omnimodo ſi caruerint, tenebreſcunt & obdureſcunt quodammodo. Proinde infideles homines tenebræ ſunt, qui per fidem conuerſi ad deum quadam pręmiſſa illuminatione lux fiunt. In qua proficiendo ſi ex fide ad ſpeciẽ peruenerint, vt id quod credunt etiam conſpicere, ſicut tantum bonum poteſt conſpici mereantur, perfectã recipient imaginem dei. Talibus enim dicit Apoſtolus: Fuiſtis aliquando tenebrę, nũc autẽ lux in domino. Porro diabolus & angeli eius, tenebræ ſunt infidelibus hominibus deteriores. Plus enim ab illa charitate auerſi, ĩ ſuum faſtum obſtinationemque progreſsi ſunt. Et quoniam extremo iudicio Chriſtus dicturus eſt eis quos ad

Exterę & exteriores tenebræ quæ.

CAP. XXIII.

Eph. 5.

Mat. 25.

sinistram discernet: Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius: his malignis spiritibus coniungendos simulque damnandos, dicet ituros in tenebras exteriores, id est in societatem pœnalem diaboli & angelorum eius. Huic pœne contrarium est quod bono seruo dicitur. Intra in gaudium domini tui: Vt quanto sunt istæ tenebræ exteriores, tanto sit lumen illud interius. Nõ hæc per locoꝝ interualla inani phantasmate cogitãda sunt: localia spacia non occupant, nisi corporum moles. Non est hoc spiritus vitæ, non est hoc anima rationalis, multominus deus omnium benignissimus conditor, & iustissimus ordinator. Volũtatibus & affectibus ista vel propinquare vel longe fieri, vel intrare, vel exire dicuntur. Sed quia malo opere, id est tenebroso delectantur facientes, sequutura est autem pœna quę torqueat, ideo dominus vbi dixit, Tenebras exteriores, addidit etiam: Ibi erit fletus & stridor dentiũ, ne talibus oblectationibus qualibus hic iniqui perfruũtur, quãdo insidelitate atq; iniustitia tenebrescunt, etiam in illo supplicio se, vsuros clementer existiment: quia enim volentes iniuste vtuntur bonis, iustè nolentes cruciabuntur malis. Vndè possunt etiã tenebræ exteriores intelligi pœnę corporales: corpus quippè est anima exterius: vt sint animæ mala quibus a charitatis luce auersa mẽs in peccatis oblectatur, exteræ tenebræ: corporis autem mala quibus æternis in finẽ torquebitur, exteriores tenebręs, quas solas timent qui seruili adhuc timore detinentur. Nã si eis liceret, in illis exteris quæ sunt in peccatis impune semper volui & inuolui, profectò nunquã vellent accedere ad deum & illuminari & inhærere illi per charitatem, vbi est timor castus permanens in seculum seculi: qui timor non cruciat, sed tenaciorem facit animã boni illius, quod si dimiserit, cadet.

Christi si ĩ tẽporalibus de relinquitur, confitet, hoc est de ogras agit. C. xxiiii. Idẽ sup. in pref. psal. 29.

TIMEAT eum omne semen Israel. Et vide causam quam coniungit: Quoniã non spreuit, inquit, neq; despexit precem pauperis. Pauperẽ humilẽ dicit: Hinc est nolli altum sapere, sed time: timeat ergo eũ omne semen Israel, quoniam non despexit eius precem, qui non altum sapuit sed timuit. Potest hoc et capiti coaptari, quia ipse saluator corporis propter nos pauper factus est cum dives esset, vt eius paupertate ditaremur. Ex forma enim serui pauper factus est, ex qua & precẽ fudit: in ea quippe humiliauit factus obediens vsq; ad mortẽ. Vide ergo quid dicat: Quoniam non spreuit neq; despexit precem pauperis, neque auertit faciem suam a me. Vbi est illud: Quare me dereliquisti, si non aduertit faciem suam ab eo: nisi quia & derelinquens non derelquit, quando in bonis temporalibus non exaudit, & non ad insipientiam

Philip. 2.

tiam nobis, sed vt sapiamus quid auferat & quid offerat nobis. Non, inquit, spreuit neq; despexit precẽ pauperis, neque auertit faciem suam a me: & cum clamarem ad eum exaudiuit me. Fecit ergo quod pauloante rogatus est, vbi eũ deprecans dixit, Nè discedas à me. Si enĩ exaudiuit, profectò fecit, non vtiq; discessit: non ergo dereliquit hoc modo qui alio modo dereliquit, vt sapere mus, quomodo magis non ab eo dereliqui velle debemus. Apud te laus mea. Quid ergo nocent qui tanquam victo insultant quod me in temporalibus dereliqueris? In ecclesia magna confitebor tibi, non quanta ista synagoga est quæ irridet mortem derelicti, sed in ecclesia magna diffusa per omnes gentes quæ credit in resurrectionem non derelicti. Hæc est vnica illa quam petit de manu canis eruí, de qua etiam pauloante dixit, In medio ecclesiæ cantabo tibi. Et nunc quod ait, Confitebor tibi. In eis vtique qui confitebuntur, in quibus & loquitur. Confessio autem non tantum peccatorum est, sed & laudis dei, sicut ipse in Enangelio: Confitebor tibi, inquit, pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapiẽtibus et prudẽtibus et reuelasti ea paruulis. Ideo sequitur, et dicit, Vota mea reddã coram timentibus eũ. Edẽt pauperes & saturabuntur & laudabunt dominum qui requirunt eum. Ipsi sunt paruuli de quibus dixit, Et reuelasti ea paruulis, timentes eum: & pauperes, id est humiles qui non alta sapiunt, sed timent timore illo casto, non quo pœna formidatur, sed quo gratia commendatur. Vota vero sua, sacrificium vult intelligi corporis sui, quod est fidelium sacramentum. Ideo cum dixisset, Vota mea reddam coram timentibus eum: cõtinuo subiunxit, Edent pauperes & saturabuntur: ipsi enim saturabuntur pane qui de cœlo descendit, qui ei cohærentes & eius pacem dilectionemq; seruantes imitantur eius humilitatem. Ideo pauperes in hac paupertate & saturitate præcipue apostoli claruerunt. Et laudabunt dominum, inquit, qui requirunt eum: intelligentes non meritorum suorum, sed illius esse gratiæ quod saturati sunt. Requirunt enim eum, quia nõ sunt ex eis qui sua quærunt non quæ Iesu Christi. Denicq; & si caro eorum qui eum laudant patitur temporalem tribulationẽ vel mortem, viuent corda eorum in seculum seculi. Hęc vita cordis non est in sensibus corporis, secreta est in luce quæ intus est, non in tenebris quæ foris sunt, in finẽ præcepti, nõ in initio peccati. Finis autem præcepti charitas est de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Charitas quæ non æmulatur, non inflatur, quia non altum sapit, sed timet, & ideo cohæret timore casto permanente in seculum seculi. Initium autem omnis peccati

Psal. 21.

Confessio alia Mat. 11. peccatorũ, alia vero laudis. Idem supra in exp. psal. 29. & in de verb. dñi ser. 8. ĩ T. 10. & sup Euan. Ioan. tract. 12. ĩ To. 9. vbi patefacit inũ operũ bonorũ esse confiteri peccata.

1. Tim. 1.

1. Cor. 13.

cati superbia, qua diabolus irreuocabiliter in exteriora progressus est, hominemque inuidendo & ei simile aliquid suadendo deiecit. Cui homini in quadam scriptura dicitur, Quid superbit terra & cinis? Q̃m in vita sua proiecit intima sua. In vita sua dictum est, tanquam in propria sua, & quasi priuata, qua delectatur omnis superbia.

Eccl. 10.

Longitudo, et latitudo, & altitudo, & profundum quid. CAP. XXV.

VNDE charitas in commune magis quam in priuatum consulens, dicitur non quærere quæ sua sunt. Hac viuunt corda in seculum seculi, tanquam saturata pane cœlesti. De qua saturitate ipse dicit, Nisi manducaueritis carnem meam & sanguinem meum biberitis, nõ habebitis vitam in vobis. Merito ergo istorum qui saturantur, viuunt corda eorum in seculum seculi. Vita enim Christus est qui habitat in cordibus eorum, interim per fidem, post etiam per speciem. Vident enim nunc in ænigmate per speculum, tunc autem facie ad faciem. Vnde ipsa charitas nunc in bonis operibus dilectionis exercetur, qua se ad subueniendum quaqua versum potest, porrigit, & hæc latitudo est: nunc longanimitate aduersa tolerat, & in eo quod veraciter tenuit, perseuerat, & hęc est longitudo: hoc autem totum propter adipiscendam vitam facit æternam quæ illi promittitur in excelso, & hęc altitudo est. Existit vero ex occulto ista charitas, vbi fundati & radicati quodammodo sumus, vbi causę voluntatis dei non inuestigantur, cuius gratia sumus salui facti, nõ ex operibus iusticię quę fecimus nos, sed secundum eius misericordiam. Voluntarie quippe genuit nos verbo veritatis, & hęc voluntas eius in abdito est. Cuius secreti profunditatem quodammodo expauescens Apostolus clamat, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientię dei quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Quis enim cognouit sensum domini? Et hoc est profundum. Altitudo quippe commune nomen est excelso & profundo. Sed cum in excelso dicitur, sublimitatis eminentia commendatur: cum autem in profundo, difficultas inuestigationis & cognitionis. Vnde & illud de deo dicitur, Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profundę factę sunt cogitationes tuę. Et iterum: Iudicia tua velut abyssus multa. Hinc igitur est illud apostoli quod requirendum inter cętera posuisti. Huius rei gratia, inquit, flecto genua mea ad patrẽ domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suę virtutem corroborari per spiritum eius, in interiori homine habitare Christũ per fidem in cordibus vestris, vt in charitate radicati & fundati per fidem prœualeatis comprehendere cum omnibus

Ioan. 6

Tit. 2.

Roma. 11.

Pſal. 91.
Pſal. 35.
Ephe. 3.

omnibus sanctis, quæ sit longitudo & latitudo, altitudo & profundum: scire etiam supereminẽtem scientiam charitatis Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem dei.

ATTENDE omnia diligenter. Huius rei, inquit, gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. Quęris, cuius rei gratia: hoc supra dixerat, Propter quod peto nõ infirmari in tribulationibus meis pro vobis. Hoc ergo eis optat vt non infirmentur in tribulationibus apostoli, quas pro illis sustinebat, & propter hoc genua flectebat ad patrem. Proinde non infirmari vnde illis sit, sequitur & dicit, Vt det vobis secundum diuitias glorię suæ virtutem corroborari per spiritum eius. Hę sunt diuitiæ de quibus dicit, O altitudo diuitiarum. Abditas enim habet causas, vbi nullis meritis præcedentibus quid habemus quod non accepimus. Deinde sequitur, & quid optet adiungit: In interiori, inquit, homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Hæc est vita cordium qua viuimus in seculum seculi, ab initio fidei vsque ad finem speciei: vt in charitate, inquit, radicati & fundati prœualeatis comprehendere cum omnibus sanctis. Ista est communio cuiusdam diuinæ celestisque reipublicæ, hinc saturantur pauperes, non sua quærentes, sed quę Iesu Christi, id est non commoda priuata sectantes, sed in commune vbi salus omnium est consulentes. Nam de ipso pane quo tales saturantur, quodam loco Apostolus dicit, Vnus panis vnum corpus multi sumus. Quid ergo comprehendere[t] quæ sit, inquit, latitudo, sicut iam dixi, in bonis operibus, quibus beneuolentia porrigitur vsque ad diligendos inimicos: & longitudo, vt longanimitate pro hac latitudine molestiæ tolerentur: & altitudo vt pro his æternum quod in supernis est præmium, non vanum aliquid aut temporale speretur: & profundum vnde gratuita gratia dei secundum secretum & abditum voluntatis eius existit. Ibi enim radicati, ibi sumus fundati: radicati propter agriculturam, fundati propter ędificationem, quę quoniam non est ab homine, dicit alio loco idem Apostolus, Dei agricultura estis, dei ædificatio estis. Hoc totum agitur cum in hac nostra peregrinatione fides per dilectionem operatur. In futuro autem seculo perfecta & plena charitas sine vlla malorum tolerãtia, non fide credit quod non videt, nec spe desiderat quod non tenet, sed in æternum veritatis incommutabilem speciem contemplabitur, cuius sine fine quietum opus erit, laudare quod amat, et amare quod laudat. De hac sequẽter dicit, Scire etiã supeminentẽ scientiam cha-

Gratia noui testamẽti quõ īst gura crucis

Ephe. 3.

describitur. CAP. XXVI.

Roma. 11.

Phil. 2.

Idẽ sup. Euang. Ioã. tract. 123. i Tom. 9.

1. Cor. 10.

1. Cor. 3.

ritatis Christi, vt impleamini in omnẽ plenitudinẽ dei. In hoc mysterio figura crucis ostenditur: qui enim quia voluit mortuus est: quo voluit mortuus est. Nõ frustra igit̃ tale genus mortis elegit, nisi in eo quoq; latitudinis huius et lõgitudinis et ãltitudinis et pfũditatis magister existeret, Nã latitudo est i eo ligno qđ trãsuersum desuper figit̃. Hoc ad bona opera ptinet, quia ibi extenduntur manus. Lõgitudo i eo qđ ab ipso ligno vsq; ad terrã conspicuum est: ibi enim quodammodo statur, id est persistitur & perseueratur, quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte, quæ ab illo quod transuersum figitur, sursum versus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi, qa bene sperantiũ supna expectatio est. Iã vero illud ex ligno quod non apparet quod fixum occultatur, vndè totum illud exurgit, profunditatem significat gratuitæ gratiæ: in quo multorum ingenia conterun

Rom. 9. turid vestigare conantia, vt ad extremum eis dicatur, O homo tu quis es qui respõdeas deo? Viuent ergo corda saturatorum pauperum in seculum seculi, hoc est humilium charitate flagrantium, non sua quærentium, sed sanctorum societate gaudentium. Hoc primitus in Apostolis factum est, Sed laudando deum, id est prædicando gratiam dei, quoniam dictum est: Laudabunt dominum qui requirunt eum: quid populorum acquisierint, in eo quod sequitur vide.

Diuites, & pauperes in Euangelio quales.

COMMEMORABVNTVR, inquit, & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ: & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium. Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Ille irrisus, ille crucifixus, ille derelictus hoc regnum acquirit: & tradet in fine deo & patri, nõ vt ipse amittat, sed qđ in fide seminauit cum venit minor patre, hoc perducat ad speciem in qua æqualis non recessit a patre. Mandu

CAP. XXVII. cauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ: diuites terrę superbos intelligere debemus, si recte superius pau

Matth. 5. peres humiles intelligebamus, de quibus in Euãgelio dominus dicit, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est regnum cœlorum. Ipsi enim sunt mites, lugentes, esuriẽtes, & sitientes iusticiam, misericordes, mundi corde, pacifici, & qui persequutionem patiuntur propter iusticiã, quibus prædicationibus singillatim beatitudinem adiũxit. Contrà ergo diuites terræ hoc loco superbi intelligendi sunt. Neq; enim frustra ità distincti sunt, vt de pau

Psal. 21. peribus supra diceretur, Edent pauperes & saturãbuntur: hic verò, Manducauerunt et adorauerunt omnes diuites terrę: & ipsi quippè adducti sunt ad mensam Christi, & accipiunt de corpore & sanguine eius, sed adorãt tantum non etiam saturantur, quoniam non imittantur.

tur. Manducãtes enim pauperem, dedignantur esse pau 1. Pet. 2.
peres: quia Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum vt sequamur vestigia eius. Veruntamen quod humiliauit semetipsum factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, aspernantur diuites, & similia perpeti respuunt, timore non magnitudine, in firmitate ergo non sanitate. Sed quia Deus excitauit eũ Phil. 2.
a mortuis, & donauit ei nomen quod est super omne nomẽ, vt in noĩe Iesu flectatur omne genu, cœlestiũ, terrestriũ et infernorũ: fama celsitudinis eius, et gloria nominis eius in ecclesia usquequaq; diffusa, pmotis te ipsi veniũt ad mensam, mãducant et adorãt, nõ tamen saturãtur, quia non esuriunt & sitiunt iusticiam. Tales enim saturabuntur, quãquam perfecta saturitas in illa vita æ- 1. Cor. 13.
terna erit, cum ex ista peregrinatione venerimus ex fide ad speciem, ab speculo ad faciem, ab ænigmate ad pspicuã veritatẽ: non tamẽ inconuenienter saturatus dicitur paupertate Christi, qui pro iusticia eius, hoc est pro participatione verbi æterni quam inchoauit interim fide, omnia temporalia non solum temperanter contemnit bona, verum etiã patienter sustinet mala. Tales fue- 1. Cor. 1.
runt piscatores & publicani, quia abiecta huius mundi elegit, vt confunderet fortia. De his dictũ est: Edent pauperes & saturabuntur. Sed quia istam saturitatem non apud seipsos tenuerunt, quodãmodo enim ructantes dominum laudauerunt, id est prædicauerũt quærentes eũ non sua quęrentes, sed in eum charitate flagrantes, eorum prædicatione commotus est mundus vt commemorarentur & conuerterentur ad dominum vniuersi fines terræ: & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentiũ. Q̃m domini est regnũ & ipse dominabitur gentium. Hac ecclesię dilatatione etiã superbi, id est diuites terrę adducti sunt & manducauerunt, & quãuis non saturati tamen adorant. Hunc quoq; ordinem prophetia Psalmi hoc loco tenuit quem videmus impleri. Adiungit autem, In conspectu eius procidẽt omnes qui descendũt i terrã, id est omnes bona amãdo terrena, nõ in cœlũ ascendũt. Nõ enim faciũt qp ait Apostolus: Si resurre Collo. 3.
xistis cũ Christo, quæ sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quę sursum sunt sapite, nõ quę super terram: sed potius quanto sibi bonis terrenis feliciores videntur, tanto magis in terram descendunt, hoc est in terrena deprimuntur. Et ideo in conspectu eius procident, id est vbi ipse videt, non vbi homines vidẽt qui eos excelsos sublimesque arbitrantur.

ET anima, inquit, mea ipsi viuet. Ipsi utique non si- Viuẽdũ in xp̃o.
bi, sicut superborum priuato bono suo lætantium, & a CAP. XXVIII.
communi omnium bono, quod deus est, inani elatione resilientium

resilientium. Hoc vtique deuitemus, & communi potius vero omnium bonorum perfrui, quam priuato nostro gaudere quæramus: vt qui viuit, iam nō sibi viuat,
2.Cor.5. sicut ait Apostolus: sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit: pro hoc enim mediator effectus est, vt nos reconciliet deo per humilitatem, a quo per impiā superbiam longe recesseramus. Neque enim tantum illud
Eccl.10. scriptum est quod supra posui, Initium omnis peccati superbia. Sed etiam hoc ibi legitur, Initium omnis superbiæ, homines apostatare a deo. Non ergo sibi viuat quisque, sed Christo, faciens non suam sed ipsius voluntatem, & manens in eius charitate, sicut & ipse fecit voluntatem patris, & manet in eius charitate. Hæc quippe nos admonēs & exemplo suo exhortans, in Euangelio suo loquutus est. Si autem ipse cum in forma dei æqualis esset patri, tamen per formam serui quam propter nos accepit, non suam voluntatem, sed patris se facere commendauit: quanto magis nos propria priuataq; nostra voluntate contempta qua tenebrati sumus, ad illud commune lumen Vt illuminentur vultus nostri, & non erubescant, debemus accedere, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,
Matth.13. Vt anima nostra ipsi viuat. Hoc enim de nobis consequenter adiungit cum dicit, Et semen meum seruiet illi: quoniam qui seminat bonum semen, filius est hominis, bonum autem semen hi sunt filii regni.

Orandū quare. CAP. XXIX. HAEC porro omnia quæ in Psalmo isto dicta sunt, quia non ad præsens tempus sed ad futurorum prophetiam pertinebant: sicut etiam ipsis rebus apparet, sic eū concludere voluit, vt ostenderet se non præsentia demonstrare, vel narrare præterita, sed futura prophetare. Annūciabitur, inquit, domino generatio vēntura, & annunciabunt cœli iustitiam eius populo qui nascetur,
4.sen. dist.45.c. sed forte. quem fecit dominus. Non ait, Annunciabitur dominus generationi venturę, sed annunciabitur domino generatio ventura. Quod non sic accipiendum est, tanquam ne scienti aliquid annuncietur vt sciat, sed sicut annuciant
Angeli nō solū nobis annūciāt beneficia dei, verū etiā illi preces nr̄as. angeli, non solum nobis beneficia dei, verum etiam illi preces nostras. Nā scriptum est vbi angelus hominibus dicit, Ego obtuli memoriam orationis vestræ: non
Tob.12. vt tunc deus nouerit quid velimus, vel quo indigeamus, Nouit enim pater vester, ait dominus, quid vobis
Mat.6. necessarium sit prius quam petatis ab eo: sed quia necesse habet rationalis creatura obtemperans deo, temporales causas ad æternam veritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quod faciat, qui pius mentis affectus est, vt ipsa construatur, non vt Deus instruatur. Nam & hæc quædam contestatio rationalis creaturę

creaturæ est, quod non sibi ipsa sit bonum quo beat fiat, sed illud incommutabile cuius participatione etiam sapiens efficitur. Siue ita dictū est, Annunciabitur domino generatio ventura: ac si diceretur, domino placebūt qui annunciabunt non sibi, ut ita sit domino annūciare, sicut est domino viuere. Sic dictū est, Qui manducat, domino manducat: & qui non māducat, domino nō māducat. Ad hoc quippe addidit, Et gratias agit deo, vt ostēderetur quid esse, domino facit, id est i eius laudē facit. Tunc enim recte, tunc iuste, tunc pie fit, cū opus bonū in eius laudem fit, cuius gratia donatur vt fiat: Ac per hoc etiam si eo modo quispiam hæc verba itelligere velit, vt eorum iste ordo sit, Annunciabitur domino generatio ventura: id est generatio annunciabitur quę domino ventura est, generatio scilicet piorum atque sanctorum, quia impiorum & sceleratorum generatio non domino, sed sibi Ventura est: ab eadem significatione non receditur, qua intelligatur animæ participatio in idipsum, id est rationalem creaturam, cum sit mutabilis, non fieri beatam nisi a proprio suo mutabili ad immutabile bonum, idemque commune quod deus est, a quo superba impietate abstitit, humili pietate conuersa subsistat. In quo affectu proficiens, quicquid boni facit domino facit, hoc est in eius laudem, cuius gratiam percepit vt faciat, vnde est actio gratiarum, quæ intimo fidelium mysterio celebratur.
Rom.2.14.

Fide, & non ex operibus iustificamur. CAP. XXX. ILLVD autem quod sequitur, Et annunciabunt iusticiam eius populo qui nascitur, quem fecit dominus: superioris sensus confirmatio est. Nam quod ibi dictum est, Annunciabitur domino generatio Ventura: hic est dictum, hæc annunciabit iusticiam eius. Ipsa quippe generatio quæ ventura prophetata est piorum atque sanctorum, iustitia dei est, non ipsorum: ne sint ex illis qui ignorantes dei iustitiā, et suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Illa nanque iustitia dei commendatur in eo quod dicitur, Ignorantes dei iusticiam, quā nos ex eius gratia iusti sumus: vt ipsa dei iusticia nos simus cum iuste viuimus, credentes in eum qu iustificat impium: non illa qua ipse iustus est æterna sua & incommutabili iusticia. Hæc itaque iusticia qua nos dei munere iusti sumus, significatur in Psalmo illo vbi scriptum est: Iustitia tua sicut montes dei. Montes quippe dei, sancti eius sunt:
Rom.10.

Mōtes dei sācti. Psal.35. de quibus alibi dicitur, Suscipiant montes pacem populo tuo. Et multa de his montibus scripta sunt figurata loquutione, quę commemorare nunc longum est. Sed quia hoc ipsum quod deus iustificat homines, nimis occulto iudicio facit, quoniā gratuita gratia, Si aūt gratia,
Psal.71. Rom.11.

Deus fide nos iustificat, quam opa nō præcedūt, is sequunt idē infra i pref. psal. 31. & i de spiritu et lra c. 26. in. 3. To. horum opuscul.

tia, non ex operibus, alioquin gratia iam non esset gratia: ex hoc quippe incipiunt opera bona ex quo iustificamur, non quia præcesserunt iustificamur: & hoc est profundum, de quo superius iam multa diximus: continuo in eodem psalmo cum dixisset, Iustitia tua velut montes dei: subiunxit, Iudicia tua velut abyssus multa. Inde venit ad salutem hominibus iumētisq; commu

Rom. 8.

nem, quia & ipsa ex misericordia dei est: & dicit, Homines & iumenta saluos facies domine, sicut multiplicata est misericordia tua deus. Vt hinc intelligamus etiā illā salutem sempiternam & immortalem, de qua dicit apostolus, Spe enim salui facti sumus: similiter ut istam quæ

Eph. 2.

hominibus iumentisq; communis est, gratis nos accipere non ex operibus, ne forte quis extollatur, quia opera sua ex ipsius iustificatione operamur. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus bonis quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. Et illa salus ergo gratuita est, de qua in alio Psalmo dicitur,

Psal. 3.

Domini est salus, & super populū tuum benedictio tua. Sicut ergo quod legitur, Domini est salus: non ea salus intelligitur qua dominus saluos est, sed qua salui sunt quos ipse saluos facit: sic cum legitur dei iustitia, in eo

Rom. 10.

quod scriptum est, Ignorantes dei iusticiam, & suam uolentes constituere: non est illa intelligenda qua deus iustus est, sed qua iusti sunt homines quos gratia sua iustificat. Inde enim salui vnde iusti, quoniam quod ait,

Matt. 9. Tit. 3.

Nō est opus sanis medicus, sed male habentibus: exposuit in consequentibus, dicens: Non veni vocare iustos sed peccatores. Non igitur secūdum opera iustitiæ quę nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. In qua gratia spe salui facti sumus. Vnde in illo Psalmo subiūgitur, Filii autem hominum sub tegmine alarū tuarum sperabūt, Inebriabunt ab vbertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos: quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, Prætende misericordiā tuā scientibus te, & iustitiā tuam ijs qui recto sunt corde. Huic igitur iusticiæ dei contraria superbia est, qua fiditur tāquā de operibus proprijs: ideoq; ibi sequitur, Non veniat mihi pes superbię. Hæc iusticia dei, qua eius fide iusti sunt interim viuentes ex fide, donec perfecta iustitia perducantur ad speciem, sicut salute perfecta, etiam ad ipsius corporis immortalitatem, gratia

2. Cor. 5.

Noui testamenti. Vnde alio loco dicit Apostolus: Pro Christo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliari deo: ac inde subiungit, Eum qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit: id est, sacrificium pro peccatis. Nā & ipsa

& ipsa in lege peccata appellabantur, quæ pro peccatis offerebantur, Vt nos simus iusticia dei in ipso: id est, in eius corpore, quod est Ecclesia, cui caput est. Nos sumus iustitia dei, quam ignorantes illi & suam volentes cōstituere: id est, tanquam de suis operibus gloriantes, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Inde & in hoc Psalmo cum dixisset, Annunciabunt iustitiam eius: sequitur & adiungit, Populo qui nascetur quē fecit dominus. Quis est enim iste populus quem non fecit dominus, secundū id quod homines sunt, qui et iam pecora creauit, a quo est omnis vita, omnisque facta & creata natura? Sed ita intelligendum est, Quem fecit dominus: vt non solum homines sunt, verum etiam ꝙ iusti sunt ab illo facti intelligantur, secundum illud quod iam nō semel commemoraui ab apostolo dictum, Ipsius enim figmentum sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis, quę præparauit deus vt in illis ambulemus.

Rom. 10.

Eph. 2.

Gratuita miseri cordia sanamur & quę sapiētes & quę fatuæ sunt virgines. CAP. XXXI.

ANIMAE igitur rationalis mutabilitas admonet, quo nouerit nisi participatione incommutabilis boni, iustam, saluam, sapientem, beatam se esse non posse, nec sibi eam bonum esse posse propria volūtate sed malū. Propria quippe voluntate auertitur a bono incommutabili, eaq; auersione vitiatur, nec sanari per seipsam potest, sed gratuita misericordia sui creatoris, quæ in hac vita eam ex fide viuentem in spe constituit salutis ęternæ: Vnde non altum sapiat, sed timeat: eoque timore casto, inhæreat deo, qui eam a propria immundicia qua inordinate bona inferiora dilexit, velut a quadam fornicatione spiritali mundauit: nec humanis laudibus extolliatur, nec sit in virginibus stultis aliena laude læ-

Virgines fatuę.

tātibus (hoc enim de quæstionibus tuis restat extremū) & propter ipsam inanem laudem, non propter conscientiam suam, vbi illis testis est deus, bona operantibus: sed

1. Cor. 1.

sit in virginibus sapientibus, vbi dicat quod ait Apostolus, Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostrę. Hoc enim est oleum ferre secum, non a vendentibus emere, hoc est ab adulantibus. Adulatores nanque laudem suam tanquam oleum venditant stultis. De hoc

Psal. 14.

oleo dicitur in Psalmo: Emendabit me iustus in misericordia & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. Elegit a iusto misericorditer reprehendi, & quodammodo colaphizari, quam vt ei caput in superbiam crescat peccatoris adulatione laudari. Irridentium quippe responsio mihi videtur, cum eis asapientibus virginibus dicitur, Ite potius ad vendentes & emite vobis: sicut in quodam libro Sapientiæ scriptum est, vbi cōtemptoribus dicit, Et ego perditioni vestræ superridebo. Illa autem responsione qua petentibus

Prouer. 1.

bus oleũ dictũ est, Ne forte non sufficiat nobis: nõ despe
rãter, sed humiliter dictũ est. Quis enim sic præsumat de
cõscientia sua, vt certus sit eã sibi in iudicio dei posse suf
Iac.2. ficere, niſi misericors misericorditer iudicet? Iudicium
enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam.
Matth.5. Ipsę autem sunt lampades accensę, opera scilicet bona,
de quibus dominus dicit, Luceant bona opera vestra,
& glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Huc
Idẽ super Ioã. usque pertendit intentio virginum sapientium, vt
trac.4.&.123. ideo velint videri ab hominibus opera sua bona, non
in Tom.9. quo ab eis laudentur ipsæ, sed vt glorificetur Deus a
quo illis est quod bene operantur: ac per hoc interiori
bono gaudent, quod est coram deo, vbi eleemosynam
in occulto pater qui videt in occulto reddat. Et ideo nõ
deficiũt lampades, quia interiori oleo vegetantur, id est
intentione bonę conscientię, qua corã deo fit in eius glo
riam, quicquid coram hominibus in bonis operibus lu
cet. At verò stultarum virginum hoc oleum non se
cum portantium deficiunt lampades, id est non perseue
ranter bona opera lucent, cum laus humana fuerit sub
tracta, propter quam illa faciebant, hucusque intentio
nem suam perducentes vt viderentur ab hominibus,
non vt glorificaretur pater qui in cœlis est: quæ inten
tio perennis est gloriæ, qua nouit anima deo se debere
Pſal.33. quod iustificata est ad facienda bona opera, & ideo in il
1.Cor.1.&.10. lo non in se laudari amat. Vnde alibi homo Dei cantat,
in domino laudabitur anima mea, vt qui gloriatur, in
domino glorietur.

Dormitio pro morte. SED quid est quod in eadem Euangelij lectione scri
ptum est, Omnes sponso tardante dormisse? somnũ istum
CAP. XXXII. si intellexerimus, quod velut tardante iudicio, ad quod
faciendum venturus est Christus abundante iniquitate
charitas refrigescit, quomodo ibi ponemus virgines sa
pientes, cum potius in illis sint de quibus dicitur, Qui
Matt.24. autẽ perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit? Dictũ
est ergo dormierunt omnes: quia non tantum stulti, qui
propter humanam laudem bona operantur coram homi
nibus, verum etiam sapientes, qui hoc propterea faciunt
vt laudetur deus, experiuntur istam mortem. Ex vtroq;
enim genere moriuntur. Et ista mors sæpe in scripturis
dormientium dicitur, propter futuram resurrectio
nem velut euigilationem. Hinc Apostolus dicit,
1.Theſ.4. 1.Cor.15. De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres: &
alio loco, Ex quibus plures manent vsque adhuc qui
dam autem dormierunt. Et alia innumerabilia in hoc
testimonia aperte per scripturas Vtriusque testamenti
Maro. reperiuntur. Vnde & ille ait,

Consanguineus lethi sopor. Et si aduertas, multa

multa inuenies etiam in secularibus literis vbi mors
somno comparatur. Significauit ergo dominus futurum
esse tempus, quo inter tribulationes & tentationes se
culi huius iam iamque eius expectaretur aduentus, tan
quam propinquus atque imminens, ad quem se prę
parent qui in eius familia videntur. Hoc est enim quod
ait, exisse obuiam sponso & sponsæ. Sponso quidem
filio dei: sponse autem, siue quia in eo corpore ventu
rus est quod sumpsit ex Virgine, siue quia ipsa Ecclesia
tunc clarior apparebit, vt ad vniuersi corporis congre
gationem membra concurrant, quibus concurrenti
bus, eius magnitudo monstrabitur.

Quare sapientes virgines laudãdæ & stultę par ui pendendę. CAP. XXXIII. VIRGINES propter continentiam nuncupauit. Decem vero, id est quinque & quinq;, propter numerũ quo censentur corporis sensus, in quibus habitat conti nentiam cum a voluptatibus turpibus & illicitis absti netur. Lampades sicut dictum est, bona sunt opera, ma ximeque ad misericordiam pertinentia, & ipsa quæ etiam coram hominibus lucet laudabilis conuersatio. Sed magni interest, qua mentis intentione fiant: ideo di cit alias sapientes, stultas alias. Sed hinc eas discernit q; stultę non sumpserunt oleum secum, sapientes autem acceperunt oleum secum in vasis suis, hoc est in cordi bus suis, vbi fit ipsa participatio intimi ac superni boni. Vnde in Psalmo quodam, cum dictum esset, Sacrifi
Pſal.4. care sacrificiũ iustitię, & sperate ī domino, multi (i)quit) dicunt quis ostendit nobis bona? Deinde vt manifesta ret cuius boni amore debeamus operari iusticiã, hoc est, sacrificare sacrificiũ iusticiæ & sperare: Signatũ est, ingt, in nobis lumen vultus tui domine, dedisti lętitiã in cor de meo. Cuius boni aliquantum participati, & plenius perfectiusque participandi intentione qui bene operatur, & laudabiliter etiam in conspectu hominum conueriatur, habet oleum secum, quo bona opera eius etiã in conspectu hominum lucentia non extinguantur: quia non in eo charitas refrigescit abundante iniquita te, sed perseuerat vsque in finem. Hoc oleum stulte vir gines non habent secum, quoniam sibi tribuendo, si quid boni operis faciunt, necesse est inflentur superbia, & propter hoc vitium sic laude delectentur humana, vt eius gaudio si quid boni agunt feruere & lucere videantur.

Bonæ virgines ꝺ bonitate dei, & malę de pro priis operibus gloriãtur. CAC. XXXIIII. TARDANTE autem sponso dormierunt omnes. Non enim tunc veniet cum speratur, sed media nocte cum valde obscurum, id est occultũ erit, an veniat. Vn de dicit, media nocte clamorem factum, Ecce spon sus venit, exite obuiam ei. Nimirum clamor iste ipse est tuba illa quam commemorans Apostolus di cit,

1.Cor.15. cit,Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti:tu bę nomine aliqđ euidētissimū et p̄clarissimū signū Vult intelligi,Quā vocē archangeli & tubā Dei alio loco dicit,Quæ etiam vox ipsius domini Iesu Christi in Euangelio dicitur, quam audient ij qui in monumentis sunt & procedent.Surgunt ergo omnes virgines illæ et sapientes & stultę,& aptant lampades suas,id est rationē præparant reddere de operibus suis.Sed tūc in illius clamoris euidentia & resurrectione mortuorū,quia nulla erit dubitatio iam instantis p̄sentisque iudicij , subtrahetur omne solatium laudis humanę . Neque enim vacabit de alio disceptare, vel de alio iudicare,aut gratificari atque suffragari alteri quando vnusquisquę proprium onus portabit,& de suorum factorum redenda ratione cogitabit:ac per hoc feretur animus quidem virginum stultarum consuetudine propria,sed non inuentis laudibus humanis deficiet. Necq; enim germanitus dixerūt,

1.Thes.4. Ioan.5.

1.Corin.4.

Psal.21. Psal. 33. Rom.10. Apud te laus mea:vel,In domino laudabit anima mea: aut,In domino gloriatæ sunt,cum ignorantes dei iusticiam,suam iusticiam constituerent :ac per hoc petunt a sapientibus oleum,hoc est aliquam consolationem nec inueniunt nec accipiunt,illis respondentibus se nescire,vtrum sibi sufficiat ipsa conscientia qua expectāt misericordiam sub illo iudice,qui cum in throno sederit, quis gloriabitur castum se habere cor,aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato,nisi superexultet misericordia iudicio:quę super eos erit,qui misericordiæ opera illa intētione fecerunt , ut eorum misereretur a quo se sciebant accepisse quod habebant: nec gloriabantur quasi non acceperint,sed per ipsos habuerint quod placebant,sicut stulti qui & sibi placent tanquam de bono a se sibi parato,& ab adulantibus vel errātibus ita laudantur ac si ipsi sint aliquid. Qui autem putat se esse aliquid,cum nihil sit sicut dicit apostolus,seipsum seducit.

2.Corin.4. Opus autem suum probet vnusquisque,& tunc in seipso tantum gloriam habebit,& nō in altero: hoc est portare oleum secum,non ex aliena laude dependere. Sed quam gloriam in se habebit,nisi eam cui dicitur,Gloria mea & exaltans caput meum:vt quod sæpe dicendum

1.Cor.1. &.10. est,qui gloriatur,in domino glorietur. Proinde sapientia quę in sapientibus virginibus habitat,secūdum illud quod ante prędixit,cum ait contemptoribus & sanam doctrinam accipere recusantibus : & ego Vestræ perditioni superridebo, dicit stultis virginibus , Ite potius ad vendentes,& emite vobis:tāquam diceret,Vbi sunt qui vos fallebant mēdosissimis laudibus,quādo & a vobis fallebamini,quia in vobis non in deo gloriabamini:Quod autem dicit,Et dum eunt emere , venit sponsus,

sus,& quæ paratæ erant,intrauerunt cum eo : hoc mihi videtur intelligēdum,quod vitioso cordis affectu inhiabant inani glorię, quam vanamentis elatione sectatæ sunt.Et ipse appetitus significatus est in eo quod dictum est,Dum eunt emere,venit sponsus, & introierunt cum eo ad nuptias,quæ paratæ erant: hoc est , quę verā fidē veramque pietatem corde gestabant,qua possent contē perari numero societatique sanctorum , non in seipsis , sed in Domino gloriantiū,vt intrarent cum eis in illud gaudium , de quo dicitur , Intra in gaudium Domini tui:vbi erit perfecta participatio incommutabilis boni, cuius modo velut arrha quædam per fidem tenetur , Vt secundum hanc gratiam viuamus,inquantum Deo non nobis viuimus :

Nescio vos de stultis virginibus dictū , hoc est, nescitis me. CAP. XXXV.

PROINDE quod sequitur,Nouissime veniunt & reliquæ virgines,dicentes:Domine,domine,aperi nobis: non dictum est eas emisse oleū,et sic venisse,neque enim iam erat vnde:sed misericordiam sero quæsisse , cum iā tempus iudicandi esset,& probos & reprobos separandi.Recte autem illis respondetur:Amen dico vobis,Nescio vos.Ille quippę hoc dicit,quem non latet aliquid . Sed Nescio vos:nihil aliud est,quam nescitis me: quando de vobis potius eligitis cōsiderari * quam de me. Cū enim dicitur quōd nos cognoscit Deus,cognitionē sui nobis præstat,vt per hoc intelligamus,ne hoc quidē nobis esse tribuendum,quod nos scimus Deum , sed eā quoque scientiam illius misericordiæ tribuamus. Vnde cum quodam loco Apostolus diceret: Nunc autem cognoscentes Deum:correxit, & ait , Imo cognitus a deo : quid aliud volens intelligi,nisi quod eos ipse fecerit cognitores suos?Nemo autem cognoscit Deum,nisi qui intelligit illum esse summum atque incommutabile bonū, cuius participatione fit bonus . Quod in huius Psalmi conclusione positum est , Annunciabunt iusticiam eius populo qui nascetur quem fecit dominus.Inde est illud quod in alio Psalmo:Ipse fecit nos,& nō ipsi nos. Hoc enim nonad eam naturam qua homines sumus , cuius naturę idem ipse creator est qui cœli & terræ , siderum omniumque animantium:sed ad illud potius referendū est quod Apostolus ait, Ipsius enim sumus figmentum creati in Iesu Christo in operibus bonis quæ præparauit deus,vt in illis ambulemus.

* Confidere.

Deus nos agnoscit , qū sui cognitionē nobis p̄stat, vt illū intelligamus.

1. Cor.8.

Psal.99.

Eph.2.

ARBITROR tibi satis esse solutas tuas quinq; quæstiones,dum in ista mea veluti sexta immorarer , quam mihi proposui de gratia Noui testamenti,propter quam Verbum caro factum est,id est qui filius Dei erat, homo factus est, naturam suscipiendo nostram, non mutando suam:per quod & nobis suam recipientibus ea potestas

Superius dicta epilogat. CAP. XXXVI. Ioan.1.

daretur, Vt qui eramus homines, filij dei fieremus participatione incommutabilis boni in melius commutati, non ad temporalem felicitatem, sed ad vitæ æternæ, quę sola beata est, adoptionem. Vnde placuit etiam propheticum Psalmum percurrere: cuius primum versum in passione commemorauit, ostendens quomodo nos deus derelinquat, & quo alio modo non recedat a nobis, ad bona æterna nos colligens, temporalia vero aliquando vtiliter tribuens, & aliquando utiliter subtrahens, Vt eis non hærere discamus, ne contempta luce interiore quæ ad nouam pertinet vitam, vnde etiam psalmus iste ipse pro susceptione matutina tanquam pro luce noua nomen accepit, in exteris tenebris libenter habitemus: vnde in exteriores mittuntur, qui ex istis exteris, non se ad interiora conuertunt: ne diabolo & angelis eius sociati extrema damnatione puniamur. Intelligentes igitur peregrinationem nostrã in hac vita, mundo crucifigamur, extendentes manus in latitudinem bonorum operum, & longanimitate vsq; in finem perseuerantes, atque habentes cor sursum, vbi Christus est in dextera dei sedens, totumque hoc non nobis, sed illius misericordiæ tribuentes, cuius profunda iudicia omnem scrutatorem fatigãt. Hæc est enim non inaniter fabulosa, sed vtiliter Verax latitudo, longitudo, altitudo profundum, vnde peruenimus ad eam supereminentem scientiam charitatis Christi, & implea mur in omnem plenitudinem dei.

Col.3:

Stultæ virgines de ꝓpriis operibus fidẽtes dei gratiã ignorant (vt pelagiani) prudentes vero intelligẽtiam gratiæ Dei in cor Pelagianis suis portant CAP. XXXVII. Rom.10. Matt.25.

SCIO autẽ quã nõ superuacua solicitudine, ꝓ hanc occasionẽ quæstionũ mihi a te ꝓpositarũ, Nouitestamẽti gratiã tibi voluerim copiosius cõmendare. Habet. n. aduersarios qui eius ꝓfunditate turbati, nõ deo tribuere, sed potius sibi volunt arrogare quod boni sunt. Nec tales sunt quos facile contemnas, sed continenter viuentes, atque in bonis operibus laudabiles: nec falsum Christum sicut Manichæi, aliique plurimi hæretici, sed eundem verum æqualemque patri & coæternum veraciterque hominem factum, & venisse credentes, & venturum expectantes, sed tamen ignorantes dei iusticiam, & suam constituere volentes. Neque enim frustra dominus, cum & illas commemoraret quæ secum intrauerunt ad nuptias, & illas contra quas ianuas clausit, & quibus respondit, Nescio Vos: utrasque virgines dixit, propter continentiam: & quinque propter concupiscentiam carnis edomitam, quinario præditam sensu: ornatas vtrasque lampadibus propter bonorum operum bonæque conuersationis in conspectu hominum luculentissimam laudem, vtrasque obuiam sponso euntes propter expectationem qua Christi

sti sperator aduentus: sed tamen alias, sapientes, alias stultas, quod sapientes oleum acceperunt in vasis suis, stultæ hoc non ferebant secum: in tam multis pares. hoc solo eas dispares demonstrat, hoc solo diuersa eis & cõtraria nomina imponit. Quid enim tam coniunctum quã virgines & vigines, & qnq; & qnq;, & lãpadibus ornatę obuiam sponso euntes, & istę & illę? Et quid tã contrarium quam sapientes & stultæ? videlicet quod istæ oleum in vasis, hoc est intelligentiam gratię dei portant in cordibus suis, scientes quod nemo possit esse cõtinens nisi deus det, & hoc ipsum sapientię deputantes, scire cuius hoc donum sit: illę autem largitori omnium bonorum gratias non agentes, euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor earum, dicentes se esse sapientes stultę factę sunt? De quibus sanę nullo modo nunc desperandum est antequam dormiamus. Sed si ita dormierint, cum factus fuerit clamor ille quo adesse iam nunciabitur sponsus, & euigilantes, hoc est resurgentes remanserint foris: non quia virgines non sunt, sed quia nescientes vnde habeant quod sunt, stultæ virgines sunt, merito foris erunt, quia intranea non sequutæ fuerunt. Quando tales ergo repereris, non tibi persuadeant inanitatem vasorum suorum, sed tu eis potius plenitudinem. Vnde ait Apostolus: Quisquis se putat aliquid scire, nondum scit quemadmodum oportet scire. Et mox ostendens quid dixerit, Quisquis autem, inquit, diligit deum, hic cognitus est ab illo. Nec sic dicere voluit Cognouit eum, sed dicendo cognitus est ab illo, expressius voluit commendare, etiam hoc ab illo nobis esse vt eum diligamus. Charitas enim dei diffunditur in cordibus nostris: nõ per nos ipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Necesse est autem vt parum diligat eum, qui non ab illo, sed a seipso bonum se arbitratur effectum: vnde autem fieri potest vt talis non in seipso, sed in domino glorietur? Qui enim gloriatur quod sit bonus, in illo debet gloriari a quo factus est bonus: ac per hoc qui se a semetipso factum bonum arbitratur, consequens est, vt in seipso non in domino glorietur. Omnis autem intentio gratiæ Nouitestamenti, qua sursum cor habemus, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, id agit ne simus ingrati: atque in ipsa gratiarum actione nihil aliud agitur, nisi vt qui gloriatur, in domino glorietur. Habes librum, & si prolixum, tamen quantum existimo non superfluum. Sed ama etiam ecclesiasticas legere literas, & non multa inuenies quę requiras ex me, sed legendo & ruminando, si etiam pure dominum largitorem bonorum omnium deprece-

Sap.8.

Rom.1.

1.Cor.8.

Rom.5.

1.Cor.1.&.10.

Hoc ab ecclesia determinat ide creto.5. Cœlestini papę vt in fine.3. To.horũ opusculorum patebit.

ris, omnia quę cognitione digna sunt, aut certe plurima, ipso magis inspirante, quam hominũ aliquo cõmonente perdisces: quanquam eo ipso quo forinsecus bene admonentẽ iudicio non errante approbamus, quid aliud quã internũ lumen, magistrum nos habere testamur.

CONCIO PRIMA

DE PRINCIPIO

PSALMI XXX.

PSALMI huius quem modo cantauimus, quantum possumus secreta rimemur, & in de sermonẽ ex cultum reddamus auribus & mentibus vestris. Titulus eius est, In finem psalmus ipsi Dauid ecstasis.) In finem quid sit nouimus, si Christum nouimus. Dicit enim Apostolus, Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti: finis non consumens sed perficiens. Duobus enim modis dicimus finem: vel quo fit vt non sit quod erat, vel quo fit vt perfectum sit quod inchoatum erat. Ergo in finem in Christũ, psalmus Dauid ecstasis. Verbum ecstasis est Græcum: Latine quantum datur intelligi, verbo vno exponi potest si dicatur excessus. Excessus autem mentis proprie solet ecstasis dici. In excessu vero mentis duo intelliguntur, aut pauor, aut intentio ad superna, ita vt quodammodo de memoria labantur inferna. In hac ecstasi fuerunt omnes sancti, quibus arcana Dei mundum istum excedentia revelata sunt, De hoc mentis excessu, id est, ecstasi Paulus cum loqueretur seipsum insinuãs ait, Siue enim mente excessimus Deo, siue temperantes sumus vobis: charitas enim Christi compellit nos. Hoc est, si ea tãtum agere vellemus, & ea tantum contemplari, quę mentis excessu intuemur, vobiscum non essemus: sed essemus in supernis tanquam contemptis vobis. Et quãdo nos ad illa superiora & interiora infirmo passu sequeremini, ni si rursus compellente nos charitate Christi (qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens) nos consideraremus esse seruos, & non ingrati ei a quo accepimus altiora, propter eos qui infirmi sunt non contemneremus inferiora, & temperaremus nos eis qui non possunt nobiscum videre sublimia? Hoc ergo ait, Siue mente excessimus Deo, Ille enim videt quod nos

Rom. 10.

Finis cõsumẽs et finis pficiẽs.

Ecstasis grece latine excessus.

2. Corin. 5.

Phil. 2.

Non debemus cõtenere infir-

nos videmus, qui fieri hominem in mentis excessum concedit: ille solus reuelat secreta sua. Quippe ille hoc loquitur qui se dicit raptum esse & ablatum in tertium cœlum, & audiuisse ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Tantus autẽ fuit ille mentis excessus: vt diceret, Siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit. Ergo si hunc excessum mentis, id est, hanc ecstasin significat titulus psalmi huius: magna profectò & alta quædam sperare debemus dicturũ eũ qui condidit psalmum, id est, Prophetam, imò verò per Prophetam spiritum sanctum. Si verò hæc ecstasis pauor intelligendus est, neque huic significationi verbi deerit huius psalmi contextus: Videtur enim de passione locuturus esse, in qua pauor est. Sed cuius pauor est? vtrũ Christi quia dixit, in finem, & intelligimus fidem Christum, an forte noster pauor? Nunquid enim possumus pauorem bene intelligere in Christo propinquante passione? qui propterea venerat cum venisset ad quod venerat, nunquid pauebat moriturus? Si prorsus ita homo esset, vt nõ Deus esset: non ne magis gauderet resurrecturus, quam pauere moriturus? Verũtamẽ quia dignatus est assumere formã serui, & in ea nos vestire se, qui non est dedignatus assumere nos in se, non est dedignatus trãsfigurare nos in se, & loqui verbis nostris, vt & nos loqueremur verbis ipsius. Hæc enim mira commutatio facta est, & diuina sunt peracta commercia: mutatio rerum celebrata in hoc mundo a negociatore cœlesti. Venit accipere contumelias, dare honores: venit haurire dolorem dare salutem: venit subire mortem, dare vitam. Moriturus ergo ex eo quod nostrum habebat, non in se, sed in nobis pauebat: quia & hoc dixit, tristem esse animam suam vsq; ad mortem & vtique nosipsi omnes cum illo. Nam sine illo, nos nihil: in illo autem ipse Christus, et nos. Quare? Quia totus Christus caput & corpus. Caput ille saluator corporis, qui iam ascendit in cœlum: corpus autẽ Ecclesia, quæ laborat in terra. Hoc autem corpus nisi connexione charitatis adhæreret capiti suo, vt vnus sieret ex capite & corpore: non de cœlo quendam persecutorem corripiens diceret, Saule Saule quid me persequeris? Quando eum iam in cœlo sedentem nullus homo tangebat, quomodo eum Saulus in terra fæuiens aduersus Christianos aliquo modo iniuria præcellebat? Non ait, quid sanctos meos, quid seruos meos, sed quid me persequeris: hoc, est, quid membra mea. Caput pro membris clamabat, & membra in se caput transfigurabat. Vocẽ namque pedis suscipit lingua. Quando forte in turba cõtritus pes dolet, clamat lingua, calcas me. Nõ enim ait, Calcas pedem meum, sed se dixit calcari quam nemo re

mos qui nõ possunt videre sublimia ; nos eis temperare.

2. Corin. 12.

Pauor nõ fuit i xpõ tpe passionis, ; ꝑ nobis pauebat, idẽ in exposi. psal. 21. xps nõ ẽ de dignatus loqui ÿbis nris vt nos loq̃remur suis, qđ patet ex verbis in cruce dictis videlicet, Deus Deus meus q̃re dereliq̃sti me lõge a salutem mea verba delictorum meorũ et si i heb. habeãt Mat. 26. verba rugitus mei atra mẽ Aug. habẽs ÿba delictorum meorũ qđ erant ÿba capitis nõ pro capite ; ꝑ membris qa miles nõ ẽ fortior ipse ratore, & miles paulus optat morte vt sit cũ xpõ qũo igitur xps timet mortem in exposi-

tione ps.21. et ī fine expositionis psal.31.

tigit: Sed pes qui calcatus est, a lingua non separatus est. Ergo etiam sic non incongrue intelligitur ecstasis, pauor. Quid enim dicamus fratres? Si nullus omnino pauor esset passuris: diceretur ipsi Petro, quod audiuimus natali apostolorum die, quando ei Dominus prædixit futuram suam passionem, Cum esses iunior cingebas te & ibas quo volebas, cum autem senior factus fueris, alter te cinget, & ducet quo tu non vis? Hoc autem, inquit, dixit significans qua morte moreretur. Ergo si Petrus apostolus tanta perfectione quo nollet ductus est, & volens nolens mortuus est, sed volens coronatus est: quid mirum si est aliquis pauor in passione etiam iustorum, etiam sanctorum? Pauor est ex humana infirmitate, spes ex diuina promissione. Quod paues tuum est, quod speras donum Dei est in te, Et melius in pauore tuo agnoscis te, vt in liberatione tua glorifices qui fecit te. Paueat humana infirmitas, non in eo pauore deficit diuina misericordia. Denique pauens iste inde cœpit: In te Domine speraui, non confundar in æternum. Videtis quia & pauet & sperat: videtis quia pauor iste non est sine spe. Etiam si est aliqua in humano corde conturbatio, non recedit diuina consolatio. Loquitur ergo hic Christus in Prophera, audeo dicere, Christus loquitur. Dicturus est quædam in hoc psalmo, quæ quasi Christo videantur non posse congruere, illi excellentiæ capitis nostri, maximeque illi verbo quod in principio erat Deus apud Deum: nec ei in forma serui fortasse videbuntur quædam hic verba congruere, quam formam serui suscepit ex virgine: & tamen Christus loquitur, quia in membris Christi Christus. Et vt noueritis, quia vnus dicitur Christus caput & corpus suum ipse dicit cum de coniugio loqueretur, Erunt duo in carne vna. Igitur iam non duo, sed vna caro. Sed forte hoc dicat de quocūq; coniugio. Audiapostolum Paulum, Et erunt duo, inquit, in carne vna. Sacramentum hoc magnū est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Fit ergo tanquam ex duobus vna quædam persona, ex capite et corpore, ex sponso & sponsa. Nam vnitatem personę huius miram & excellentem, commendat etiam Esaias ppheta. Nā loquens etiā in eo Christus in prophetia ait, Sicut sponso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamēto. Se dixit sponsum, se sponsam. Quare se sponsum, se sponsam, nisi quia duo in carne vna? Si duo in carne vna, cur non duo in voce vna? Loquatur ergo Christus, quia in Christo loquitur Ecclesia, & in Ecclesia loquitur Christus: et corpus in capite, & caput in corpore. Audi Apostolum hoc ipsum euidentius

Pauor ex humana infirmitate & spes ex diuina promissione.

Gen.2.

Ephe.5.

Vnitas Xpi & Ecclesię tāta, vt oēs hoīes in xpō sint vnus hō et vnitas Ecclesiæ, Esa.61 seu christianorum vnus hō Aug.ī pſ.ps. 29. Xps & Ecc. duo ī carne vna et duo ī

euidentius exprimentem, Sicut enim corpus vnū est & membra habet multa, oīa autem membra corporis cum sint multa, vnū est corpus: sic & Christus. Loquens de membris Christi, hoc est, de fidelibus, non ait, sic & membra Christi, sed totum hoc quod dixit Christum appellauit. Sicut enim corpus vnum et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnū est corpus: sic & Christus membra multa, vnum corpus. Ergo simul omnes nos cum capite nostro Christo, sine capite nostro nihil valentes. Quare? Quia nos cum capite nostro viris, sine capite nostro, quod absit, sarmenta præcisa: non alicui operi agricolarum, sed igni tantummodo destinata. Ideo & ipse in euangelio, Ego sum vitis, vos estis palmites, pater meus agricola est: &, sine me inquit, nihil potestis facere. Domine si sine te nihil, totum in te. Etenim quicquid ille operatur per nos, nos videmur operari. Potest ille multum & totum sine nobis, nos nihil sine ipso. Ergo in quantacunque ecstasi loquatur, siue pauore, siue excessu mentis, congruunt quæ dicuntur. Dicamus in Christi corpore, dicamus omnes quasi vnus, quia omnes vnitas: Dicamus. In te Domine speraui, non confundar in æternum. Illam, inquit, confusionem perhorresco, quæ est in æternum. Nam est quædam cōfusio temporalis, vtilis, perturbatio animi respicientis peccata sua: respectiōe perhorrescentis, horrore erubescentis, erubescentia corrigentis. Vnde dicit et Apostolus, Quam enim gloriam habuistis tunc in his in quibus nunc erubescitis? Ergo erubescere illos dicit iam fideles: non ne de pſentibus donis, sed de præteritis peccatis. Hanc confusionem non formidet Christianus: imo si hanc non habuerit, æternam habebit. Quæ est æterna confusio? quando fiet illud quod dictum est, Et traducent eos ex aduerso iniquitates eorum. Et fit traducentibus ex aduerso iniquitatibus oīs grex malus ad sinistram, tanquā hædis ab ouib' separatis: & audient, Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo, & angelis eius. Querūt quare? Esurui enī et nō dedistis mihi māducare. Cōtēnebāt tūc quādo esurīēti Christo nō dabāt cibū, quādo sitienti nō dabāt potū: quādo nudū non vestiebant, peregrinū nō suscipiebāt, ęgrotantē non visitabant: tōc contēnebant. Cū cœperint illis ista enumerari, cōfundētur: & hæc cōfusio in æternū erit. Hanc timens iste qui pauet, vel cuius ad Deū est mētis excessus hoc rogat, In te Dñe speraui, non cōfundar ī ęternū. Et ī tua iustitia erue me et exime me.) Nā si attendas ad iustitiā meā, dānas me. In tua iustitia erue me. Est enim iustitia dei: q̄ et nostra sit, cū donatur nobis. Ideo autem Dei iustitia dicit, ne hō se putet a seipso habere iustitiā. Sic

1.Cor.12 voce vna idē

ifra ī fine exp. ps.31. et in exp. ps.21. et 32.ī T. S. er in de disciplina xpiana. c. 4. in Tom.9. & sup. ī isto. 1. To. opusculloru.

Ioan.15.

Quicq̄d p̄ nos opat xps, nos videmur opari, multū ipse pōt sine nobis, nos vero nihil sine ipso.

Roma.6.

Sapien.5.

Matth.25.

Ex ppria iustitia dāhamur, ex iustitia ꝙ Dei liberamur q̄

Ro.4.

nostra sit cū do natur nobis de quæ fusius infra i exp. psal. 31.

Sic enim dicit apostolus Paulus, Credenti in eū qui iustificat impium. Quid est, qui iustificat impium? Qui ex impio facit iustum. Deputatur fides eius ad iustitiam. Iudæi vero quia suis viribus se putabant implere posse iustitiam, offenderūt in lapidem offensionis & petrā scandali: & gratiā Christi non agnouerunt. Acceperunt enī legem qua fierent rei, non qua liberarentur a reatu. De

Roma. 9.

Roma. 10.

nique quid de illis Apostolus dicit? Testimonium enim phibeo illis quod zelū Dei habent, sed non secundū sciētiam. Quid est quod dixit, zelum Dei habent Iudæi, sed nō secundum scientiam? Audi quid sit, non secundum scientiam. Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volētes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Si ergo ideo non secundum scientiam zelum Dei habent, quia ignorantes iustitiam Dei volunt suam statuere, qua se ex seipsis iustificant: ideo gratiā Dei non cognouerūt, quia gratis saluari noluerunt. Quis est qui non saluatur gratis? In quo non inuenit saluator quod coronet, sed damnet: non inuenit merita bonorum, sed inuenit merita suppliciorum. Si agat tanquam veraciter ex regula legis proposita, damnandus est peccator. Hac regula si

Roma. 3.

ageret, quem liberaret? Omnes enim peccatores inuenit. Solus sine peccato venit, qui nos peccatores inuenit. Hoc ait Apostolus, Omnes enim peccauerunt et egent gloria Dei. Quid est, Egent gloria Dei? Vt ipse liberet non tu. Quia tu te liberare non potes, indiges liberatore. Quid est quod te iactas? Quid est quod de lege et iustitia præsumis? Non vides quid intus confligat in te, de te, aduersus te? Non audis pugnantem & confitentē, & ad adiutoriū in pugna desiderantem? Nō audis athletam Domini ab agonoth eta petētem adiutorium pugnę suæ? Non enim sic te expectat Deus certantem, quomodo te expectat æditor, si forte pugnes in amphitheatro.

Quia nos ipsos liberare nō possumus idigemus liberatore.

Roma. 7.

Ille tibi præmium dare potest si viceris, adiuuare te periclitantem nō potest. Non sic expectat Deus. Vide ergo, attende eum qui dicit, Condelector enim legi Dei, secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati quæ est in mēbris meis. Miser ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominū

Gratia vñ dr idē infra i ex. ps. 31. i principio.

nostrum. Quare gratia? Quia gratis datur. Quare gratis datur? Quia merita tua non præcesserunt, sed beneficia Dei te præuenerūt. Illi ergo gloria qui nos liberat. Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei. In te ergo Domine speraui, non in me: non confundar in ęternum, quia in eo spero qui non confundit. In tua iustitia erue me & exime me. Quia nō inuenisti in me iustitiā meam,

A quo liberamur.

erue

erue me i tua hoc est, illud me eruat quod me iustificat, quod ex impio pium facit, quod ex iniquo iustū, quod ex cæco videntē, qđ ex cadente surgentē, quod ex flēte gaudētē. Hoc me liberat, nō ego. In iustitia tua erue me & exime me. Inclina ad me aurē tuā.) Fecit hoc Deus, quādo ipsum Christū ad nos misit. Illum ad nos misit, qui inclinato capite digito scribebat in terra, quādo ei adultera mulier offerebatur puniēda. Ille autē inclinauerat se ad terram, id est, Deus ad hominem: cui dictum est, Terra es, & in terram ibis. Non enim quasi corporalibus locis Deus ad nos inclinat aurem suam aut membris nostris corporeis determinatis finitus est. Omnino nihil horum cogitent humana phantasmata. Veritas est Deus. Veritas nec quadra est, nec rotunda, nec longa. Vbique præsens est, si cordis oculus ad eam pateat. Inclinat tamen aurem suam ad nos Deus misericordiam deponens super nos. Quæ maior misericordia, quam vt vnicum filium suum daret nobis, non viuere nobiscum, sed mori pro nobis? Inclina ad me aurem tuam, Accelera vt eximas me.) Exauditur enim in hoc cum dicit, accelera. Ad hoc enim positum est verbum, vt hoc totum quod nobis videtur quandiu voluitur seculum intelligas punctum esse. Non est diu quod habet extremum. Ab Adam vsque ad hodiernum diem peractum est, & multo vtique plus peractum est quam restat peragendum. Si adhuc viueret Adam & hodie moreretur: quid ei prodesset tandiu esse, tandiu vixisse? Ergo celeritas hæc quare? Quia transuolant tempora. Et quod tibi tardum est, in oculis Dei breue est. In hanc celeritatem iste intelle xerat in ecstasi. Accelera vt eximas me. Esto mihi in Deum protectorem & in domum refugii, vt saluum me facias,) Domus refugii tu mihi esto, Deus protector, domus refugii. Aliquando enim periclitor & volo fugere. Quo fugio? Ad quem locum tutus fugio? Ad quem montem? Ad quam speluncam? Ad quæ tecta munita? Quam arcem teneam? Quibus muris ambiar? Quocunque iero, sequor me. Quicquid enim vis potes fugere homo, præter conscientiam tuam. intra in domum tuam, requiesce in lecto tuo, intra in interiora: interius habere nihil potes quo fugias a conscientia tua, si rodunt te peccata tua. Quia vero dixit, accelera vt eximas me, & in tua iustitia erue me, vt dimittas peccata mea, & ædifices in me iustitiam tuam: tu mihi eris domus refugii, ad te confugio. Nam a te quo fugiam? Iram scitur tibi Deus, quo fugies? Audi quid dicat in alio psalmo, timens iram Dei, Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum tu ibi es, si descendero in infernum ades. Quocūq; iero, ibi te inueniam.

Ioan. 8.

Gen. 3.

Veritas nec quadra nec rotūda nec lōga, sz vbique præsens.

Quicqd vult hō fugere pōt, ptер suā conscientiā nā si bona lectu lus floridus erit, et ibi semp qeta scit si ẏo mala, nō se fugit, nā se cū se trahit quo cunque fugerir, Mar. 9. nā ē ver

Ps. 138.

mis q nõ morit
et ignis q nõ ex
tiguit sup Euã.
Ioan. tract. 41.
in Tom. 9.

Si fugere optamus deũ, fugiamus ad deum.

Luc. 10.
4. sen. d. 18. c. 1
Idẽ i lib. 3. Hyp.
in To. 7. et i 3.
T. horũ opus. et
i de ỹb. dñi ser.
37. et in de ỹb.
apo. ser. 2. i T. 10
Ioan, 8.

Quod xps vsus materna miseri cordia, ex ista cõparatione idẽ ꝓbat Augu. sup ps. 33. i ꝑfa. aiqẽs, qđ mãducat mater, mãducat et i fans, sed qa minus idoneus infans q pane vescat ipsũ panẽ mr icarnat et p humilitatẽ mãmillę & lactis succũ, đ ipso pane pascit ifantẽ, sic panẽ angelorum mãducauit hõ, put ỹbũ ca

ueniam. Et si iraſceris, vltorem te inueniõ; ſi placatus es, adiutorem. Nihil mihi ergo reſtat, niſi ad te fugere, non a te. Vt euadas hominem Dominum quicunque ſeruus es, fugis in ea loca vbi non eſt Dominus tuus: vt euadas Deum, fuge ad Dominum. Nam non eſt quo fugias Deum. Præſto ſunt omnia & nuda omnipotentis oculis. Tu ergo mihi, inquit, eſto domus refugii. Nam ſi ſaluus non fuero, quomodo fugio? Sana me & fugio ad te. Nam ſi me non ſanas, ambulare non poſſum, fugere quomodo potero? Quo iret, quo fugeret ſi ambulare non poſſet, ſemiuiuus in via ſauciatus vulneribus latronum? Qui etranſiens ſacerdos præteriit, tranſiens Samaritanus miſeratus eſt: ideſt, ipſe Dominus, qui miſeratus eſt genus humanum. Samarites enim cuſtos interpretatur. Et quis eſt qui nos cuſtodit, ſi ille deſerit? Merito cum Iudæi contuitiantes dicerent, Nonne verũ dicimus quia Samaritanus es & demonium habes? Vnum reſpuit, alterum amplexus eſt. Ego, inquit, dæmonium non habeo. Non dixit, non ſum Samaritanus, ſic intelligi volens noſtrum ſe eſſe cuſtodem. Miſeratus ergo acceſſit, curauit, ad ſtabulum perduxit, impleuit circa eum miſericordiam. Ille iam poteſt ambulare, poteſt & fugere. Quo fugeret niſi ad Deum, vbi fecit ſibi domum refugii? Quia fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuũ dux mihi eris et enutries me.) Nõ propter meritũ meũ, ſed propter nomen tuum: vt tu glorificeris, nõ quia ego dignus ſum: dux mihi eris ne haberem a te, & enutries me, vt validus ſim ad manducandum eſcam qua paſcis angelos. Hic enim lacte nos nutriuit, qui nobis cœleſtem cibũ promiſit, & vſus eſt materna miſericordia. Sicut enim mater lactans eãdem eſcam cui ſumendæ idoneus infans non eſt, per carnem tranſicit, & lac infundit: hoc enĩ accipit paruulus quod accepturus erat ad mẽſem, ſe quod per carnem tranſicitur congruit paruulo: Sic Dominus ſapientiam ſuam vt lac nobis faceret, carne idutus venit ad nos. Ergo corpus Chriſti loquitur. Educes me de muſcipula iſta quam occultauerũt mihi.) Iam paſſio ſignificatur, Educes me de muſcipula iſta quam occultauerũt mihi. Nec ſola illa paſſio eſt qua paſſus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Muſcipulã ſuã diabolus tendit vſque in finem: & væ illi qui in illam muſcipulam cadit. Cadit autem omnis qui non ſperat in Deum, qui non dicit, In te Domine ſperaui non confundar in æternum, Et in tua iuſtitia erue me & eximme me. Extenta eſt & parata muſcipula inimici. Poſuit in muſcipula errorem & terrorem, Errorẽ quo illiciat, terrorem quo frangat & rapiat. Tu claude tamuam

cupiditas

cupiditas contra errorem, tu claude ianuam timoris contra terrorem, & educeris de muſcipula. Huiuſmodi pugnæ exemplum ipſe tibi imperator tuus, qui propter te etiam tentari dignatus eſt, in ſe demonſtrauit. Et primo tentatus eſt illecebris, quia tentata eſt in illo ianua cupiditatis: quando eum tentauit diabolus dicens, Dic lapidibus iſtis vt panes fiant. Adora me & dabo tibi regna iſta. Mitte te deorſum, quia ſcriptum eſt, Qui an gelis ſuis mandauit de te, ut in manibus tollant te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Omnia hæc per illecebras cupiditatum tentat. At vbi clauſam ianuam inuenit cupiditatis, in eo qui tentabatur pro nobis: conuertit ſe ad tentandam ianuam timoris, & præparauit illi paſſionem. Denique hoc dicit Euangeliſta, Et conſumata tentatione, diabolus receſſit ab eo ad tempus. Quid eſt ad tempus? Tanquam rediturus & tẽtaturus ianuam timoris, quia clauſam inuenit ianuam cupiditatis. Totum ergo corpus Chriſti tentatur Vſque in finem. Fratres mei quando iuſſum eſt neſcio quid contra Chriſtianos mali: ſimul impingebatur, in hoc corpus totum impingebatur. Vnde dictũ eſt in pſalmo, Tanquam cumulus arenæ maris impulſus ſum vt caderem, & Dominus ſuſcepit me. At vbi finita ſunt illa quæ totum corpus impingebant vt caderet, cœpit tentatio eſſe per partes. Tẽtatur corpus Chriſti: vna Eccleſia non patitur perſecutionem, alia patitur. Non patitur furorem imperatoris, & patitur furorem mali populi. Quantæ vaſtationes a plebibus? Quanta mala ingeſta ſunt Eccleſiæ a malis Chriſtianis, ab eis qui capti ſunt in illo reticulo? Tam multiplicati ſunt vt premerentur naues in piſcatione illa Domini ante paſſionem. Non ergo deſunt preſurę tentationis. Nemo ſibi dicat, non eſt tempus tentationis. Qui ſibi hoc dicit pacem ſibi promittit. Qui ſibi pacem promittit, ſecurus inuaditur. Totum ergo corpus Chriſti dicat, Educes me de muſcipula iſta quam occultauerunt mihi, quia eductum eſt & caput noſtrum de muſcipula quam abſconderunt illi quibus modo dicebatur in Euangelio, quia dicturi erant, Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & noſtra erit hęreditas. Et in ſe ſententiam dixerunt interrogati, Quid faciet ille paterfamilias colonis malis? Malos male perdet, et vineam ſuam locabit aliis agricolis, Quid? Et illud nõ legiſtis, Lapidẽ quẽ reprobauerũt ędificãtes, hic factus eſt i caput anguli? Quid eſt. n. Reprobauerũt ędificãtes? Hoc ait, eiecerũt extra vineã et occiderũt. Ergo erutus eſt et ille: caput noſtrũ ſurſũ ẽ liberũ ẽ. Hęreamus illi per dilectionẽ vt melius poſtea cõglutinemur ei p imortalitatẽ: & dicamus omnes, Educes me de muſcipula

ro factum eſt et hoc ẽ qđ hic intelligi aug. quã do ingt, ſic Dñs ſapientiã ſuã vt lac no bis fa ceret, carne ĩdutus venit ad nos.

Mat. 4.

Quod per ianuã cupiditatis ad nos ĩtrat et nos ĩperat, i de Agone xpiana. c. 1, i T. 3. & ſup. i iſto. 1. T.

Luc. 4.

Pſ. 35.

ſup. in de agone chri. c. 23.

Mar. 4.

Matth. 21.

Pſal. 117.

Idẽ ſup. i ꝑſ. pſ. 29.

Lucæ,23.

muſcipula iſta quam occultauerunt mihi. Quoniam tu es protector meus.) Audiamus vocem Domini quam dixit in cruce, In manus tuas commẽdo ſpiritũ meũ.) Certe cum verba eius in Euangelio, de iſto pſalmo cognoſcimus, ipſum hic locutum fuiſſe non dubitemus. Habemus hoc in Euangelio dictum, In manus tuas commendo ſpiritum meum, & inclinato capite reddidit ſpiritum. Non ſine cauſa voluit verba huius ſpalmi ſua eſſe, niſi vt te admoneret ſe locutum eſſe in hoc ſpalmo. Ipſum hic quære, cogita quomodo in illo pſalmo ſe quært voluit pro ſuſceptione matutina. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Ipſi vero conſideraverunt, & conſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem: Vt te admoneret in ſe hoc eſſe completum, in voce ſua poſuit caput ipſius pſalmi, Deus deus meus vt quid me dereliquiſti? Et tamen vocem corporis in ſe trãſfigurauit: Non enim vnicum ſuum pater ali quando dereliquit. Redemiſti me Domine veritatis.) Faciens quod promiſiſti, non fallens in pollicitatione tua Deus veritatis. Odiſti obſeruantes vanitatem ſuper uacuè.) Quis obſeruat vanitatem? Qui timendo mori, mentitur. Timendo enim mori mentitur, et moritur antequam moriatur, qui ideo mentiebatur vt viueret. Mẽtiri vis ne moriaris, & mẽtiris & moreris: & cum vitas vnam mortem quam differre poteris, auferre non poteris, incidis in duas: vt prius in anima, poſtea in corpore moriaris. Vnde hoc, niſi quia obſeruando vanitatem? Quia dulcis eſt ibi tranſiens dies, quia dulcia ſunt tibi tranſuolantia tempora: vnde nihil tenes, & inſuper tu teneris. Odiſti obſeruantes vanitatem ſuperuacue. Ego autem,) Qui non obſeruo vanitatem, In Domino ſperaui.) Speras in pecunia, obſeruas vanitatem, ſperas in honore & ſublimitate aliqua poteſtatis humanæ, obſeruas vanitatem: ſperas in aliquo amico potẽte, obſeruas vanitatem. In his omnibus cum ſperas, aut tu expiras, & ea hic dimittis: aut cum viuis omnia pererunt, & in ſpe tua deficis. Hãc vanitatem commemorat Eſaias dicens, Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. Aruit fœnum, & flos eius decidit, verbum autem Domini manet in æternum. Ego autem non quomodo illi qui ſperant in vanitates, & qui obſeruãt vanitates: ſed in domino ſperaui, quia non eſt vanitas. Exultabo & iucundabor in tua miſericordia.) Non in mea iuſtitia. Quia reſpexiſti humilitatem meam, ſaluam feciſti de neceſſitatibus animam meam. Nec concluſiſti me in manus inimici.) Quæ ſunt neceſſitates vnde ſaluam volumus fieri animam noſtrã? Quis has enumeret? Quis digne

Pſal,21.

Pſal.21. Chriſtus vocẽ corporis, in ſe transfigurauit. hoc eſt eccleſia idẽ ſup. & in ſi ne pſal. ſequen ris. & in exp. pſal,21.et 32,in Tom,8.

Ieſaiæ,40.

gne exaggeret? Quis congrue vitandas fugiendaſq; cõmẽdet? Primo ĩ genere humano dura neceſſitas, neſcire cor altertus, male ſentire plerunque de amico fideli, bene ſentire plerunque de amico infideli. O dura neceſſitas. Et quid facis vt cor inſpicias? Quem oculum affers infirma & plangenda mortalitas? Quid facis vt videas hodie cor fratris tui? Non habes quid facias. Alia maior neceſsitas, nec tuum vides quale erit cras. Quid iam dicam de neceſsitatibus ipſius mortalitatis? Mori neceſſe eſt, & nemo vult. Nemo vult qđ neceſſe eſt. Nemo vult quod erit velis nolis. Dura neceſsitas, nolle quod non poteſt euitari. Nam ſi fieri poſſet, nollemus vtique mori. Et effici quidem angeli vellemus, ſed commutatione quadã non morte, ſicut dicit Apoſtolus. Aedificationem habemus ex Deo, domum non manufactam æternam in cœlis. Etenim & hoc ingemiſcimus habitaculũ noſtrum quod de cœlo eſt ſuperindui cupientes, ſi tamẽ induti, & non nudi inueniamur. Etenim qui ſumus in hac habitatione ingemiſcimus grauati, in quo nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur mortale a vita. Volumus peruenire ad regnum Dei, ſed per mortem nolumus: & tamen dicit tibi neceſſitas, hac venies. Hac venire dubitas homo cum hac ad te venerit Deus? Quæ ſunt etiam neceſſitates vincendarum vetuſtiſſimarum cupiditatum, & annoſarum malarum conſuetudinum. Vincere conſuetudinem, dura pugna, noſti. Vides quam male facias, quam deteſtabiliter, quã infelicĩter, & facis tamen. Feciſti heri: facturus es hodie. Si ſic tibi diſplicet cum diſputo, quomodo diſplicet tibi cum cogitas? Et tamen facturus es hoc. Vnde raperis? Quis te captiuum trahit? An illa lex in membris tuis repugnans legi mentis tuæ? Clama ergo, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ: & impletur in te quod modo diximus, Ego autem in Domino ſperaui, exultabo & iucundabor in tua miſericordia, Quia reſpexiſti ad humilitatem meam, ſaluam feciſti de neceſſitatibus animam meam. Vnde enim facta eſt ſalua de neceſſitatibus anima tua, niſi quia reſpecta eſt humilitas tua? Niſi prius humliareris non te exaudiret, qui te a neceſſitatibus liberaret. Humiliatus eſt qui dixit, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Non ſunt humiliati, qui ignorantes dei iuſticiam & ſuã volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Nec concluſiſti me in manus inimici.) Non vicini tui Non cõ poſſeſſoris tui, non eius cum quo militaſti & eum læſiſti, aut forte in tua ciuitate iniuriam ei feciſti: Iſti enim tales ſunt, pro quibus orare debemus. Alium habemus inimicum,

Dura neceſſitas in genere humano neſcire cor alterius.

Dura neceſſitas mortalitas. 2.Cor,5.

Dura neceſſitas vincere conſuetudines.

Rom.7.

Humiliemur ut exaudiamur.

Rom.7. Rom.10.

inimicum, diabolum serpentem antiquum. Omnes morientes si bene moriamur, ab eius manibus liberamur. Quicunque enim male moriuntur in suis iniquitatibus, in eius manibus concluduntur, vt cum illo in fine damnentur. Liberet ergo nos dñs deus noster de manu inimici nri: ille enim nos p cupiditates nras vult capere. Cupiditates autē nrę qñ validę sunt et qñ eis seruimus, necessitates vocantur. Liberante autem Deo animā nostrā de necessitatibus nostris, quid erit quod in nobis teneat inimicus, vt concludamur in manus eius? Statuisti in spacioso pedes meos.) Certe angusta via est: laboranti angusta est, amanti lata est. Eadem quę angusta est, lata fit. In spacioso dicit posuisti pedes meos, ne angustiati pedes mei irent in se, & incurrendo in se, deijcerent me. Ergo quod ait, Posuisti in spacioso pedes meos: plane fecisti mihi facilem iustitiam, quę mihi erat aliquādo difficilis, hoc est, posuisti in spacioso pedes meos. Miserere mei dominę, quoniam tribulor: contristatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus, Quoniam defecit ī dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.) Sufficiat charitati vestre, ad iuuante Domino fortassis implebimus debitum vt & psalmo peracto proficiscamur.

Cupiditates nrę, qñ validę vocant necessitates. idē & supra in epist. ad Honoratū. c. 2.

CONCIO SECVNDA DE MEDIO EIVSDEM PSALMI.

AD reliqua psalmi nostri reuertatur intentio, & nosipsos agnoscamus in verbis Prophetæ. Quoniam si nos respexerimus in tēpore tribulationis, gaudebimus in tempore retributionis. * Commendauerā charitati vestrę cum primas partes huius psalmi exponerē, quod Christus loquatur: & quomodo sit accipiendus Christus totus cum capite & corpore, nō tacueram. Testimonijs etiam scripturarum, quantū mihi videtur, satis idoneis luculentisque firmaueram: ita vt omnino dubitari non possit Christum esse caput & corpus, sponsum & sponsam, filium Dei & Ecclesiam, filium Dei factum filium hominis propter nos, vt filios hominum faceret filios Dei: Atque ita essent duo in carne vna in sacramento magno quia agno scuntur in Prophetis duo in voce vna. Gratulatio superius expressa est ipsius dicentis, Respexisti humilitatem meam, saluā fecisti de necessitatibus animam meā, nec conclusisti me in manus inimici, statuisti in spacioso pedes meos. Gratulatio est liberati hominis a tribulatione, liberatorum membrorū Christi ab afflictione & insidijs. Et rursus dicit, miserere mei domine quoniā tribulor.) In tribulatione vtique angustia est. Quomodo ergo posuisti in spacioso pedes meos? Si adhuc tribulātur, quomodo sunt in spacioso pedes? An forte vna quidem vox est, quia vnum quidem corpus, sed in aliquibus membris spatium sentitur, in aliquibus angustia. id est, alij sentiunt fœlicitatem iustitię, alij laborāt in tribulatione? Nam si non alia membra illud, alia aliud paterentur, non diceret Apostolus, Si patitur vnum membrū, compatiuntur omnia mēbra: & si glorificatur vnū membrū, congaudent omnia membra. Aliquę Ecclesię verbi gratia pacem habent, aliquę in tribulatione sunt. In istis quæ pacē habent, in spatioso sunt pedes: illę quę in tribulatione sunt angustias patiuntur. Sed & istos cō tristat illorum tribulatio & illos pax istorum consolatur. Sic est enim vnum corpus vt non sit discisio, non autem facit discisionem nisi dissensio. Charitas autem compagem facit, compages complectitur vnitatem, vnitas seruat charitatem, charitas peruenit ad claritatem. Dicat ergo ex quibusdam membris. Miserere mei Domine qm tribulor, Conturbatus est in ira oculus meus anima mea et vēter meus.) Quærimus vnde sit ista tribulatio, qm liberatus paulo an gaudeā videbat iustitia qua dā ifusa sibi dono Dei, & ide facto spatio pedibus suis in latitudine charitatis. Vnde ergo ista existit tribulatio, nisi forte ex illo quod Dominus dicit, Quoniā abūdauit iniquitas, refrigescet charitas multorum? Primo enim commendata paucitate sanctorum, tanquam missis retibus, multiplicata ē Ecclesia, & capti sunt innumerabiles, de quibus prędictum erat, Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum, quia etiā naugia premerent, & retia rumperēt, sicut est positum in illa prima piscatione ante passionē Domini. Ex his igitur multitudinibus exaggeratis, q̄bus p pascha sic reficiūtur Ecclesiæ, vt turbas ipsorū parietū recusет angustia. Quomodo autē nō tribulet iste de hac multitudine, quādo videt ipsos implere theatra & amphitheatra, q̄ paulo ante Ecclesias impleuerunt? ipsos in nequitiis, q̄ paulo ante in laudibus Dei? ipsos blasphemare Deū, qui respondebant, amen Deo? Permaneat, duret, non deficiat etiam in multitudine copiosa iniquorum, quia nec granum deficit in multitudine palearum: quousque post Ventilationem mittatur in horreum, & ibi sit in locietate sanctorum, ne turbulenti aliquid pulueris patiatur. Perduret ergo, quia & Dominus cum dixisset, Quoniā abūdauit iniquitas, refrigescet charitas multorum

* Iubilatiōis.

Filius dei factus ē filius hominis, vt nos faceret filios dei. idē sup Euan. Ioan, trac. 9.

2. Cor. 12.

Vnde est quod Ecclesia sentit tribulationes, & p illis clamat, quæ gaudere deberet, qa patientia p bationē, & spē operatur. Ro. 5.

Matt. 3. et. 13.

Matth. 23.

rum: ne prænunciata ista abundantia iniquitatis laborarent nutarēque pedes nostri, continuo subtecit, quod fideles erigeret, quod consalaretur atque firmaret dicens, Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Attē de itaquè istum, quantum mihi videtur, in hac tribulatione constitutum: quandoquidem positus in tribulatione quasi dolere deberet, tribulario enim dolore habet congruum, iratum se dicit in tribulatione, & ait Misere re mei Domine quoniam tribulor, cōturbatus est in ira oculus meus. Si tribularis, quare iraſceris? Iraſcitur iste alienis peccatis. Quis non iraſcatur videns homines cōfitentes ore Deum, negantes moribus? Quis non iraſcatur videns homines seculo verbis & non factis renunciantes? Qui est qui non iraſcatur videns fratres insidiātes fratribus, fidem non seruantes osculo, quod infigūt sacramenti Dei? Et quis enumeret omnia quibus iraſcitur corpus Christi, qđ itus viuit in spiritu Christi, qđ gemit tanq̄ granū inter paleas? Vix enim apparēt isti qui sic gemūt, p̄ sic iraſcunt: quo vix apparēt grana qñ area triturat. Qui nescit quantę spicę missę sunt, putat totū paleā eē: & ex hoc qđ totū palea putatur, inde magna masa purgabitur. In his ergo nō apparentibus & gementibus iraſcitur quid dicit alio loco, Zelus domus tuę comedit me. Dicit & alibi quandoquidem videt multos mala facientes, Tædium detinuit me, a peccoribus derelinquentibus legem tuam. Dicit & alio loco, Vidi insensatos & tabeſcebam. Hæc autem ira, metuendum est, ne tāta sit vt in odiū vertatur. Ira enim nondum est odiū. Nam iraſceris filio, non odisti filium: ei seruas hereditatem qui te sentit iratum, & ad hoc iraſceris ne perdat quod ei seruaueris, male viuens moribus prauis. Ergo ira nondū est odiū. Nundum odimus eos quibus iraſcimur: sed ista ira si manserit & non citò euulsa fuerit, crescit & fit odium. Ideò vt recens ira euelleretur, & in odium nō conuerteretur, hoc nos docet ſcriptura dicēs, Non occidat sol super iracundiam vestram. Inuenis autem aliquando fratrem odium habentem, & reprehendit iraſcentem. In illo est odium, & in alio culpat iram, Ipse habet trabem in oculo suo, & reprehendit festucam in oculo fratris sui. Sed festuca ista & surculus nisi citò euellatur, trabes futura est. Non ergo ait, Extinctus est oculus meus præ ira: sed, turbatus. Nam si extinguitur iam odium est, non ira. Et vide quia extinctus est. Hinc ait Ioannes, Qui odit fratrem suum, in tenebris est vsq̄ adhuc. Antequam ergo eatur in tenebras, conturbatur oculus in ira, Sed cauendum est ne ira vertatur in odiū & oculus extinguatur. Hoc autem animaduertat vnuſquiſque qui in pace, hoc est, qui in Christo, qui pacem Dei

Iusta sanctorum ira.

Rom.8. Cōparatio qđ boni e malorū multitudine nō agnoſcuntur.

Psal.68. Psal.118.

Discrimē inter iram & odium.

Eph.4.

Matt.7.

1.Ioan.2. Oculus meus extinguitur ab odio.

Dei commendauit, vocatus est, & in cuius natiuitate summa pax per angelum nunciata est hominibus: si pro aliqua parua vel magna causa in odiū proruperit, nullam societatem cum pace, hoc est, Christo habere potest, nisi per dignam emendationem pœnitentiæ. Sequitur ergo iste & dicit, Turbatus ē prę ira oculus meus, Anima mea & vter meus.) Hoc ē, turbata sunt interiora mea. Ventrē p interioribus posuit. Aliqñ enim iniqs & puersis et a lege deuiātibus & viuētibus iraſci licet, clamare non licet. Cum iraſcimur & clamare nō possumus, interiora nostra turbāt. Tanta est enim aliquādo peruersitas, vt nec corripi possit. Quoniā defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.) Defecit, inquit, in dolore vita mea. Dicit Apostolus, Nunc viuimus, si vos statis in Domino. Quicunque perfecti sunt ex Euāgelio & gratia Dei, non hic viuunt nisi propter alios: Nam vita eorum in hoc seculo, eis iam non est necessaria. Sed quia dispēsatio eorum alijs necessaria est, fit in eis quod ait idem Apostolus: concupiſcentiam habens dissolui & esse cum Christo, Multo enim magis optimum, manere autem in carne necessarium propter vos. Quando autem videt homo ex dispensatione sua, ex laboribus suis, ex prædicatione sua non proficere homines, infirmat in egestate vita hominis. Vere miserabilis egestas & fames: quandoquidem eos quos domino lucramur, quodammodo manducat Ecclesia. Quid est manducat? In corpus suum trajicit. Quicquid enim manducamus, in corpus nostrum trajicimus. Hoc agit Ecclesia per sanctos. Esurit quos lucrati vult, & quos lucrata fuerit aliquo modo, manducat quodammodo. Cuius personam gerebat Petrus, quādo ei de cœlo submissus est discus plenus omnibus animalibus quadrupedibus, reptilibus, et volatilibus: qbus generibus omnes gentes significantur. Prefigurabat Dominus Ecclesiam, q̄p omnes gentes erat transuoratura, & in corpus suum conuersura: & ait Petro, Macta & manduca. O Ecclesia, hoc est, Petre, quia super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, macta & manduca. Prius macta, & sic manduca. Occide quod sunt, & fac quod es. Cum ergo prędicat Euangeliū, & videt q̄ prędicat nō, pficere hoies quare nō clamet, qm̄ deficit in dolore vita mea, et anni mei in gemitibus? Infirmatus ē i egestate vigor meus, & ossa mea cōturbata sūt.) Anni nri isti quos hic ducimus in gemitibus sunt. Vnde? Quia abundauit iniquitas, refrigeſcit charitas multorum. In gemitibus, non in claris vocibus. Quando videt Ecclesia multos in peruersum ire, gemitus suos deuorat apud se, vt dicat Deo, Gemitus meus non est absconditus a te. In alio psalmo

Luc.1.

Ventrē ponit pro interioribus.

1.Thes.3.

Qui pfecti sunt ex euang. nō hic viuūt, nisi pp alios, nec sibi vti le quæ runt, sz fratribus. 1.Cor. 10. quorū salutē proprię saluti prę ponūt Exo. 3. & Rom.9.

Phili.1.

Act.10.

Matt.16. Macta & mānduca, occide quod sunt, et fac quod tu es, hoc ē ifidelitatē destrue, & fideles cōstitue.

Matt.24.

dicitur, sed congruit hic & hoc dicere: gemitus meus, & si ab conditus est ab hominibus, a te non est absconditus. Infirmatus est in egestate vigor meus & ossa mea cō turbata sunt. De hac egestate supra diximus. Ossa vero fortes intelliguntur Ecclesiæ, qui etiam si non conturbantur persecutionibus alienorum, conturbantur tamē in iniquitatibus fratrum. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis nimium, & timor notis meis.) Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium. Qui sunt inimici Ecclesiæ? Pagani, Iudæi. Omnibus peius viuunt mali Christiani. Vis videre quam omnibus peius viuant mali Christiani? De talibus dicit Propheta Ezechiel, quia comparantur sarmentis inutilibus. Pone paganos ligna esse syluatica extra Ecclesiā, adhuc potest inde fieri, aliquid, quomodo de lignis fabrilibus est lignum fabro aptum: & si adhuc nodosum & curuum & corticosum, tamen quod doletur asciet, deplanetur, & possit venire ad aliquam fabricam vsus humani. De sarmentis autem præcisis fabri nihil facere possunt, ignis ea solus expectat. Attendite fratres, cum syluatico ligno vbique præponatur sarmentū manens in vite, quia sarmentum dat fructum, illud lignum non dat fructum: præciso tamen sarmento de vite si comparetur lignum syluaticum, intelligitur esse melius, quia de illo faber aliquid facere potest, hæc autem non quærit nisi vt foco ministret. Attendens itaque multitudinē male viuentium in Ecclesia, Super omnes, inquit, inimicos meos factus sum opprobrium. Peius inquit, viuūt mali in sacramentis meis, quā qui ad illa nunquā accesserunt. Latine aperte cur nō dicamus, vel quando Psalmum exponimus? E si aliis forte temporibus dicere nō audemus, saltem necessitas exponendi habeat libertatem corripiendi. Super omnes, inquit, inimicos meos factus sum opprobrium. De talibus dicit Apostolus Petrus, Facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi sancto mandato. Cum dicit, melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ: nonne iudicauit meliores esse inimicos foris positos, quam intus male viuentes, quibus premitur & grauatur Ecclesia? Melius, inquit, illis fuerat non cognoscere viam iustitiæ, quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi sancto mandato. Denique vide q̄ horribili rei eos comparauerit. Contigit illis res veri prouerbii, Canis reuersus ad suum vomitum. Istis itaq; talibus cum sint plenæ Ecclesiæ, nonne veraciter illic dicunt pauci, imo ex paucorum voce ipsa Ecclesia, Super inimicos

Ossa fortes Ecclesiæ & fusius hoc habes ab Au. super psal. 6. in Tomo. 8.

Ezech. 15.

Peiores paganis sunt mali christiani. idē in de ÿb. dñi ser. 53. i Tom. 10.

2. Pet. 2.

inimicos meos factus sum opprobriū, & vicinis meis nimium, & timor notis meis? Vicinis meis nimium opprobriū factus sum, id est, qui mihi iam appropinquabant vt crederent: hoc est, vicini mei nimium deterriti sunt, mala uita malorum et falsorum Christianorū. Quā multos enim putatis, fratres mei, velle esse Christianos, sed offendi malis moribus Christianorum? Ipsi sunt Vicini qui iam appropinquabant, & nimium opprobrium illis visi sumus. Timor factus sum notis meis.) Quid tā timendum, q̄ cum videt homo multos male viuentes, & de q̄bus bñ sperabat in multis malefactis inuctos? timet ne tales sint omnes quos putabat bonos & veniūt in suspitione malā prope omnes boni. Qualis vir? Quomodo cecidit? Quomodo inuentus est in illa turpitudine, in illo scelere, in illo facto malo? Putas ne tales sunt omnes? Hoc est timor notis meis, vt & ipsis quibus noti sumus, plerunque in dubium veniamus. Et nisi te consoletur quod es, si aliquid es, non credis esse alterum talem. Consolatur hominem qualiscunque conscientia, vt dicat sibi homo qui bene viuit, O tu qui modo vereris ne tales sint omnes, tu talis es? Respondet conscientia tua, non sum. Ergo si tu talis nō es, solus es. Vide ne peior sit ista superbia, quā illa nequitia. Noli solum te dicere. Nam & Helias aliquando tædio multitudinis impiorum ait, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animā meā. Sed quid dicit illi respōsum diuinum? Reliqui mihi septē milia virorū, qui non curuauerūt genua ante Baal. Ergo fratres inter hæc scandala vnum est remedium, ne male sentias de fratre tuo. Humilis esto quod vis eū esse, & non putabis eum esse quod non est. Sed tamen sit etiam timor notis expertis. Qui videbant me, foras fugerunt a me.) Ignoscendum esset si foras fugissent a me, qui non videbant me: etiam qui videbant me, foras fugerunt a me. Sed si qui me non videbant, foras fugerunt a me, nec dicendum est foras fugerunt, quia intus non fuerunt. Si intus fuissent, vidissent me: Id est cognouissent corpus Christi, cognouissent membra Christi, cognouissent vnitatem Christi. Illud est magis gemendū, illud omnino intolerabile, quia multi qui videbāt me, foras fugerūt a me: id est qui cognouerunt quid esset Ecclesia, exierunt foras, & hæreses & schismata cōtra Ecclesiam fecerunt. Hodie hominem inuenis, verbi gratia, natum in parte donati, nescit quid Ecclesia, vbi natus est hoc tenet: non illi euellis consuetudinem quam suxit cum lacte nutricis. Illum dat qui voluitur quotidie inscripturis, qui legit, qui prædicat. Ita ne tandem non ibi uider, Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem

3. Reg. 19. Helias tædio multitudinis impiorū putabat se solū bonū, ob id a deo reprehēsus cū dixit ei, reliq̄ mihi septē milia virorū, hoc ē, ego illos reliq̄ & elegi, & tu nisi gra mea plenus esses, q̄a nihil de tua virtute, sed torū & mea gra ps ūpsisti, nōne & tu añ Baal genua flecteres Au. i ÿb. Eu. ser. 10. & Beda ex Au. sup. 11. cap. ad Rom.

Psal. 12.

reditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ? Non ibi videt: Commemorabuntur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium? Si vides ibi totius orbis vnitatem, quid foras fugis, vt non solum ipse patiaris, verum & aliis facias cæcitatem? videbant me, id est, qui nouerant quid sit Ecclesia, qui eã in scripturis inquebantur, foras fugerunt a me. Putatis enim fratres mei, quia illi omnes qui fecerunt hæreses per loca et partes, non nouerant in scripturis Dei, quia Ecclesia non est prædicata nisi toto terrarum orbe diffusa? Vere dico charitati vestræ: certe omnes Christiani sumus, vel Christiani omnes dicimur, & omnes Christi signo signamur. Obscurius dixerunt Prophetæ de Christo, quam de Ecclesia: puto propterea quia videbant in spiritu cõtra Ecclesiam homines facturos esse particulas, & de Christo non tantam litem habituros, de Ecclesia magnas contentiones excitaturos. Ideo illud vnde maiores lites futuræ erant, planius prædictum & apertius prophetatum est, vt ad iudicium illis valeat qui viderunt & foras fugierunt. Exempli gratia vnum commemorabo: Abraam pater noster fuit non propter propaginem carnis, sed propter imitationem fidei. Iustus & placens Deo, per fidem suscepit filium sibi promissum Isaac de Sara sterili vxore sua in senectute sua: iussus est ĩmolare Deo eundem filium, nec dubitauit, nec disceptauit, nec de iussu Dei disputauit, nec malum putauit quod iubere optimus potuit. Duxit filium suum ad immolãdum, ipsum et ligna sacrificii, venit ad locũ, erexit dexterã vt percuteret: eo phibẽte deposuit, quo iubente leuauerat. Qui obtẽperauerat vt ferret, obtẽperauit vt parceret: vbique obediens, nusquã timidus. Vt tamen impleretur sacrificium, & sine sanguine non discederetur: inuentus est aries hærẽs in vepre cornibus, ipse immolatus est, peractum est sacrificium. Quare quid sit: Figura est Christi inuoluta sacramentis. Denique vt videatur discutitur, vt videatur pertractatur, ut quod inuolutum est euoluatur. Isaac tanquam filius vnicus dilectus figuram habens filii Dei, portans ligna sibi quomodo Christus crucem portauit. Ille postremo ipse aries Christum significauit. Quid est enim hærere cornibus, nisi quodammodo crucifigi? Figura est ista de Christo. Continuo prædicanda erat Ecclesia, prænunciato capite prænunciandum erat & corpus. Cœpit spiritus Dei, cœpit Deus ad Abraham predicare velle Ecclesiam, & tulit figuram. Christum figurate prædicabat, Ecclesiam aperte prædicauit: ait enim ad Abraam, Quoniam obaudisti vocem meam, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me, benedicens

Rom.2.4. &.9.

Gen.22.

Immolatio ischah figura passiõis xpi idẽ sup euã. Ioan. tract. 9. in Tom. 9.

nedicens benedicã te, & implendo implebo semen tuũ sicut stellas cœli, & sicut arenam maris, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Et penè vbique Christus in aliquo inuoluto sacramento predicatus est a prophetis, Ecclesia apertè: vt viderẽt illã et qui futuri erant contra illã, & impleretur in eis ista nequitia quã prædixit Psalmus, Qui videbant me, foras fugerunt a me. Ex nobis exierunt, sed nõ erãt ex nobis Hoc. Apostolus Ioannes de illis dixit. Oblitus sum tanquam mortuus a corde.) Oblitus sum, in obliuionem veni, obliti sunt me illi qui viderunt me, Obliti sunt me, & sic me obliti sunt tanquam mortuus fuerim a corde ipsorum. Oblitus sum tanquam mortuus a corde. Factus sum tanquam vas perditum.) Quid est hoc, Factus sum tanquã vas perditum? Laborabat iste, & nulli proderat: vidit se vas esse & nulli prodesse, & se tanquam vas perditum dicit. Quoniam audiui vituperationem multorum accolentium in circuitu.) Multi accolunt in circuitu meo, & reprehendunt me quotidie. Quanta mala dicunt in malos Christianos, quę maledicta perueniunt ad omnes Christianos. Nunquid enim dicit qui maledicit aut qui reprehendit Christianos ecce quid faciunt non boni Christiani? Sed ecce quæ faciunt Christiani. Non separat, non discernit. Illi tamen ista dicũt qui accolũt in circuitu: ideſt, circumeunt, et non intrant. Quare circumeunt & non intrant? Quia rotam temporis amant. Non intrant ad veritatem, quia non amant æterni tatem: temporalibus dediti tanquam rotæ constricti, de quibus alibi dicitur, Pone principes eorum vt rotã. Et alibi, In circuitu impii ambulant. Dũ congregarentur ipsi simul aduersum me, vt acciperent animam meam conciliati sunt.) Quid est vt acciperent animam meam conciliati sunt? Vt consentirem prauitatibus eorum. Illis enim qui maledicunt, & non intrant, parum est quia non intrant: & eiicere hinc volunt vituperando. Si eiecerunt te de Ecclesia, acceperunt animã tuam: id est, tenuerunt cõsensionem tuam, & eris in circuitu tuo, nõ ĩ mãsione. Ego autẽ inter hęc opprobria, inter hęc scãdala, inter hęc mala, inter istas seductiones, foris iniquitates, et peruersitates intus cum attenderem homines iustos, & quærerem quos imitarer, & deessent, quid fecit? quod consilium inueni? Ego autem in te speraui Domine.) Nihil salubrius, nihil securius. Volebas imitari nescio quem, inuenisti illum non bonum. Tolle imitationem hanc: Alium quæsisti, nescio quid displicuit tibi. Tertium quæsisti, & ipse non placuit. Nunquid quia & ille & ille displicuit, & tu peribis? Tolle ab homine spem, quia maledictus omnis qui

Pſal.82. Pſal.11.

1.Ioan.2.

Quo imitãdi homines vt ad mẽ sam xpi deueniamus, et inde solidũ cibũ capiamus in illis aũ nõ ẽ sperã dũ, nã ĩ pace eẽ nõ põt q spem

suã ponit in hoĩe, sumanam per lo. huius trac.1. authoris et 2.in To.9. hes ab Aug.i de grã & li.arbit.ad val. ca.4.i 1.7.& i 2.T.hor opuſ. Cõparatio.

Hie.47 in Exp.ger

spem suam ponit in homine. Si attendis adhuc hominẽ & eum quæris imitari & ex illo pendere, adhuc lacte vis nutriri: & fies mammothreptus, quales dicũtur pueri qui diu sugunt, quod non decet. Etenim lacte vti tanquam per carnem velle sibi cibum traiici; hoc idem est per hominem vinere. Idoneus esto ad mensam, inde cape vnde ille cepit, aut fortasse non cepit. Forte vtiliter & in malum incidisti quem bonum putasti, vt in vbere quasi materno amaritudinem inuenires: & ea offensione repellereris, & ad cibum validiorem inuitareris. Faciunt enim hoc nutrices mammothreptis, vt aliqua amara ponãt in papillis suis: quibus offensi paruuli ab vbere resiliant, & ad mensam inhient. Ergo dicit, Ego autẽ in te speraui Dñe, Dixi tu es deus meus.) Tu es Deus meus. Recedat Donatus, recedat Cæcilianus: nec ille, nec iste Deus meus est. Non ad hominis nomen amburo, Christi nomen teneo. Ipsum Paulum audi dicentem

1.Corin.1.

Nũquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Perirem si essem de parte Pauli, quomodo non pereo si fuero de parte Donati? Prorsus

Recedã humana nomina.

recedant humana nomina, humana crimina, humana figmenta, In te Domine speraui, dixi tu es Deus meus. Nõ homo quisquã, sed tu es Deus meus. Vnus deficit, vnus proficit: Deus meus non deficit, neque proficit. Nec habet quo proficiat perfectus, nec habet vnde deficiat æternus. Dixi domine Deus meus es tu. In manibus tuis sortes meę.) Nõ in manibus hominũ, sed in manibus tuis.

Sors quid.

Quæ sunt istæ sortes? Quare sortes? Audito nomine sortium, non debemus sortilegos quærere. Sors enim non aliquid mali est: sed res est in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem. Nam & sortes miserunt apostoli, quando Iudas tradito Domino periit. Et sicut de illo scriptum est, Abiit in locum suũ, cœpit quæri quis in locum eius ordinaretur. Electi sunt duo iudicio humano, & electus de duobus vnus iudicio diuino. De duobus consultus est Deus quemnam ipsorum esse vellet, & cecidit sors super Mathiam. Quid igitur est, in manibus tuis sortes meæ? Sortes dixit, quantum ego existimo, gratiam qua saluati sumus. Quare sortis nomine appellat gratiam Dei? Quia in sorte non est electio sed voluntas Dei. Nam vbi dicitur, iste facit, iste non facit, merita considerantur: & vbi merita considerantur, electio est, non sors. Quando autem Deus nulla merita nostra inuenit, sorte voluntaris suæ nos saluos fecit, quia voluit, non quia digni fuimus. Hæc est sors. Merito tunica illa Domini desuper texta quæ significat charitatis æternitatem, cum diuidi a persecutoribus non posset, sors super eã missa ast: ad quos peruenit, eos significauit qui

Act.1.

In sorte nõ ẽ electio ſ; voluntas Dei, q̃ sorte suæ voluntatis nos saluos facit, qa voluit, nõ qa digni fuimus idem sup.i exp.ps.29. Ioan.19.

videntur

videntur ad sortem peruenire sanctorum. Gratia salui facti estis per fidem, ait Apostolus, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis. Videsortem. Et hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus quasi vos benefeceritis, vt ad hoc accedere digni esseris: nõ ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Hæc quodammodo sors occulta est. Voluntas Dei in humano genere sors est: sors veniens de Dei occulta voluntate, apud quẽ non est iniquitas. Nõ enim ille personas accipit, sed occulta illius iustitia tibi sors est. Attendat itaque charitas vestra, videte hoc ipsum quemadmodum firmetur ab apostolo Petro: cum Simõ ille magus baptizatus a Philippo adhæreret ei, credens miraculis diuinis factis in conspectu suo. Venerunt apostoli ad Samariam, vbi crediderat etiã & ipse Magus & vbi fuit baptizatus: & imposuerunt apostoli manus hominibus baptizatis, & acceperunt spiritum sanctum, & cœperunt linguis loqui. Admiratus est ille, & obstupefactus tanto diuino miraculo, quod ad impositionẽ humanarum manuũ venit spiritus sanctus, & impleuit homines: & desiderauit istam, non gratiam sed potentiam, non vnde liberaretur, sed vnde extolleretur. At vbi desiderauit hoc & impleuit superbia cor eius, & diabolica impietas & cessitudo deiicienda, ait Apostolis, Quantã vultis peccuniam a me accipite, vt & ad mearum impositionem manuum accipiant homines spiritum sanctũ. Qui quærebat secularia, qui in circuitu accolebat, pecunia putauit posse se emere donũ Dei. Qui se putauit pecunia cõparare spiritum sanctum: etiam apostolos auaros arbitratus est, sicut erat ipse impius & superb. Continuo Petrus, pecunia tua, inquit, tecum sit in perditionem, quia existimasti donũ Dei pecunia cõparare. Non est tibi sors neque pars in fide hac: id est, non pertines ad istam gratiam quam gratis omnes accepimus, quia pecunia te putas posse emere quod gratis datur. Ex eo autem quod gratis datur, sors vocatur. Non est tibi sors neque pars in fide hac. Ista dixi, ne expauescerem quod ait, In manibus tuis sortes meę. Quę sunt enim sortes? Hereditas Ecclesię. Quousq; est hęreditas Ecclesię? Inter quos fines? Vsque ad omnes fines. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Non mihi ergo promittat homo nescio quam particulam, Deus meus in manibus tuis sortes meæ. Iam sufficiat charitati vestræ, quod restat in nomine Domini crastina die ipso adiuuante reddemus.

Ephe.2. et exposition hũ huius authoritatis habes ab aug. i de grã & lib.arbit.ad val.ca.8.i T.7. et i 2.T.horum opuscul.

Act.8.

Simõ magus ñ desiderauit gratiã ſ; potẽtiam, nõ vt liberaret ſ; vt extolleret. Et q̃tenus a petro romę extinctus sup.i de hę resib.ca.1.et sup Euã.Ioã.trac.6. & .123.in T.9.

Simõ magus emeĩ volebat pecunia, q̃d gratis datur Mat.10. Mar.6.Luc.9. &.10. Psal.2.

CONCIO TERTIA DE FINE EIVSDEM PSALMI.

QVOD de psalmo restat vnde duos iam sermones habuimus, aliquantum est amplius quam tertia pars, & videmus nobis hodie debitum esse complendū. Vnde peto charitatem vestrā vt libenter audiatis nos. In verbis enim eius planioribus non est immorari necesse: vt ea nos teneant, quorum est necessitas exponendi. Multa enim sunt animis fidelium sponte occurrentia, multa quæ breui admonitione opus habent: quædā vero & ea rariora quibus insudandum est, vt possint intelligi. Vt ergo tempus sufficiat viribus & nostris & vestris, videte quam aperta sunt hæc: & nobiscum potius agnoscite, & in his nobiscum Deum laudate. Et si orat psalmus, orate: Et si gemit, gemite: Et si gratulatur, gaudete: Et si sperat, sperate: Et si timet, timete. Omnia enim quę hic conscripta sunt, speculum nostrū sunt. Erue me de manibus inimicorum meorum, & a persequentibus me.) Dicamus hoc, & vnusquisque de inimicis suis dicat hoc. Bonum est enim, & orare debemus vt nos Deus eruat de manibus inimicorum nostrorum. Sed intelligendi sunt inimici pro quibus orandum sit, & contra quos orandum sit. Inimici homines qualescū que fuerint non sunt odio habendi: nè cum odit malus quem patitur malum, sint duo mali. Diligat bonus, & quem patitur malum: vt vel vnus sit malus. Illi inimici sunt contra quos orandum est, diabolus & angeli eius: ipsi nobis inuident regnum cœlorum, ipsi nolunt vt nos ascendamus illic vnde illi deiecti sunt. Ab his oremus erui animam nostram. Nam & quando aduersum nos homines incitantur, vasa ipsorum fiunt. Proindè Paulus apostolus admonens nos quam cauti esse contra inimicos debeamus: ait seruis Dei qui tribulationes patiebantur, vtiquè seditionibus, improbitatibus, inimicitiis hominum: Non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est, non est aduersus homines: sed aduersus principes & potestates & rectores mundi. Cuius mundi? Cœli & terræ? Absit. Huius mundi rector non est nisi creator. Sed quem dicit mundum? Amatores mundi. Denique addit & exponit, quod dico mundi, tenebrarum harum. Quarum vtique tenebrarum, nisi infidelium & impiorum? Nam ex impiis & infidelibus cum essent facti pii et fideles, si eos alloquitur idem Apostolus, Fuistis enim aliquando tenebrę, nūc autem lux

Omnia scripta in psal. speculū nostrum sunt.

Matth. 5.

In de Ago. Christiano p totū libru i T. 3. et sup. i isto, 1. T. opu.

Ephe. 6.

Diabolus princeps mūdi, hoc est amatorę mūdi cōtra manicheos, de quibus

Ephe. 5.

lux in Domino. Aduersus spiritalia, inquit, nequitiæ in cœlestibus aduersus diabolum & eius angelos dimicatis: hostes vestros non videtis & vincitis. Erue me de manibus inimicorum meorum, & a persequētibus me. Illustra faciem tuam super seruū tuum, saluum me fac in tua misericordia.) Superius dicebamus, si meminit hæsternæ disputationis charitas vestra quicunque affuistis: quoniā illi maximè persequuntur Ecclesiam, qui Christiani nolunt benè viuere. Per hos enim opprobrium habet Ecclesia, & ab his inimicitias sustinet: quādo corripiuntur, quādo male viuere non permittuntur, quādo cū eis vel ȳbo agitur, ipsi mala i suis cordibus meditātur, & erumpendi occasionē requirunt. Inter hos est gemens iste, & si volumus nos sumus: quoniā plures sunt ipsi, & inter multitudinem eorū vix apparent boni, tanquam grana in area, de quibus tunc purgatis horrea replenda sunt Domini. Ergo inter hos gemens iste ait, Illustra faciem tuam super seruum tuum. Confusio enim quędā putatur cum omnes Christiani dicuntur: & qui bene viuunt, & qui male viuunt, omnes vno charactere signantur, omnes ad vnum altare accedunt, omnes eodem baptismo abluuntur, omnes eandem orationem dominicam proferunt, omnes iisdem mysteriis celebrādis intersunt. Quando discernuntur qui gemunt & a quibus gematur, nisi illustret ille faciē suam super seruum suum? Quid est ergo, Illustra faciem tuam super seruum tuum? Appareat, quia pertineo ad te. Nec sic dicat & Christianus impius quia pertinet ad te, ne sinè causa tibi in alio psalmo dixerim, Iudica me Deus & discerne causam meam de gente non sancta. Quod ibi dixit, discerne causam meam: hoc dicit hic Illustra faciem tuam super seruum tuū. Et tamen nè & ipse superbiat, & qua si se iustificare videatur: adiūgit & ait, Saluum me fac in tua misericordia.) Hoc est, nō in mea iustitia, nō in meis meritis, sed in tua misericordia: non quia ego sum dignus, sed quia tu misericors es. Noli me audire secundū meritum meum, sed secundū misericordiam tuam. Noli me audire secundū iustitiam meam, sed secundū misericordissimā bonitatem. Saluum me fac in tua misericordia. Domine non confundar quoniam inuocaui te.) Magnā causam de isto psalmo dixit, non confundar quoniam inuocaui te. Vis vt cōfundatur qui inuocauit te? Vis vt dicat, vbi est deus meus? Quis autē etiam ipsorum impiorum non inuocat Deum? Nisi ergo proprio modo quodam diceret, Inuocaui te Deum, qui non possit communis esse cum multis, nullo modo de hac inuocatione tantam mercedem auderet exigere. Responderet enim illi Deus quodammodo in cogitatione & diceret, Quid a me petis vt non confundaris? Quare? Quia inuocasti me, Nonne quotidie

sup. in lib. de heresi, cap. 40.

Fusius sup. i ex posi. psal. 29. in principio, & in prima cōcione principio, & in

Universidad de Deusto Biblioteca

Inuocas Deũ qñ in te vocas Deum.

quotidie homines, vt impleant forte adulteria quæ concupiscunt, inuocant me? Nõne quotidie homines vt mo riantur illi a quibus expectant hæreditatem, inuocant me? Nonne quotidie homines qui fraudem cogitant, vt eam prospero exitu compleant, inuocant me? Quid ergo est quod pro magna mercede exigis vt dicas, non cõ fundar quoniam inuocaui te? Inuocant quidem illi, sed non inuocant te. Inuocas Deum, quando in te vocas Deum, Hoc est enim illum inuocare, illum in te vocare, quodammodo eum in domum cordis tui inuitare. Non autem auderes tantum patrem familias inuitare, nisi nosses ei habitaculum præparare. Si enim tibi dicat Deus, ecce inuocasti me, venio ad te, quo intrabo? Tãtas sordes conscientiæ tuæ sustinebo? Si seruum meum in domum tuam inuitares, nonne prius eã mundare curares? Inuocas me in cor tuum, & plenum est rapinis. Quo inuocatur Deus plenum est blasphemiis, plenum est adulteriis, plenum est ira & fraudibus, plenum est malis concupiscentiis, & insuper plenum est inuidia, & inuocas me? De talibus denique quid ait alio loco Psalmus? Dominum nõ inuocauerunt. Et vtique inuocauerunt, nec tamen inuocauerunt. Breuiter dico, quoniam nata est quæstio vt tantam mercedẽ exigat homo allegans vnũ meritum, dicendo, quia inuocaui te cum videamus a tã multis malis inuocari Deum, nata est quæstio, vnde nõ transeundum est. Dico ergo breuiter homini auaro, Inuocas Deum. Quare inuocas Deum? Vt det tibi lucrũ. Lucrum ergo inuocas non Deum: quia hoc lucrum quod concupiscis, non potes habere per seruum tuum, non potes habere per colonum tuum, per clientem tuũ, per amicum tuum, per satellitem tuum. Inuocas Deum ministrum lucri tui facis Deum. Viluit tibi Deus, vis inuocare Deum? Gratis inuoca. Auare, an parum est tibi si te impleat ipse Deus? Deus si ad te veniat sine auro & argento, non vis illum. Quid ergo tibi de his quæ fecit deus sufficit, cui deus ipse non sufficit? Merito ergo rogat iste, non confundar, quoniam inuocaui te Inuocate dominum fratres, si non vultis confundi. Confusionem enim quendam timet iste, de qua in superioribus Psalmi locutus est, In te Domine speraui, non confundar in æternum. Nam vt sciatis quia istam confusionem timet: quid addidit cum dixisset, Non confundar in æternum, quoniam inuocaui te? Erubescant impii & deducantur in infernum.) Confusionem vt que illam in æternũ. Muta efficiantur labia dolosa. Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia et cõtemptu.) Iustus iste Christus est. Multa labia loquuntur aduersus eum iniquitatem in superbia & contemptu.

Psal. 52. Et vide ibi Aug. dicẽtẽ qđ Deus vult gratis coli, & caste amari, nõ ꝓpterea se amari qa dat aliqđ ꝓter se, sꝫ qa dat se. Nã q̃ inuocat Deũ vt sit dines, nõ deũ inuocat, hoc. n. inuocat qđ ad seꝫlut veniꝝ, q̃d ẽ inuocare niſi vocare in se, ideo qñ dicit Deus da mihi diuitias, nõ vis vt ipse Deus ad te veniat, sꝫ vis Vt diuitiæ veniant ad te, et sup ps. 52. iqt, qđ tales nõ volũtarie amãt Deũ, qa nõ ꝓpter se sꝫ propter aliud illũ amãt, cũ exẽplo qđ ꝓpter se vnusquisq;

Quare in superbia & contẽptu? Quia contemptibilis superbis apparuit, qui tam humilis venit. Non vis vt cõtemnatur ab eis qui honores amant, ille qui tantas cõtumelias accepit? Nõ vis vt contẽnatur ab his qui pro magno habent istam vitam, ille qui mortuus? Non vis vt contemnatur ab eis qui quasi damnationem mortẽ crucis turpem putant, ille qui crucifixus est? Nõ vis vt contemnatur a diuitibus, ille qui pauperem vitam gessit in mundo, cum esset creator mundi? Omnia ista quæ amant homines, quia noluit illa habere Christus, vt nõ habendo ostenderet contemnenda, non quia in potestate non habuit possidenda: omnes qui amant, hæc contẽnunt illum. Et quicunque voluerit seruorum eius sequi vestigia ipsius, vt ambulet & ipse in ea humilitate in qua didicit ambulasse Dominum suum, contemnitur in Christo quasi membrum Christi: & cum caput & membra contemnuntur, totus ipse Christus contẽnitur, quia totus ipse iustus est caput et corpus. Et necesse est vt cõtemnatur totus ipse Christus a superbis et impiis, vt fiat illis quod dicitur, Muta efficiantur labia dolosa quę loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia & contemptu. Quando efficientur muta labia ista? In hoc seculo nunq̃. Quotidie clamãt cõtra Christianos maxime humiles, quotidie blasphemãt, quotidie latrãt: augẽt linguis suis pœnas, qbus apud inferos sitiãt, et aquę stillã sine causa desiderent. Non ergo nũc muta efficiunt labia istorũ, Sed quãdo? Quãdo traducẽt eos ex aduerso iniquitates eorũ, sicuti dicitur in libro Sapientię, Tunc stabunt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Tunc dicent illi, Hi sunt quos aliquando habuimus in risum & in similitudinem improperii. Quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam. Tunc efficientur labia eorum muta qui loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia & in contẽptu. Modo enim dicũt nobis, Vbi est deus vester? Quid colitis? Quid videtis? Creditis & laboratis: certũ est quod laboratis, icertũ est qđ speratis. Quãdo venerit certũ qđ speramus, muta efficient labia dolosa. Proinde vide qđ sequit, quia muta efficientur labia dolosa quę loquũtur aduersus iustũ iniquitatẽ, in superbia & contẽptu. Attendit iste qui sic gemit, videt bona Dei intus in spiritu, videt hęc bona quę in occulto videtur, sed ab impiis nõ videtur. Videt eos propterea loqui aduersus iustũ iniquitatẽ in superbia et contemptu, quia bona huius seculi videre norũt, bona autẽ futuri seculi nec cogitare sciũt. Sed vt cõmẽdaret ipsa bona futuri seculi hoibus quos iubet tolerare nõ amare psentia,

vult amari ab vxore, idẽ in Euang. secundũ Io. tract. 49. i T. 9. ob id gratis illũ amare debemus, vt ipse sit ꝑmiũ nostrũ, sup Euang. Ioã. trac. 3. i T. 9. et i ep̃. apo. ad Parth. i de ỹb. dñi ser. 49. i Tom. 10.

A qbus cõtemnebatur xps, & quare.

Quando muta efficiẽtur labia dolosa. Luc. 16.

Sapien. 5.

exclamauit

exclamauit & addidit, Quã multa multitudo dulcedinis tuæ domine.) Hic homo impius si dicat, vbi est ista multitudo dulcedinis? Respondebo: Quomodo tibi ostendã multitudinẽ huius dulcedinis, qui palatum de febre iniquitatis perdidisti? Mel si non nosses, quam bene saperet non clamares, nisi gustasses. Palatum cordis non habes ad hæc bona gustanda, quid tibi faciam? Quomodo ostendam? Non est cui dicam, Gustate & videte quoniã suauis est Dominus. Quam multa multitudo dulcedinis tuæ Domine. Quam abscõdisti timentibus te.) Quid est abscondisti illis? Seruasti illis, non negasti, vt soli ad eã perueniant. Bonum est enim quod iustis & impijs non potest esse commune, vt timendo perueniant. Quandiu enim adhuc timent, nondum & ipsi peruenerunt: sed credunt se peruenturos, sed a timore incipiunt. Nihil enim dulcius est immortalitate sapientiæ, sed initium sapientiæ timor Domini. Quam abscondisti timentibus te. Perfecisti autem sperantibus in te, in conspectu filiorum hominum.) Non perfecisti in conspectu filiorum hominum, sed sperantibus in te, in conspectu filiorum hominum: id est, eis perfecisti dulcedinem tuam, qui sperãt in te, in conspectu filiorum hominum. Quomodo dicit dominus, Qui me negauerit coram hominibus, negabo & illum coram patre meo. Ergo si speras in Domino, coram hominibus spera: ne forte abscondas ipsam spem tuam in corde tuo & timeas confiteri, cum tibi pro crimine obijciatur quia Christianus es. Cui autem modo obijciatur, quia Christianns est? Tam pauci non Christiani remanserunt, vt eis magis obiiciatur, quia Christiani non sunt: quam ipsi audeant aliquibus obiicere, quia Christiani sunt. Tamen dico vobis fratres mei, incipe quicunque me audis viuere quomodo Christianus & vide si non tibi obiiciat et a Christianis, sed nomine, non vita, non moribus. Nemo sentit nisi qui expertus est. Ergo intende, intuere quod audis. Vis viuere Christianus? Vis sequi vestigia Domini tui? Obiicitur tibi, erubescis, & erubescendo dimittis. Viam perdidisti. Videris tibi corde credidisse ad iustitiam: sed pdidisti, ore confessio fit ad salutem. Si ergo vis ambulare uiã Domini, etiam in cõspectu hominum spera in Deum id est, noli erubescere de spe tua. Quomodo viuit ĩ corde tuo, sic habitet in ore tuo: quia non sine causa signum suum Christus in fronte nobis figi voluit tanquam in sede pudoris, ne Christi opprobrio Christianus erubescat. Hoc ergo in conspectu hominum si feceris, si inde corã hominibus non erubueris, si in conspectu filiorum hominum nec ore nec factis Christum negaueris: spera tibi perfici dulcedinẽ Dei. Quid segtur? Abscõdes eos ĩ abscondito vultus

Prouerb. 1.

Matt. 10. ✦ Ego.

Qui viuit vt christianus sibi obiicitur a christianis.

Rom. 10.

Deus post hãc vitã erit locus nr̃. et merce. sup Euan. Io. trac. 3 in To. 9. & ĩ de verb. apo. ser. 7. in Tom. 10.

vultus tui.) Qualis est locus iste? Non dixit, Abscõdes eos in cœlo tuo: non dixit, abscondes eos in paradiso? non dixit abscondes eos in sinu Abrahæ. Multis enim fidelibus loca futura sanctorum, in scripturis sanctis posita sunt. Vilescat totum quicquid præter Deum est. Qui nos tuetur in loco vitæ huius, ipse post istam vitam sit locus noster: quia & iste Psalmus, hoc ei ait superius, Esto mihi in deum protectorem, & in domum refugii. Ergo erimus in vultu dei abscõditi. Quis sinus est in facie Dei, a me expectatis audire? purgate cor, vt ipse illuminet, & quem vocatis inter. Esto domus eius, & erit domus tua: habitet in te, & tu habitabis in eo. Si eum exceperis in hoc seculo in corde tuo, ille post hoc seculum excipiet te vultu suo. Abscondes, inquit, eos. Vbi? In abscondito vultus tui. A conturbatione hominum.) Ibi enim, non conturbantur cum abscunduntur. In abscondito vultus tui non conturbantur. Putas est quisquam ita felix in hoc mundo, vt cum cœperit audire opprobria hominum, propterea q̃ Christo seruit, fugiat ad Deum corde, & incipiat spem habere in dulcedine ipsius, & a conturbatione hominum, a quibus audit opprobria, intret in vultum Dei cum conscientia sua? Intrat plane, sed si habeat cum quo intret: id est, si non sit onerosa ipsa conscientia, si non illi faciat sarcinam grandem, & angustam ianuam. Abscondes ergo eos in abscondito vultus tui a conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo, a cõtradictiõe linguarũ.) Aliquando abscõdes eos in abscondito vultus tui, a cõturbatione hominum: vt prorsus in eis conturbatio humana deinceps esse non possit. Sed interim cum peregrinantur in hoc seculo, quia multas patiuntur linguas contradicentes qui tibi seruiunt, quid eis facis? Proteges eos in tabernaculo tuo. Quod est tabernaculum? Ecclesia huius tẽporis, tabernaculũ ideo dicitur, q̃a adhuc ĩ hac terra peregrinat̃. Tabernaculũ. n. habitaculũ est militũ ĩ expeditiõe positorũ. Ipsa dicunt̃ tabernacula, Domus non est tabernaculum. Pugna in expeditione peregrinus: vt saluus factus in tabernaculo, gloriosus recipiaris in domum. Erit enim in cœlo domus tua æterna, si modo bene in hoc tabernaculo vixeris. Ergo in hoc tabernaculo proteges eos a contradictione linguarum. Contradicunt linguæ multæ, diuerse hæreses, diuersa schismata personant, linguæ multæ contradicunt veraci doctrinæ. Tu curre ad tabernaculum Dei, Ecclesiam catholicam tene, a regula ueritatis noli discedere: & protegeris in tabernaculo a contradictione linguarum. Benedictus Dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam in ciuitate circunstantiq.) Quæ est

Tabernaculũ ẽ habitatio militũ in expeditione positorum.

Domus ẽ habitatio pacifica.

est ciuitas circunstantiçe? In Iudæa populus Dei erat positus, quasi in medio mũdo, vbi dicebantur laudes Deo, eique sacrificia offerebantur, vbi prophetia non cessabat canendo futura, quæ modo videmus impleri. Iste populus quasi in medio gentiũ erat. Attendit Prophetа iste, & vidit futuram Ecclesiã Dei in omnibus gentibus. Et quia omnes gentes circum vndique erãt, quæ in medio ponebant vnam gentẽ Iudæorum: has vndiq; circunstantes gentes apppellauit ciuitatem circunstantiæ. Mirificasti quidem domine misericordiam tuam in ciuitate Hierusalem. Ibi passus est Christus, ibi resurrexit, ibi ascendit in cœlum, ibi multa mirabilia fecit: sed maior laus tua est, quia mirificasti misericordiam tuã in ciuitate circunstantiç, id est, in omnibus gentibus diffudisti misericordiã tuam. Nec vnguentũ tuum in illa Hierusalem, quasi in vase tenuisti: sed tanquam cõfracto vase, vnguentum per mundum diffusum est, vt impleretur quod dicitur in scripturis sanctis, Vnguentum effusum est nomen tuum, Et ita mirificasti misericordiam tuã in ciuitate circunstantiæ. Ascendit enim in cœlum sedet ad dexterã patris, post decẽ dies misit spiritum sanctum: impleti sunt spiritu sancto discipuli, cœperunt prædicare magnalia Christi, Lapidati, occisi, fugati sunt. Et cũ inde tanquã ex vno loco sugarentur, quasi ligna ardẽtia igne diuino, totã sylua mũdi accensam feruore spiritus & lumine veritatis impleuerunt: Et mirificauit Dominus misericordiã suam in ciuitate circunstantiç. Ego dixi in Ecstasi mea.) Recordamini titulum psalmi, ecce est illa ecstasis. Videte quid dicat, Ego dixi, inquit, in ecstasi mea, Proiectus sum a facie oculorum tuorũ.) In pauore meo dixi, hoc est, dixi in ecstasi mea, Vidit se pauentem intus nescio qua tribulatione magna, sicut non de sunt: attendit cor suum pauidũ & trepidum & ait, Proiectus sum a facie oculorum tuorum. Si in facie tua essem, non sic timerem: si me attenderes, non sic trepidarẽ. Sed quoniã dicit in alio Psal. Si dicebam motus est pes meus misericordia tua Domine adiuuabat me: continuo & hic ait. Ideo exaudisti vocem orationis meæ.) Quia confessus sum quia dixi proiectus sum a facie oculorũ tuorũ, quia nõ superbus extiti, sed cor meum accusaui, & in tribulatione mea titubans ad te exclamaui: exaudisti orationem meã. Impletum est ergo quod commendaui de illo Psalmo. Quod enim est, Ego dixi in ecstasi mea proiectus sum a facie oculorum tuorum: hoc est in illo Psalmo, Si dicebã motus est pes meus. Et quod est in illo, Misericordia tua Domine adiuuabat me: hoc est in isto, Ideo exaudisti Domine vocẽ orationis meæ. Attende illud in Petro, Videt Dominũ ambulantẽ in aqs, puta

Can.1.

Act.1.

Act.7.

Psal.93

Matth.14.

putat phantasma: exclamat Dominus, Ego sum, nolite timere. Confidit petrus & dicit, Si tu es, iube me venire ad te super aquas. Hinc probo si tu es, si in verbo tuo potuero quod tu potes. Aut ille, Veni. Et ad verbum iubentis facta est potestas audientis. Veni, inquit, Et descẽdit. Cœpit ire, Ibat intrepidus, tanquam in illo sperans. Videns autem ventum validum timuit. Ego dixi in ecstasi mea, proiectus sum a facie oculorum tuorum. Et cũ cœpisset mergi clamauit, Domine pereo. Et Iesus porrigens ei manum leuauit eũ dicens, Modicæ fidei, quare dubitasti? Dixi ergo in ecstasi mea, proiectus sum a facie oculorum tuorum: & tanquã iam perire incipiens in mari, exaudisti Domine vocẽ orationis meæ. Exaudisti autem, Cum clamarem ad te.) Clamor ad Deum, non est voce sed corde. Multi silentes labiis, corde clamauerunt: multi ore strepentes, corde auerso nihil impetrare potuerunt. Si ergo clamas, clama intus vbi audit Deus, Cum clamarem, inquit, ad te exaudisti vocem orationis meę. Iam ergo expertus quid nos hortatur? Diligite Dominum omnes sancti eius.) Tanquam diceret, Credite mihi ego sum expertus. Habui tribulationes, inuocaui, & non sum deceptus: sperauí in Deum, & nõ sum confusus. Cogitationes meas illuminauit, trepidationẽ meam firmauit. Diligite Dominum omnes sancti eius: id est, vos diligite Dñm, qui non diligitis mundum, hoc est omnes sancti eius. Nam cui dico vt diligat Dominum quid adhuc diligit amphiteatrum? Cui dico vt diligat Dominum, quid adhuc diligit pantomimum? quid adhuc diligit vinolẽtiam? quid adhuc diligit pompas seculi & vanitates omnes, & insanias mendaces? Cui dico, discе nõ diligere, vt discas diligere: auerte vt conuertaris, funde vt implearis? Diligite Dominũ omnes sancti eius. Quoniam veritatem requiret Dominus.) Nostis quia modo multi malefici videntur, nostis quia modo in suis vanitatibus extolluntur, veritatem requiret Dominus. Et retribuet his qui abundanter faciunt superbiam.) Ferte donec efferatis, tolerate donec careatis: necesse ẽ enim vt Dominus veritatem requirens, retribuat his qui abundanter faciunt superbiam. Iam dicturus es, quando retribuet? Quando vult. Quia retribuet certus sis: de retributione non dubites de tempore non audeas Deo donare consilium: Prorsus veritatem requiret, & retribuet his qui abundanter faciunt superbiam. Aliquibus & hic retribuet, & vidimus & didicimus quia retribuit. Etenim quando humiliantur qui deum timent, si forte in aliqua dignitate huius seculi refulserant, humiliati non ceciderunt, quia deum de corde nõ excluserũt, altitudo ipsorum deus ẽ, Humiliatus videbatur

Hinc probo qđ tu es (dicebat Petrus) si in verbo tuo potero qđ tu potes. idẽ in de ỳbis dñi ser. 13. i To. 10. Clamor ad deũ ñ ẽ voce, sz cor de idẽ sup psal. 5. sz fusius sup 34. vbi igit, qđ nullum maius, nullũq; melius negotiũ ẽ ĩ tribulatiõe, q̃ recedeẽ ab eo strepitu q foris est, & ire ĩ ĩteriora mentis secretaria, & ibi deũ ĩuocare, vbi nemo videt gemẽtẽ, & subueniẽtẽ, tbi eũ dus audit, & audit, (Dan. 13.) tõ Susãna: deus eterne q̃ absc̃ditorũ es cognitor, & dñs, ĩtra cũ oras ĩ cubiculũ tuum (Mat. 6.) Nã cubile nostrũ ẽ cor nñm ibi clamãdũ (Exo. 13 mũdũ nam vt di scas deũ exaudi dilligere tus fuit Moses, cũ ñ clamaret, sz taceret, & ei dicit dus cur clamas ad me, ore tacebat, sed cor

Iob.1. Pro ista materia vide prefa. psal.29.sup. in isto.1.To.opu.

tur Iob perdita substãtia sua, perditis filiis suis, perditis quæ seruabat, perditis quibus seruabat: remansit sine hæreditate, & quod est tristius, sine hærede, remansit ad solam vxorem non suam consolatricem, sed diaboli potius adiutricẽ, humiliatus videbatur: vnde si miser factus est, vide si non erat in abscondito vultus dei. Nudus ait exii de vtero matris meę, nudus reuertar in terrã. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, Sit nomen domini benedictum. * Istæ gemmæ laudis dei vnde sunt? Videte foris pauperem, intus diuitem. Istæ gemmæ laudis dei * non exirent de eius ore, nisi thesaurum haberet in corde. Qui diuites esse vultis tales diuitias concupiscite, quas nec in naufragio potestis amittere. Ergo tales quando humiliantur, nolite eos putare miseros. Bratis, nescientes quid intus habeant. Ex vobis coniicitis qui mundum diligitis, quia vos cum talia perditis miseri remanetis. Prorsus nolite hoc putare, habent intus quo gaudeant. Interior est dominator eorum interior est pastor & consolator ipsorũ. Ipsi sunt qui male cadunt, quispem suam in hoc seculo ponunt aufertur quod nitebat foris, nihil remanet intus nisi fumus malę conscientiæ. Vnde se consolentur non habent, non habent quo foras exeant, non habent quo intro redeãt: deserti pompa seculari, inanes gratia spirituali, vere humiliantur. Et multis facit deus ista in isto tempore, sed non omnibus. Si enim nemini faceret, quasi non videretur vigilare diuina prouidentia: si omnibus faceret, non seruaretur diuina patientia. Tu tamen Christiane tolerare didicisti, non vindictam retribuere. Vindicari vis Christiane? Nondum vindicatus est Christus. An tu passus es improbum, & ille non passus est? Nonne prior pro te passus est, qui non habebat quare pateretur? Nam in te tribulatio fornax aurificis est, si tamen aurum sis & non palea: Vt sordibus careas, nõ in cinerẽ conuertaris. Diligite dominum omnes sancti eius, quoniam veritatem requiret dominus, & retribuet his qui abundanter faciunt superbiam. Sed quando retribuet? O si modo retribueret, modo eos volebam videre humiliatos atque prostratos. Audite quid sequitur, Viriliter agite.) Nolite lassas manus in tribulationibus dimittere, nõ nutent genua vestra, Viriliter agite. Et cõfortetur cor vestrum.) Ad perpetienda & toleranda omnia mala huius seculi confortetur cor vestrum. Sed qui sunt quibus hæc dicit propheta, Viriliter agite, & confortetur cor vestrum? Nunquid his qui diligunt mũdũ? Non. Sed quibus dicit, audite, Omnes qui speratis in Domino.

* Istę geminę laudes dei.

Quando sancti humiliant nõ debemus illos putare miseros.

Mali qñ cadũt vere miseri dicuntur.

Quasaliqꝫ peccatores hic humiliant & alii nõ.

Christianus si vult vindicari, cogitet qđ nõdũ xps est vindicatus.

in Psalmum

IN PSALMVM

XXXI ENARRATIO.

Argumẽtũ hic i principio est positum ab Augu.

PSALMVS gratiæ dei & iustificationis nostræ nullis præcedentibus meritis nostris, sed præueniẽte nos misericordia domini dei nostri, commendatus maxime ore apostolico, sicut præcedens hunc Psalmũ lectio nobis intimauit, a nostra tenuitate susceptus est, cum vestra charitate tractandus. Vnde primum infirmitatem meam orationibus vestris commendo, sicut dicit Apostolus: Vt detur mihi sermo in apertione oris mei, sic loqui vobis, quemadmodum & mihi dicere periculosum non sit, & vobis audire salutare sit. Anceps enim animus humanus & fluctuans inter confessionem infirmitatis & audaciam præsumptionis, plerunq; hinc atque inde contunditur, & ita impellitur vt ei in quãlibet partem cadere precipitium sit. Si enim se infirmitati propriæ omni ex parte donauerit, & in hanc cogitationem se inclinauerit, vt dicat quia misericordia dei omnibus peccatoribus, in quibuslibet peccatis perseuerantibus, tantum credentibus quia deus liberat, deus ignoscit, ita parata est in finem, vt nemo pereat fideliũ iniquorũ: id est, nemo pereat eorum qui sibi dicunt, quid quis faciam, quibuslibet facinoribus & flagitiis inquinet, quantumlibet peccem, liberabit me deus misericordia sua, quia credidi in eum. Qui ergo dicit neminem perire talium, cogitatione mala inclinatur in impunitatem peccatorum: & deus ille iustus, cui cantatur misericordia & iudicium, non sola misericordia, sed & iudicium, inuenit hominem male de se præsumentem, & ad interitum suum misericordia dei abutentem, & necesse est vt damnetur. Talis quoque cogitatio præcipitat hominem qua quisque terretur, si se in audaciam quandam præsumptionis erexerit, & de suis viribus iustitiaque præsumpserit, & proposuerit animo implere iustitiam, & omnia quæ præcipiuntur in lege ita facere vt in nullo offendat, atque in potestate sua se habere vitam suam: vt omnino nusquam labatur, nusquam deficiat, nusquam titubet, nusquam caliget, sibique hoc tribuat, & potentatui voluntatis suæ: etiam si forte impleuerit omnia quæ iusta videntur coram oculis hominũ, ita vt nihil inueniatur in vita eius, quod possit reprehendi ab hominibus, ipsam præsumptionem iactationemque superbię damnat deus. Quid igitur fit, si se homo iustificaueri, et de iustitia sua præsumpserit? Cadit. Si considerans & cogitãs infirmitatem suam & presumens de misericordia dei,

Fiducia misericordiæ ad peccandum, hoiem præcipitat.

Ephe.6.

psal.100.

Præsũptio quã hõ dicit in potestate sua se habere vitã suã. Idẽ sup. in de fide ad pet. cap.3.

neglexerit vitã suam mundare a peccatis suis, & se om

Præsumptio quã hõ sibi ipunitatẽ peccatorũ promittit.

ni gurgite flatiorum demerserit: & ipse cadit. Præsumptio de iustitia, quasi dextera est; cogitatio impunitatis peccatorum, quasi sinistra est. Audiamus vocem dei dicentem nobis, Ne declines in dexteram aut sinistram,

Prouerb. 4.

Ne præsumas ad regnum dei iustitia tua, ne præsumas ad peccandum de misericordia dei. Ab vtroque te reuocat præceptum diuinum: & ab illa altitudine, & ab ista profunditate. Illuc si ascẽderis præcipitaberis, hac si lapsus

Nume. 20. Prouerb. 4.

fueris demergeris. Ne, inquit, declines in dextram aut sinistram. Iterum dico quod breuiter fixo animo teneas: ne præsumas ad regnum de iustitia tua, ne præsumas ad peccandum de misericordia dei. Respondebis, Quid ergo faciam? Psalmus iste docet nos. Quo perlecto atque tractato, arbitror adiuuante misericordia domini, Visuros nos viam vel vbi iam ambulemus, vel quam tenere debeamus. Vnusquisque pro modulo suo audiat, & sicut sibi conscius fuerit, ita vel doleat corrigendus, vel gaudeat approbandus. Si se deuiasse inuenerit, redeat vt in via ambulet: Si se in via inuenerit, ambulet

Nemo sit superb. extra viã fidei, nemo pigeri uia

vt perueniat. Nemo sit superbus extra viam, nemo piger in via. Hunc autem Psalmum ad eam gratiam pertinere, qua Christiani sumus, testatus est Apostolus Paulus: vnde ipsam lectionem vobis legi voluimus. Hoc dixit Apostolus cum commendaret iustitiam quæ ex fide est, aduersus eos qui gloriantur de iustitia, quæ est ex

Rom. 4.

operibus, hoc ait, Quid ergo dicimus inuenisse Abrahã patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non ad Deum. Auertat ipse deus a nobis talem gloriam, & illud potius audiamus, Qui gloriatur, in domino glorietur.

1. Corin. 1.

Causa q̃re multi pagani nolũt fieri christiani.

Multi enim gloriantur de opibus, et inuenis multos paganos propterea nolle fieri Christianos, quia quasi sufficiũt sibi de bona vita sua. Bene viuere opus est, ait. Quid mihi præceptur us est Christus? Vt bene viuam? Iam bene viuo. Quid mihi necessarius est Christus? Nullum homicidium, nullum furtum, nullam rapinam facio, res alienas non concupisco, nullo adulterio contaminor. Nam inueniatur in vita mea aliquid quod reprehendatur, & qui reprehẽderit faciat Christianum.

Hæc quæstio de fide & opib. & q̃ pcedunt iustificãdũ, ſ3 se & ipsa ẽ fides nostra, de sancto patriarcha q̃ placuit deo, quunt iustificatũ pertractat ab Aug. supra

Habet gloriam, sed non ad Deum. Non autem sic pater noster Abraham. Hæc autem sententia Apostoli ad hoc vult intentionem nostram dirigere. Quia enim fatemur, vt discamus eum & nouerimus ad Deum habere gloriã, ait Apostolus, Certe notum est nobis & manifestũ, quoniam Abraham ad Deũ habet gloriã. At si ex operibus

Rom. 4.

iustificatus est Abraham, habet gloriam, sed non ad

Deum. Ad deum autem habet gloriam, non ergo ex operibus iustificatus est. Si ergo non ex operibus iustificatus est Abraham, vnde iustificatus est? Sequitur & dicit, vnde. Quid enim scriptura dicit? Id est, vnde dicit scriptura iustificatum Abraham? Credidit autem Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ergo ex fide iustificatus est Abraham. Iam qui audit, non ex operibus, sed ex fide: obseruet illam voraginem, de qua locutus sum: Vides ergo, quia ex fide non ex operibus iustificatus est Abraham. Faciam ergo quic quid volo, quia & si bona opera non habuero, & tantum credidero in Deum, deputabitur mihi ad iustitiam. Si dixit & decreuit, lapsus demersus est: si adhuc cogitat et fluctuat, periclitatur. Scriptura autem dei verusque intellectus, non solum periclitantem a periculo liberat, sed & demersum a profundo eleuat. Respondeo ergo tanquam contra Apostolum, & dico de ipso Abraham, quod inuenimus etiam in Epistola alterius Apostoli: qui uolebat corrigere homines, qui male intellexerant istum apostolum. Iacobus enim in epistola sua contra eos qui nolebant bene operari de sola fide præsumentes, ipsius Abrahæ opera commendauit, cuius Paulus fidem: Et non sunt sibi auersi apostoli. Dicit autem Abrahæ opus omnibus notum, Abraham filium suum immolandum deo obtulit. Magnum opus, sed ex fide. Laudo superædificationem operis, sed video fidei fundamentum. Laudo fructum boni operis, sed in fide agnosco radicem. Si enim hoc præter fidem rectam faceret Abraham, nihil illi prodesset qualecunque illud opus esset. Rursum si sic teneret fidem Abraham, vt cum ei Deus imperaret offerre sibi immolandum filium suum, diceret apud semetipsum, non facio, & tamen credo, quia me etiam contemptem iussa sua liberat Deus: Fides sine operibus mortua esset, & tanquam radix sine fructu sterilis atque arida remaneret. Quid ergo? Debemus nulla opera præponere fidei: id est vt ante fidem quisquam dicatur bene operatus, Ea enim ipsa opera quæ dicuntur ante fidem, quamuis videantur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi videntur esse, vt magnæ vires & cursus celerrimus præter uiam. Nemo ergo computet bona opera sua ante fidem: vbi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit aspiciat, quo lacertos optimæ gubernationis dirigat. Fac enim hominem optime gubernare nauim, & perdidisse quo tendit, quid valet quia antẽnam opti-

ī de fide & operibus c. 14. & in de spũ & lra. 26. i. 3. To. horum opuscu.

Gen. 15. Roma. 4. Cal. 3. Iaco. 2.

Iaco. 2.

2. sen. dist. 40. c. 1. & 42. ca. alit uero qui.

Vbi fides non erat bonũ opus non erat.

Comparatio gubernãtis nauig.

me tenet, optime mouet, dat prorã fluctibus, cauet ne latera infligantur, tãtis est viribus vt deiorqueat nauim quo velit, atq; vnde velit: et dicatur ei Vsquequo is, et dicat nescio: aut non dicat nescio, sed dicat ad illum portum eo, nec ducat in portum, sed in saxa festinet? Nonne iste quanto sibi videtur in naui gubernanda agilior & efficacior, tanto periculo suis eam sic gubernat vt ad naufragium properando perducat? Talis est & qui optime currit præter viam. Nonne ergo erat melius & tolerabilius, vt esset gubernator ille aliquanto inualidior, vt cum labore & aliqua difficultate gubernacula regeret, & tamen rectum debitumque cursum teneret: rursumque ille pigrius etiam & imbecillius, tamen viam ambularet, quam præter viam fortiter curreret? Optimus ergo ille qui & viam tenet, & bene ibi ambulat sequendo spem, qui & si aliquantulum claudicat, non omnino errat, aut remanet, sed progreditur & si paulatim. Fortasse enim bene sperandum est eum quo tendit etiam tardius peruenturum. Ergo fratres ex fide iustificatus est Abraham: sed si fidem opera non præcesserunt, tamen secuta sunt. Nunquid enim fides sequuntur idem tua sterilis erit? Si sterilis non es, sterilis non est ipsa. Aliquid mali credidisti, & igne malitiæ tuę radicem tuę fidei concremasti. Tene ergo fidem operaturus. Sed dicis, Non hoc ait apostolus Paulus. Imo hoc ait Paulus apostolus. Fides, inquit, quæ per dilectionem operatur. Et alio loco, Plenitudo ergo legis charitas. Et alio loco. Omnis enim lex in vno sermone impletur, in eo quod scriptum est, Diliges proximum tuum tanquã teipsum. Vide si non vult te operari qui dicit, Non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces: & si quod est aliud mandatum in hoc sermone recapitulatur: Diliges proximum tuũ tanquam teipsum. Dilectio proximi malum non operatur, plenitudo autem legis, charitas. Nunquid charitas permittit aliquid mali te facere ei quem diligis? Sed forte tantummodo mali nihil facis, non etiã aliquid boni. Ergo nec charitas permittit te non præstare quicquid potes, ei quem diligis. Nonne illa est charitas quę orat etiam pro inimicis? Ergo deserit amicum qui bene optat inimico? Itaq; si fides sine dilectione sit, sine opere erit. Ne autem multa cogitas de operæ fidei, adde illi spem & dilectionem, & noli cogitare quid operis. Ipsa dilectio vocare non potest. Quid enim de quoquam homine etiam male operatur, nisi amor? Da mihi vacantem amorem & nihil operantem. Flagitia, adulteria, facinora, homicidia, luxurias omnes, nonne amor operatur? Purga ergo amorem tuum: aquam fluentem in cloacam, conuerte ad hortum. Quales impetus habe-

Cõparatio currentis præter viã.

Roma.4.

Si fidẽ nõ præferunt opa, illã præcesserunt, tamen secuta sunt.

sup. in de fide & operib. 15. et. 16

et de spiritu et litera. 26. i To. 3.

Gal. 5.

ho. opu. Ro. 13

Ro. 13.

Si fides erit sine dilectiõe, erit sine opere idẽ vbi supra,

bas ad mundum, tales habeas ad artificẽ mundi. Num vobis dicitur, nihil ametis? Absit, Pigri, mortui, detestãdi, miseri eritis, si nihil ametis. Amate, sed quid ametis videte. Amor dei, amor proximi, charitas dicitur. Amor mundi, amor huius seculi, cupiditas dicitur. Cupiditas refrenetur, charitas excitetur. Ipsa enim charitas bene operantis, dat ei spem bonæ conscientię: spem enim gerit bona conscientia. Quomodo mala conscientia tota in desperatione est, & sic bona cõscientia tota in spe, Et erunt tria hęc de quibus dixit Apostolus, fides, spes, charitas. Et alio loco ipsa tria, sed pro spe bonam conscientiam posuit. Finis enim peęcepti est, dixit, Quid est finis præcepti? Quo perficiuntur præcepta, non quo cõsumuntur. Aliter enim dicimus, finitus est cibus: aliter dicimus, finita est tunica quæ texebatur. Finitur vt perfecta sit. Et hic finis dicitur, & ibi. Non ergo hic finem præcepti dixit, quo quasi pereant præcepta: sed quo perficiantur, & consumentur, non consumantur. Finis ergo propter tria illa: finis, inquit, præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona: & fide non ficta. Pro spe conscientiam posuit. Ille enim sperat, qui bonam cõscientiam gerit. Quem vero pungit mala conscientia retrahit se a spe, & non sibi sperat nisi damnationem. Vt ergo speret regnum, habeat bonam conscientiam, & vt habeat bonam conscientiam, credat & operetur, quia quod credit fidei est, quod operatur, charitatis est. Illo ergo loco a fide cœpit Apostolus, Fides, spes, charitas: Alio loco ab ipsa charitate cœpit, Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Modo nos a medio cœpimus, ab ipsa conscientia & spe. Qui vult, inquã, habere bonam spem, habeat bonam cõscientiam. Vt autem habeat bonam conscientiam, credat & operetur. A medio imus ad initium & finem, credat & operetur. Quod credit fidei est, quod operatę charitatis est, Quomodo ergo dicit Apostolus iustificari hominem, sine operibus ex fide: cum alio loco dicat, Fides quę per dilectionẽ operatur? Non ergo Iacobum apostolum Paulo, sed ipsum Paulũ ipsi paulo opponamus, & dicamus ei. At nos quodãmodo permittis impune peccare cum dicis, arbitramur iustificari hominẽ per fidem sine operibus. Sed adhuc dicis, Fides quę per dilectionẽ operatur. Quomodo hac quasi securus fio, si operatus non fuero: hac autem nec spem, nec ipsam fidem video habere bonam, nisi operatus fuero per dilectionem? Te ipsum audio Apostole. Certe fidẽ mihi hic sine operibus vis commendare. Opus autem fidei dilectio est: quia dilectio vacare non potest, nisi & mali nihil operetur, & quicquid potest boni operetur. Quid enim facit dile-

1. Corin 13.

1. Timo. 1.

Finis duplex p ficiẽs et consumãs idẽ supra in cõcioe prima de psa. 30. charitas igit ẽ finis pceptiperficiẽs prg cepta.

1. Corin. 13.
1. Tim. 1.

Fidei est credere charitatis ẽ operari idẽ sup. i de fide & ope, 15. &. 16. & i de spiritu, et vt 25. et 26. et. 27. i. 3. To. hor. opusc. Psal. 83.

ctio? Declina a malo & fac bonum. Hanc ergo fidem sine operibus commendas: & alio loco dicis, Et si fidem habeam, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ergo si nihil mihi pro. dest fides sine charitate, charitas autē vbi fuerit, necesse est vt operetur, fides ipsa quę per dilectionem operatur. Quomodo ergo iustificabitur homo per fidem sine operibus? Respondet ipse Apostolus, Propterea hoc tibi dixi o homo, ne quasi de operibus tuis prę sumere uidere ris, & merito operum tuorum te accepisse fidei gratiam. Noli ergo præsumere de operibus ante fidem, Noueris quia peccatorem te fides inuenit, & si te fides data fecit iustum, impium inuenit quem faceret iustum. Credenti, inquit, in eum qui iustificat impiū, deputatur fides eius ad iustitiam. Si iustificatur impius, ex impio fit iustus: si ex impio iustus fit, quæ sunt opera impiorum? Iactet ēt impius opera sua & dicat, Do pauperibus, nihil alicui aufero, non vxorem alienam concupisco, non quenquā occido, nulli fraudem facio, depositum apud me nullo te ste represento. Hæc omnia dicat, Quæro vtrum pius sit an impius? Et quomodo sum impius, inquit ista faciens? Quomodo illi de quibus dictum est, Et seruierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Ecce quomodo es impius. Quid si de his omnibus bonis operibus, aut illud speras quod sperandum est: sed non ab illo a quo sperandum est: aut hoc speras, quod sperandum non est, etiam ab illo a quo æterna uita speranda est? Pro bonis operibus speras tibi terrenam quā dam fœlicitatem, impius es. Non est ista merces fidei. Cara res est fides, uili illam addixisti, Impius ergo es, & nulla sunt ista opera tua. Moueas licet in bonis operibus lacertos, & videaris nauim optime gubernare, in saxa festinas. Quid si quod sperandum est, speras, id est, vitam æternam, sed non a domino Deo per Iesum Christum, per quem solum datur vita æterna: sed putas te ad vitam æternam posse peruenire per militiam cœli, per solem & lunam, per potestates aeris, & maris, & terræ, & syderum? Impius es. Sed crede in eum qui iustificat impium, vt possint & bona opera tua esse opera bona. Nam nec bona illa appellauerim, quandiu non de radice bona procedunt. Quid est hoc? Aut vitam temporalem ab æterno Deo speras, aut vitam æternam a dæmonibus speras. In quamlibet partem impius es. Corrige fidem, dirige fidem, dirige uiam: & si habes bonos pedes ambula iam securus, curre, uiam tenes. Quanto melius cucurreris, tanto facilius peruenies. Sed forte claudicas aliquantulum. Saltem a uia noli recedere, & si tardius, peruenturus es; noli remanere, noli retro

2. Corin. 13.

Non psumas de opib. ante fidē

Ga fides te pecca

Ro. 4.

torē inuenit, & sic iustum fecit

idē, vbi supra.

Roma. 1.

Spes qūo guber nanda.

Impius es, quia vel tpalē speras uitā ab æterno Deo, vel ęternā a dæmonibus.

retrò conuerti, noli deuiare. Quid ergo? Qui sunt beati? Non in quibus non inuenerit Deus peccatum, Nam in omnibus inuenit. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Si ergo in omnibus peccata inueniuntur, remanet vt non sint beati, nisi quorum remissa sunt peccata. Hoc ergo Apostolus sic commendauit, Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Et el' qui operatur, id est, de operibus præsumit, & eorum merito sibi dicit datam esse gratiam fidei, mercēs non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitū. Quid est hoc, nisi quod merces nostra gratia vocatur? Si gratia est, gratis datur. Quid est gratis datur? Gratis constat. Nihil bonificisti, & datur tibi remissio peccatorum. Attenduntur opera tua, & inueniuntur omnia mala. Si quod debetur illis operibus Deus redderet vtique damnaret, Stipendiū enim peccati mors. Malis operibus quid debetur, nisi damnatio? Bonis quid debetur? Regnum cœlorum. Tu autem in malis operibus inuentus es: si reddatur tibi quod debetur, puniēdus es. Quid ergo fit? Non tibi Deus reddit debitam pœnam sed donat indebitam gratiam. Debebat vindictam, dat indulgentiam: Iam fides illa assumpta spe & dilectione incipit bene operari. Sed nec tunc glorieris & extollas te. Memento a quo in uia positus sis. Memento quia & sanis pedibus & velocibus errabas. Memento quia & si languebas, & in uia seminuus iacebas: leuatus es in iumentum, et perductus in stabulum. Ei autem, inquit, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si vis esse alienus a gratia, iacta merita tua. Ille autem videt quid sit in te, & nouit quid cui debeat. Et verò qui non operatur inquit, Ecce pone ali quem impium peccatorem, non operatur. Quid autem credit? Credit autem in eum qui iustificat impium. Ex eo enim quia nō operatur bene, impius est. Et si bona ut deatur facere, tamen quia facit sine fide, nec bona vocanda sunt. Credenti autem in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam, sicut & Dauid dicit, beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. Iustitiam quam fidei, quam bona opera non præcesserunt, quam bona opera consequuntur. Intendite ergo vos: alioqui male intelligendo proijcitis vos in illam voraginem impunè peccandi, & ego liber sum, sicut ipse Apostolus ab omnibus male intelligentibus liber fuit. Libenter enim male intellexerunt, nè bona opera sequerentur. Nolite esse de numero talium fratres. Dicitur in quodam Psalmo, quodam homine tali, id est, de tali genere, quasi de vno, Noluit, inquit, intelligere

Roma. 4.

Pro expositio. huius authoritatis vide Origenē i exposi. 4. c. ad Ro. q igt qd fides nos coram Deo q solus cordiū ē cognitor iustificat, hoies aūt ea q cordis sunt non agnoscūt s opa uidē tes, p illa nos iustificant.

Luc. 10.

Roma. 4.

Psal. 25.

Nemo iactet bona opa sua ante fidē, nemo sit piger ī bonis opibus accepta fide Deus igit iustificat ex fide. Ioā. trac. supra ī de fide & op. ḥb. 15. et 16. & ī de spū & īra in. 3. To. horum opu.

vt bene ageret. Non dictum est, non potuit intelligere. Vos ergo oportet ut uelitis intelligere, vt bene agatis. Intellectus enim vobis non deerit manifestus. Quis est manifestus intellectus? Nemo iactet bona opera sua ante fidem, nemo sit piger in bonis operibus accepta fide. Dat deus ergo indulgentiam omnibus impijs, & eos iustificabat ex fide.

ENARRATIO SECVNDA DE PSALMO XXXI.

Titulus psalmi ut ante enarrationem primā.

BEATI quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in ore eius dolus.) Iam Psalmus incipit, & incipit intellectus. Intellectus ergo vel intelligentia ipsa est, vt noueris nec iactare te debere de meritis tuis, nec præsumere de impunitate peccati. Psalmi enim titulus ita est. Huic Dauid intellectus.) Intelligentia vocatur Psalmus iste. Prima ergo intelligentia, vt te noueris peccatorem. Consequens intelligentia est, vt cum ex fide per dilectionem cœperis operari, ne hoc uiribus tuis, sed gratiæ dei deputaueris. Ira non erit dolus in corde tuo, hoc ē, in ore interiore tuo. Nec aliud in labijs habebis, aliud in cogitatione. Non eris de illis pharisæis de quibus dictum est, Similes estis monumentis dealbatis: a foris quidem apparetis hominibus iusti, intus aut pleni estis dolo & iniquitate. Qui ergo cum sit iniquus iustum se prætendit, non ne dolosus est? Non ille Nathanael est de quo Dominus dicit, Ecce uere Israelita in quo dolus non est, Vnde autem in illo Nathanaele dolus non erat? Cum esses, inquit, sub arbore fici uidi te. Sub arbore fici erat, sub conditione carnis erat. Si sub conditione carnis erat, quia impietate propaginis tenebatur: sub arbore fici erat in qua gemit Dauid in alio Psalmo, Ecce enim in iniquitate conceptus sum. Sed uidit eum ille qui uenit cum gratia: Quid est, uidit eum? Misertus est eius. Ergo hominem sine dolo sic commendat, vt gratiam suam in illo commendet. Cum esses sub arbore fici uidi te. Vidi te, quid magnum est nisi intelligas aliquo modo dictum? Quid magnum est videre hominē sub arbore fici? Si non uidisset sub ista ficu genus humanum Christus, aut aresceremus omnino, aut quomodo pharisæi, in quibus dolus erat, id est, iustificabant se uerbis, factis autem mali erāt, folia sola inuenirentur in nobis, non fructus. Nam talem arborem fici quando uidit Christus maledixit & aruit. Vidit, inquit, sola folia,

Primo agnoscamus nosipsos peccatores & postea cū ex fide cœperimus bene operari, nehoc uiribus nris, sz grāe Dei deputemus. Idē supra ī exp. ps. 30. & infra ī isto psal.

Mat. 23.

Io. 1.

De foliis fici sue tinctoria Ps. 50. sibi fecerūt adā, & eua, ī qb. foliis pruritū libidinis significabat quo peccando pueniti de ḥb. dñi ser. x. ī To. 10.

Idē. 13. de trini. cap. 14. in T. 3.

lia, id est sola verba absq; fructu: aresçat, inquit, vt nec folia habeat. Vt quid & uerba tollit? Arbor arida enim nec folia potest habere. Sic ergo erant Iudæi, Pharisæi arbor illa erant: verba habebant, facta non habebant. Ex sententia domini aridi tatem meruerunt. Videat ergo nos Christus sub arbore fici: uideat in carne nostra ēt fructum boni operis, ne eius maledictione arescamus. Et quia totum gratię eius imputatur, non meritis nostris. Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata: non in quibus non sunt inuenta peccata. Cooperta sunt peccata, tecta sunt, abolita sunt. Si texit peccata deus, noluit aduertere: si noluit aduertere, noluit animaduertere: si noluit animaduertere, noluit punire: noluit agnoscere, maluit ignoscere. Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Nec sic intelligatis quod dixit, peccata cooperta sunt, quasi ibi sint & uiuant. Tecta ergo peccata quare dixit? Vt non viderentur. Quid enim erat dei uidere peccata, nisi punire peccata? Vt noueris quia hoc est dei uidere peccata quod punire peccata, quid ei dicitur? Auerte faciem tuam a peccatis meis. Peccata ergo tua non uideat, vt te videat, Quomodo te videat? Quomodo Nathanaelē. Cum esses sub arbore fici uidi te. Vmbra fici non impediuit oculos misericordię dei. Nec est in ore eius dolus. At vero qui nolunt confiteri peccata, laborant sine causa in defensione peccatorum suorum. Et quanto laborant in defensione peccatorum suorum iactantes merita sua, non uidentes iniquitates suas, tanto plus robur eorum & fortitudo deficit. Ille enim fortis est, qui non in se, sed in Deo fortis est. Propter illud ter dominum rogaui vt auferret eum a me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Gratia mea dixit, nō uirtus tua. Sufficit, inquit, tibi gra mea. Nā uirtus in infirmitate pficitur. Vnde alio loco ipse ait. Quando infirmor tunc fortis sum. Ergo qui vult fortis esse velut præsumens de se, & iactans merita sua, qualiacunq; illa sint, erit similis pharisæo illi sz qđ a Deo se dicebat accepisse, superbē tamen iactabat, Gratias, inquit, tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines. Attendite fratres mei, quale genus superbiæ commēdet Deus. Verē quale potest sub intrare iusto homini, quale potest surrepere bonæ spei. Verē gratias ago tibi dicebat. Ergo cum dicebat, gratias tibi: fatebatur ab illo se accepisse quod habebat. Quid enim habes quod non accepisti? Ergo gratias tibi ago dixit, gratias tibi ago quia non sum sicut ceteri homines raptores, iniusti, adulteri, sicut & publicanus iste. Vnde ergo superbus? Non quia de bonis suis deo gratias agebat, sed quia super alterum se de ipsis bonis extollebat. Attendite fratres, nam vn

Mat. 21.

4. sent. dist. 18. Sed quęritur.

Psal. 50.

Ioan. 1.

2. Cor. 12.

2. Corin. 12.

Luc. 18.

de

de cœperit dicere similitudinem ipsam Dominus, Euangelista permisit. Cum enim Christus dixisset, putas veniens filius hominis inueniet fidem in terra: et ne existerent quidam hæretici, qui attendentes & putantes quasi lapsum totum mundum, omnes enim hæretici in paucis & in parte sunt, iactarent se quod in ipsis remanserit, quod de certo mũdo perierit ibi statim vbi ait Dominus, putas veniens filius hominis inueniet fidem in terra, subiecit Euangelista & ait, Dixit autẽ & ad quosdam qui sibi iusti videbantur & spernebant cæteros, similitudinem hanc. Quidam pharisæus & publicanus venerunt in templum orare: & cætera quæ nostis. Pharisæus ergo ille dicebat, Gratias tibi ago. Sed vndẽ super bus? Quia spernebat cæteros. Vnde probas? In ipsis verbis. Quomodo? Pharisęus, inquit, ille contempsit de longe stantem, cui Deus consitenti propinquabat. Publicanus, inquit, de longinquo stabat, sed Deus ad illum de lõginquo nõ stabat. Quare Deus ab illo de lõginquo non stabat? Quia alio loco dicitur, Prope est dominus his qui obtriuerunt cor. Videte si publicanus iste obtriuerat cor, & ibi videbitis quia prope est dominus his qui obtriuerunt cor. Publicanus autem de longinquo stabat, & nequè volebat ad cœlum oculos suos leuare, sed percutiebat pectus suum. Tunsio pectoris, obtritio cordis, Quid dicebat tundens pectus? Deus propitius esto mihi peccatori. Et quæ sententia Domini? Amen dico vobis descendit iustificatus de templo publicanus ille, magis quam ille pharisæus. Quare? Hoc est iudicium Dei. Nõ sum sicut publicanus iste, non sum sicut cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Ille õn audet ad cœlum leuare oculos suos, attendit conscientiam suam, longe stat, & iustificatus est magis quam ille pharisęus. Quare Rogo te Domine, expone nobis iustitiam tuam, expone nobis æquitatem iuris tui. Exponit regulam legis suæ. Vultis audire quare? Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Intendat ergo charitas vestra, Diximus non ausum fuisse oculos ad cœlum leuare publicanum. Quare cœlum non attendebat? Quia se attendebat. Se attẽdebat vt primo sibi displiceret, & sic deo placeret. Tu autem iactas te, erecta ceruice es. Ait dominus superbo, Non vis ad te attendere, ego attendo. Vis autem vt non attendam, tu attende. Ideo publicanus non audebat oculos ad cœlum leuare: quia seipsum intuebatur, conscientiam suam puniebat. Ipse sibi iudex erat vt ille itercederet, ipse puniebat vt ille liberaret. Ipse accusabat vt ille defenderet. A Deo defensus est

Luc. 18.

Psal. 23.

Tũsio pectoris, obtricio cordis est.

Displiceamus nobis ipsis vt deo placeamus.

quia,

quia, dixit, pro ipso sententiam. Descendit iustificatus publicanus ille magis quam ille pharisęus: quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Attendit se, inquit, et nolui ego attendere. Audiui dicentem, Auerte oculos tuos a peccatis meis. Quis est enim qui illud dixit, nisi qui etiam illud dixit, Quoniam iniquitatem meam ego agnosco? Itaq; fratres mei, erat & pharisęus ille peccator. Non enim quia dicebat, Nõ sum sicut cęteri homines, iniusti, raptores, adulteri, neq; ga ieiunabat bis in sabbato, neq; quia decimas dabat, non erat peccator. Quod si sine vllis peccatis esset, ipsa superbia grande crimen erat; & tamen ecce illa omnia dicebat. Quis tandem sine peccato? Quis gloribitur castum se habere cor? Aut quis gloribitur mundum se esse a peccatis? Habebat ergo ille peccata, sed puersus & nescięs quo venisset, erat tanquam in statione medici curãdus & sana mẽbra ostendebat, vlnera tegebat. Deus ergo regat vulnera, non tu. Nã si tu tegere volueris erubescẽs medicus non curabit. Medicus tegat & curet, emplastro enim tegit. Sub tegmine medici sanatur vulnus, sub tegmine vulnerati celatur vulnus. Cui cœlas? Qui novit omnia. Itaq; hic fratres videte quid dixit, Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea acclamando tota die.) Quid est hoc? Quasi cõtrarium videtur, quoniam tacui inueterauerunt ossa mea acclamando. Si acclamando quomodo tacuit? Tacuit quidam, non tacuit quiddam. Tacuit vnde proficeret, non tacuit vnde deficeret. Tacuit confessionem, clamauit merita sua. Tacui enim dixit, non sum confessus. Ibi oportebat vt loqueretur: tacere merita sua, clamaret peccata sua. Nũc autẽ puersę tacuit peccata sua, clamauit merita sua. Et qd illi cõtigit? Inueterauerũt ossa eius. Intẽdite qa si clamaret peccata sua, & taceret merita sua, innouarẽtur ossa eius: id est vires eius esset robusta in domino, quia inueniretur in se nra, oppositũ fa infirmus. Modo autẽ qa in se voluit esse firmus, factus est infirmus, & inueterauerũt ossa eius. Remansit in ve state, qui noluit cõfitendo amare nouitatẽ. Qui enim sunt noui nostis fratres: quia Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, et quorũ tecta sunt peccata. Noluit iste sibi dimitti iniquitates, exaggerauit defendit illas, iactauit merita sua. Ergo qm̃ tacuit a cõfessione, inueterauerũt ossa eius, a clamãdo me tota die est a clamãdo me tota die? Perseuerãdo tota die ĩ defensione peccatorũ suorũ. Et tamẽ videte qualis sit q agnoscit: Erit. n. modo intelligẽtia. Nihil pter se respiciat, & displicebit sibi q agnoscit se. Modo audietis vt sanemini. Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatũ, nec est in ore eius dolus. Qm̃ tacui inueterauerũt ossa mea, acclamando tota die. Quoniã die ac nocte

Psal. 50.

Luc. 18.

Prouerb. 20.

Cõparatio oĩdẽ tis sana mẽbra, vulneraque tegentis.

Taceamus merita nra, & clamemus peccata

ciũt hypocritæ.

ac nocte grauata est super me manus tua.) Quid est grauata est super me manus tua? Magna res fratres. Respicite illam sententiam rectã inter duos, phariseum & publicanũ. Quid dictum est de phariseo? Quoniã humiliauit. Quid dictũ de publicano? Quoniã exaltatur. Quare ille humiliauit? Quia exaltauit se. Quare iste exaltatur? Quia humiliauit se. Ergò vt exaltantẽ se humilies Deus, grauat super illum manum suã. Noluit humiliari confessione iniquitatis suæ humiliatus est pondere manus Dei. Quãdo ille perferret manum grauem humiliantis? Quã leuis fuit manus subleuatis, tam grauis manus humiliãtis: vt in illo fortis & in illo fortis, fortis ad illũ premẽdum, fortis ad illã subleuandũ. Ergo, quoniã die ac nocte grauata est super me manus tua, Conuersus sum in erũna mea dũ configeretur spina.) Ex ipse aggrauatione manus tuę, ex ipsa humiliatione conuersus sum in erumna meã, factus sum miser, confixa est mihi spina, cõpuncta est conscientia mea. Quid factũ est cum configeretur spina? Datus est ei sensus doloris, inuenit infirmitatem suã. Et ille qui tacuerat confessionem peccati sui, vt clamando in defensione peccati sui inueterasceret virtus eius, id est, ossa eius conuerterentur in vetustatem, modo quid fecit cõfixa spina? peccatum meum cognoui.) Ergo iam cognoscit. Si ille cognoscit, & ille ignoscit.

Audite quid sequitur. Videte si non ipse dicit, Peccatum meum cognoui, Et iniustitiam meam non operui.) Hoc iam dudum dicebam: noli operire tu, & operit Deus. Beati quorum remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Qui tegunt peccata nudantur, iste autem nudauit vt cooperiretur. Iniquitatem meam nõ operui. Quid est nõ operui? Iam dudum tacueram. Modo quid? Dixi. Quiddam cõtrarium illi taciturnitati, dixi. Quid dixisti? Pronunciabo aduersum me iniustitias meas domino, et tu remisisti impietatem cordis mei.) Dixi, Quid dixisti? Non iam pronunciat, sed promittit se pronunciaturum: & illa iam dimittit. Attendite fratres: magna res, dixi pronunciabo. Non, dixi pronunciaui, & tu dimisisti: Dixi pronunciabo, & tu dimisisti: quia eo ipso quod dixit, pronunciabo, ostendit quia nondum pronunciauerat, sed corde pronunciauerat. Hoc ipsum dice

4. sen. distin. 17. hic oritur.

Deus audit con re pronunciabo, pronunciare est: ideo et tu remisisti tritionẽ cordis, impietatem cordis mei, confessio vero mea ad os non et peccata cõdo dũ venerat. Dixerã, enim, pronunciabo aduersum me: nat, et hoc ẽ qđ veruntamen deus audiuit vocem cordis mei. Vox mea Lu. 15, habeť de in ore nondum erat, sed auris dei iam corde erat. Tu re filio ꝓdigo q dĩ misisti impietatẽ cordis mei. Quia dixi pronunciabo & cit surgã et ibo nõ sufficerat: Nõ dixit, pronunciabo iniustitiã domino: ad patrẽ meũ, et non sinè causa dixit, pronunciabo aduersum me, & hoc

interest.

interest. Multi enim pronunciant iniquitatem suam, sed aduersus ipsum dominum Deum: quando inueniuntur in peccatis suis dicunt, Deus hoc voluit. Si enim homo dicat non feci, aut hoc factum quod arguis non est peccatum: non pronunciat nec aduersum se nec aduersus Deum. Si dicat prorsus feci & peccatũ est, sed Deus hoc voluit, quid ergo feci? Hoc est pronunciare aduersus Deum. Forte dicatis, nemo hoc dicit. Quis est qui dicat, Deus hoc voluit? Multi & hoc dicunt. Sed & qui hoc non dicunt, & aliud dicunt, quid dicunt? Fatum mihi fecit, stellæ me fecerunt, Ita iam per circuitum ad deũ volunt peruenire. Per circuitum volunt peruenire ad Deum accusandum, qui nolunt de compendio venire ad deum placandum: & dicunt, Fatum mihi fecit, stellæ mihi fecerunt, Ita iam per circuitum ad Deum volunt peruenire. Per circuitum volunt peruenire ad Deum ac cusandum, qui nolunt de compendio venire ad Deum placandum: & dicũt, Fatum mihi fecit. Quid est fatum? Stellę mihi fecerunt. Quid sunt stellę? Certe istæ quas in cœlo conspicimus, Et quis eas fecit? Deus. Quis eas ordinauit? Deus. Ergo vides quod voluisti dicere, Deus fecit vt peccarem. Ita ille iniustus, tu iustus: quia nisi ille fecisset, tu non peccasses. Tolle istas excusationes in peccatis: memento illius psalmi, Ne declines cor meũ in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem. Ad hęc enim magni viri sunt & qui prætẽdunt peccata sua, magni sunt & qui numerant sydera, & cumputant stellas & tempora, & dicunt quis quando vel peccet vel bene viuat, & quando Mars faciat homicidam, & venus adulteram. Magni docti viri & electi videntur in hoc seculo. Sed quid ait in Psalmo? Ne declines cor meum in verba mala cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum. Dicant illi electos & doctos numeratores syderum, dicant illi sapientes eos qui quasi digerunt in digitis facta humana & describunt de stellis mores humanos. Cum libero arbitrio me creauit Deus. Si peccaui, ego peccaui: vt non solum pronunciem iniquitatem meam Domino, sed aduersum me, non aduersus eum. Ego dixi domine miserere mei. Clamat æger ad medicum. Ego dixi. Quare ego dixi? Sufficeret dixi, Sed dictum est ego dixi, ego non fatum, non fortuna, non diabolus: quia nec ipse cogit, sed ego persuadenti consensi. Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quoniam peccaui tibi. Sic & hic statuit & proposuit, Dixi pronunciabo aduersum me iniquitatem meam domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in

tempore

dicã ei pr̃ peccaui i cœlũ et coram te, atqmẽ Pr̃ illa ỹba ii expectauit, ſ; misericordia motus occurrit ei, et osculatus ẽ eũ ob id Chrisostomus, sensit ãt pr̃ pœnitẽtiã, nec expectauit recipeř confessionis ỹba sed iprçuenit

Aliq ꝓ nunciãt iniquitates suas ñ aduersum se, ſ; aduersus Deum.

petitio nẽ misericordiarũ ab Aug. Homilia. 23. in To. habes qũo postea dicũt homines peccata dimittere, qa ipsorũ corpora sunt tẽpla Spiritus sancti, quę a ꝺo habuerũt. & sic spiritus in ipsis, & ꝓ ipsos, peccata cõ donat.

Psal. 140.

Psal. 140.

Psal. 40.

tempore oportuno.) Quo tempore? Pro hac. Pro qua hac? Pro impietate. Pro qua? Pro ipsa venia peccatorũ. Pro hac orabit ad te omnis sanctus ī tempore opportuno. Inde orabit ad te omnis sanctus, quia dimisisti peccata. Nam si non dimitteres peccata, non esset sanctus qui ad te oraret. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tẽpore opportuno: quando manifestabitur nouũ testamentum, quando manifestabitur gratia Christi, quod est tempus opportunum. Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, (id est ex fœmina. Indiscrete enim vocabant hoc antiqui) factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Vnde redimeret? A diabolo, a perditione, a peccatis suis, ab eo cui se vendiderant. Vt eos qui sub lege erant, redimeret. Sub lege enim erant, quia premebat eos lex. Condicebat eos premebat, conuincendo de reatu non saluando. Et quidem mala prohibebat, Sed quia illi vires non habebant per seipsos iustificandi se, clamandum erat ad illum quomodo clamabat qui captus ducebatur sub lege peccati. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Erant omnes homines sub lege non in lege: iam illa deprimente, illa de reatu conuincente. Demonstrauit enim peccatum lex. Illa fixit spinam, illa fecit cor compungi. Ipsa admonuit vt reum se quisque cognosceret, & pro venia clamaret ad Deum. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno. Ergo dicebam de tempore opportuno. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suũ. Item dicit Apostolus, Tempore acceptabili & placito exaudiui te, & in die salutis adiui te. Et quia hoc de omnibus Christianis prædictum erat a Propheta, subtecit Apostolus. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno. Veruntamẽ in diluuio aquarum multarum ad eũ non appropinquabunt.) Ad eum. Ad quem? Ad Deum. Solet enim personam mutare, quomodo est, Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Nõ dixit, Domini est salus, & super populũ eius benedictio eius. Aut Domine tua est salus & super populum tuum benedictio tua. Sed cum inciperet, Domini est salus, non ad illum, sed de illo dicens: ibi conuersus est ad illum & ait, Et super populum tuum benedictio tua. Sic & hic cum audis primo ad te, deinde ad Deum, ne putas aliũ esse, Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarum ad eum non appropinquabunt. Quid est in diluuio aquarum multarum? Qui natant in diluuio aquarum multarum, non appropinquant ad deum. Quid est diluuium aquarum

Gal.4.

Lex nos ꝑmebat cõuincẽdo ꝺ reatu & ñ saluãdo. idẽ & fusius i de gra & li. arb. ad Val. ca. 16. i. To. 7. & in 2. To. hoꝛ. op. & i de spi. & lit. 29. & 30. in To. 3. hoꝛ opuscul.

Ro. 7.

Gal. 4.

1. Corin. 6.

Modus loquẽdi scriptu rarũ q̃ aliqñ antecedẽs ꝓ relatiuo ponũt vt i exposi. psa. 67. i T. 8. et i li. de tri. 3. & i illum 3. To. & a Beda ex Au. sup ꝑmũ e. ad Ro. sup illa ẏba ex resurrctiõe mortuoꝛ Iesu xꝑi dñi nr̃i habere potes.

Pfal. 3.

aquarum multarum? Multiplicitas viarum doctrinarũ. Intendite fratres. Multæ aquæ sunt variæ doctrinæ. Dei vna est, nõ sunt multę aquæ, sed vna aqua: siue sacramẽti baptismi, siue doctrinæ salutaris. De ipsa doctrina qua irrigamur per spiritum sanctum dicitur, Bibe aquam de tuis vasis & de puteorum tuorũ fontibus. Ad istos fontes non accedunt impii, sed credentes in eum qui iustificat impium, iam iustificati accedunt. Alię aquæ multæ doctrinæ inquinant animas hominum, quod paulo ante dicebam. Alia doctrina est, fatum mihi fecit: alia doctrina, casus mihi fecit, fortuna fecit. Casibus reguntur homines, nulla prouidẽtia aliquid geritur: & ipsa doctrina est. Alius dixit, Est gens tenebrarum cõtraria, quæ rebellauit aduersum deũ: ipsa facit peccare homines. In hoc diluuio aquarũ multarum ad eum nõ appropinquabunt. Quæ est illa aqua, illa vera quę manat de intimo fonte purę venæ veritatis? Quæ illa aqua est fratres, nisi quę docet confiteri dño? quæ est illa aqua, nisi quę docet, Bonum est confiteri domino? Quæ est illa aqua, nisi quę docet hanc vocẽ, Dixi, pronunciabo aduersum me iniustitiã meã dño. Et, ego dixi dñe miserere mei, sana aiã meã, qm̃ peccaui tibi. Hęc aqua cõfessiõis peccatorũ, hęc aqua humiliationis cordis, hęc aq̃ vitę salutaris, abijcietis se, nihil de se ꝓsumẽtis, nihil suę potẽtiæ suphę tribuẽtis. Hæc aqua in nullis alienigenarũ libris est, nõ in Epicureis, nõ in Stoicis, nõ in Manichęis, nõ in Platonicis. Vbicunq; etiã inueniũtur optima prȩcepta morũ & disciplinę, Humilitas tamẽ ista nõ inuenitur. Via humilitatis huius aliunde non manat, a Christo venit. Hæc via ab illo est, qui cum esset altus, humilis venit. Quid enim aliud docuit humiliãdo se factus obediẽs vsque ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis? Quid aliud docuit soluendo quod nõ debebat, vt nos a debito liberaret? Quid aliud docuit baptizatus qui peccatũ nõ fecit, crucifixus qui reatum nõ habebat? Quid aliud docuit, nisi hãc humilitatem? Nõ immerito ait, Ego sum via veritas & vita. In hac ergo humilitate propinquatur ad eũ, qa prope est dñs his q̃ obtriuerũt cor. In diluuio autẽ aquarũ multarũ extollẽtiũ se aduersus Deũ & docẽtiũ supbas impietates, ad deũ nõ appropinquabũt. Tu aũt qd, q̃ etiã iustificatus es inter medias illas aquas? Vndique fratres mei ẽt cũ cõfitemur peccata, ꝓtrepũt circa nos aquę illę diluuij. Nõ sumus i illo diluuio, ſ circũdamur ab ipso diluuio. Premũt nos, ſ nõ opprimũt: vrgẽt nos, ſ nõ, demergũt. Quid ergo tu facies q̃ in medio diluuio es, ambulans in hoc seculo? Nõ. n. nõ audit tales doctores nõ audit tales supbos, aut nõ ex verbis eorũ q̃tidianas patiẽ i corde suo ꝓsecutiones. Quid ergo dicat ille iã iustificatus

Multę aquę variæ doctrinæ.

Prouerb. 5.

Quę nam sit vera doctrina.

Psal. 40.

Philip. 2.

Idẽ. 13. ꝺ trini. c. 14. in. To. 3. idẽ & fusius sup. in expo. psal. 30.

Ioan. 14.

Psal. 23.

stificatus & pręsumens de deo, qui circundatur diluuio isto? Tu mihi es refugium a pressura quæ circundedit me.) Refugiant illi, vel ad deos suos, vel ad dæmones suos, vel ad vires suas, vel ad defensionem peccatorum suorum: mihi in isto diluuio non est refugium nisi tu, a pressura quę circundedit me. Exultatio mea redime me.) Si iam exultas, quid vis redimi? Exultatio mea redime me. Audio vocem gaudii, exultatio mea: audio gemitum, redime me. Gaudes & gemis. Ita, inquit, & gaudeo & gemo. Gaudeo in spe, gemo adhuc in re. Exultatio mea redime me, Spe gaudentes, ait Apostolus. Ergo recte, exultatio mea redime me. Roma.12. Vnde redime me? Sequitur in tribulatione patientes. Exultatio mea redime me. Iam iustificatus erat & Apostolus. Et quid ait? Non solum, inquit, sed etiam nosipsi primitias habentes spiritus, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus. Vnde redime me? Quia ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Ecce ergo vnde redime me, quia adhuc expectamus in nobis ingemiscentes redemptionem corporis nostri. Vnde ergo exultatio mea? Ibi sequitur idem Apostolus & dicit, Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur non est spes. Quod.n. videt quis, quid sperat? Si autem quod nō videmus speramus, per patientiam expectamus. Si speras, gaudes: si per patientiam expectas, adhuc gemis: non enim opus est patientia, vbi nihil mali perpeteris. Tolerantia quæ dicitur, patientia quæ dicitur, substinentia quę dicitur, longanimitas quę dicitur, non est nisi in malis. Vbi premeris, ibi angustia est. Ergo si per patientiam expectamus, adhuc dicimus, Redime me a pressura quę circundedit me: quia verò spe salui facti sumus, simul vtrunq; dicimus, exultatio mea redime me. Respondetur, Intellectum dabo tibi.) Ipse est psal. intelligentiæ. Intellectum dabo tibi. Et statuam te in via hac qua gradieris.) Quid est, statuam te in via hac qua gradieris? Vt hęreas tibi, & vt ab ea non aberres. Dabo intellectum vt cognoscas te semper, & semper gaudeas in spe ad Deū: donec ad illam patriam peruenias, vbi iam non spes, sed res erit. Obfirmabo super te oculos.) Non a te auferam oculos meos, quia & tu non auferes a me oculos tuos. Iam iustificatus, iam post remissionem peccatorū leua oculos tuos ad deum. Putruerat enim cor tuum cū esset in terra. Non gratis audis, sursum cor, ne putreat. Ergo & tu leua iam oculos tuos semper in deum, vt firmet super te oculos suos. Sed quid times, ne cū habeas oculos ad deū offendas, nō nerespicias ante te, & forte incurras in laqueum? Noli timere, Ibi enim sunt oculi ipsius

ipsius quos obfirmat super te. Nolite, inquit, soliciti esse. Et apostolo. Petrus, Omnem solicitudinem vestrā super illum mittite, quia illi cura est de vobis. Ergo obfirmabo super te oculos meos. Tu ergo occulos tuos in illum erige: & non timebis vt dixi, ne in laqueum incuras. Audi alium psalmum, Oculi mei semper ad dominum. Et quasi diceretur illi: Quid agis de pedibus tuis, cum non ante te attendis? Quoniam ipse, inquit, euellet de laqueo pedes meos. Firmabo super te oculos meos. Postquam promisit huic & intellectum et protectionem suam, conuertit se ad superbos defendentes peccata sua: & ostendit nobis quid sit intellestus. Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.) Equus & mulus erecta ceruice sunt. Non sunt equus & mulus sicut ille bos qui agnouit possessorem suum, & asinus prę sepe domini sui. Nolite esse sicut equus & mulus, quib. non est intellectus. Quid enim patiuntur tales? In freno & chamo maxillas eorum constringe, qui non appropinquant ad te.) Equus & mulus vis esse, vis non habere sessorem: constringetur os tuum, & maxillæ tuę in freno & chamo. Ipsum os tuum constringetur, quo iactas merita tua, & taces peccata tua. Maxillas eorū constringe, qui non appropinquant ad te humiliādo se. Multa flagella peccatorum.) Non est mirum si adhibito freno sequuntur flagella. Indomitum enim animal esse cupiebat, domatur freno & flagello, atque vtinā perdometur. Verendum est enim ne nimium resistendo indomitum relinqui mereatur, & ire in suam vagam licentiam, vt dicatur de illo, Prodiet tanquam ex adipe iniquitas eorum: sicut de illis, quibus modo sunt impunita peccata. Ergo cum flagelletur, corrigatur, dometur, quia & iste sic se dixit edomitum: equum & mulū se dixerat quoniam, tacuit. Sed vnde domitus est? Flagellis. Conuersus sum, inquit, in erumna mea, dum configeret spina. Siue flagella dicas, siue stimulos dicas, domat deus iumentum cui insidet: quia iumento expedit vt insidatur. Non enim defatigatur deus ambulando pedibus, insidet iumento. Aut vero non plenū mysterii est, quod asellus adductus est domino. Populus mitis & mansuetus, portans bene dominum ascellus est: & tendit in Hierusalem. Diriget enim mites in iudicio, sicut dicit alius psal. docebit mansuetos vias suas. Quos mansuetos? Non erigētes ceruices aduersus domitorem suū, patiētes flagella & frena: postea sic domiti, vt sine flagello ambulent, & sine freno & chamo viam teneant. Si caueris isto sessore, tu cades, non ille quia multa flagella peccatoris. Sperantem autem in domino misericor

Matt.6. 2.Pet.5. Psal.24. Hęc dicit ad superbos defendētes peccata sua. Iesai.1. Psal.72. Matt.21. Mar.11. Luc.19. Psal.24.

dia circundabit.)Quomodo est refugiū à pressura? Quē primo circundat pressura, postea circūdat misericordia: quoniam misericordiam dabit qui legē dedit, legem in flagellis, misericordiam in consolationib. Sperantem autem in domino misericordia circundabit. Ergo quid cōcluditur? Lætamini in domino & exultate iusti.)O qui lætamini in vobis, o impii, o superbi, qui lętamini in vobis: iam credentes in eum, qui iustificat impium, deputatur fides vestra ad iustitiam, Lætamini in domino & exultate iusti. Et exultate, subaudi in domino. quare? quia iam iusti. Vnde iusti? Non meritis vestris, sed gratia illius. Vnde iusti? quia iustificati. Et gloriamini omnis recti corde.)Quid est recti corde? non resistentes deo. Intendat ergo charitas vestra & intellegite rectū cor. Breuiter dico, sed tamen maxime commendandum: deo autem gratias, quod in fine est, inhæreat sensib. vestris. Inter rectum cor & prauum cor hoc interest. Quisquis homo quicquid patitur præter voluntatē, afflictiones, mœrores, labores, humiliationes, non tribuit nisi voluntati dei iustæ, non illi dans insipientiam, quod quasi nesciat quid agat, quia talem flagellat, & talibus parcit: ipse est rectus corde. Peruersi autem corde sunt & praui & distorti, qui omnia quæ patiuntur mala, inique se pati dicunt, dantes illi iniquitatem, per cuius voluntatem patiuntur: aut quia non ei audent dare iniquitatem, auferunt ei gubernationem. Quia ipse, inquit, non potest facere iniquum: iniquum autē est vt ego patiar, & ille nō patiatur: concedo enim vt sim peccator, certe sunt peiores qui lętantur & ego tribulor: quia ergo hoc iniquum est, vt etiā peiores me lętentur, & ego tribuler, qui aut iustus, aut minus peccator quam illi sum, & certum est apud me hoc esse iniustum, & certum est apud me, quia deus non faciet iniustum: deus non gubernat res humanas, nec cura est illi de nobis. Ergo praui corde, id est, distorti corde, tres habet sententias. Aut non est deus: dixit enim stultus in corde suo: nō est deus: et fuit dictū de diluuio illo. Non defuit talis doctrina philoso. nō defuerunt qui dicerent non esse deum, qui gubernat omnia & condidit omnia: sed esse multos deos vacantes sibi præter mundum, non curantes ista. Ergo aut non est deus, sicut dixit impius: cui displicet ꝙcquid illi accidit ꝓter volūtatē, et alteri nō accidit cui se ꝓponit. Aut iniustus deus est cui ista placēt, et ꝙ hęc facit. Aut nō gubernat deus res humanas, nec cura est illi de hominibus: In istis tribus sententijs magna impietas, aut negare deum, aut dicere iniustum, aut auferre illi gubernationem rerum. Quare hoc? Quia distortus est corde. Rectus

Roma.4.

Vñ iusti ga iustificati, nō ex meritis vestris, sed gra illius, idē in de gra et lib. arbit. ad val. c. 5. et. 6. & 7. i. 2. T. ho. opu. vbi oñdit qđ multa fuerunt merita Pauli sz mala: at tamē Deus illi ex sua gra cōdona uit, et i pſ. huius psal. idem.

Discrimē iter rectū cor & prauum cor.

Hoīes distorti corde tres hñt sniās, aut, dicūt nō ē Deus, aut ē iniustus, aut nō curat, nec gubernat hęc iferiora.

ctus est autem deus, & ideo distortum cor illi nō acquiescit. Quod in alio psalmo est, Quam bonus deus Israel, rectis corde. Et quia talem habebat ipse aliquando de se sententiam, inquiens, Quomodo sciuit deus, aut si est scientia altissimo? ideo ibi subiecit, Mei autem pene moti sunt pedes. Quomodo distortum lignum, & si disponas in pauimento æquali, non collocatur, non compaginatur, nec adiungitur, sed semper agitatur & nutat, non quia in æquale est vbi posuisti, sed quia distortū est quod posuisti: Ita & cor tuum, quandiu prauum est & distortum, non potest colliniari rectitudini dei, & non potest in illo collocari vt hęreat illi & fiat rectum. Qui autem adhæret domino, vnus spiritus est: Ideo recti corde gloriamini dixit. Quomodo recti corde gloriantur? Audite gloriationem ipsorum. Non solum autem dicit Apost. sed & gloriamur in tribulationibus. Nam non est magnum gloriari in gaudijs, gloriari in letitijs: rectus corde etiam tribulatione gloriatur. Et audi quomodo gloriatur in tribulatione quia non frustra quisque non superuacue. Vide rectum cor, scientes, inquit, quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non cōfundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Sic est ergo rectum cor fratres Cuicunque aliquid accidit, dicat, dominus dedit, dominus abstulit. Ecce rectum cor, sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. Qui abstulit? quid abstulit? cui abstulit? quando abstulit? sit nomen domini benedictum. Et non dixit, Dominus dedit, diabolus abstulit. In tendat ergo charitas vestra, ne forte de caris, hęc mihi diabolus fecit. Prorsus ad deum tuum refer flagellum tuum, quia nec diabolus tibi aliquid facit, nisi ille permittat qui desuper habet potestatem aut ad pœnam aut ad disciplinam, Ad pœnam impijs, ad disciplinam filijs. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Ne te sine flagello speres futurum, nisi cogites exhęredari. Flagellat omnem filium quem recipit. Ita ne omnem? Vbi te volebas abscondere? Omnem: & nullus exceptus, nullus sine flagello erit. Quid omnem? Vis audire quem omnem? Etiam vnicus sine peccato, non tamen sine flagello. Vnde ipse vnicus portans infirmitatem tuam, & prefigurans in se personam tuam, tanquam caput gestans personam tuam, etiam corporis sui: cum appropinquaret passioni ex homine quem gerebat contristatus est, vt te lætificaret, contristatus est vt te consolaretur. Potuit enim vtique sine tristitia esse dominus, iturus ad passionem. Si potuit miles, non

Pſal.72.

Cōparatio qđ distortū non cōpaginat recto.

1. Corin. 6.

Roma.5.

Rectus corde i tribulatiōe gloriet i pſ. Pſ.29. fusius.

Roma.5.

Iob.2.

Prorsus ad Deū tuū refer flagellum tuū, ga nec diabolus tibi aliqđ fecit, nisi ei desuper prās concessa fuerit, idē & fusius i pſa. Pſal.29

Deus dat diabolo prātē flagellādi nos, aut ad pœnā, aut ad disciplinā, i pſ. pſ. 29. addit tertiū, aut ad coronam

Prouerb.2.

Deus flagellat oēm filiū quē recipit, ita qđ vni genitū absque flagello ire non permisit.

Potuit dominus sine tristitia ire ad passionem, quia similes Paulus ergo & imperator Christus vt fusius hẽs in exposi. Ps. 21. in Tom. 8. & in prima concio. Psal. 30. in isto. 1. To. opuscul.

2. Ti. 4

potuit imperator? Quomodo potuit miles? Attende Paulum exultantem propinquantem passioni. Ego autem iam inquit, immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui fidem seruaui, De cætero supereſt mihi corona iustitiæ, quam mihi dominus reddet in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed omnibus qui diligunt aduentum eius, Videte quemadmodum exultat uenturus ad passionem. Ergo gaudet coronandus, contristatur coronaturus. Quid igitur portabat? Infirmitatem quorundam, qui ueniente tribulatione vel morte contristantur. Sed vide quomodo eos ducit in directionem cordis. Ecce tu volebas viuere, non volebas tibi aliquid accidere: sed deus aliud voluit. Duæ voluntates sunt; sed uoluntas tua corrigatur ad voluntatẽ dei, non voluntas dei detorqueatur ad tuam. Praua est enim tua, regula est illa. Stet regula, vt quod prauum est, ad regulam corrigatur. Videte quomõ hoc docet dominus Iesus Christus Tristis est anima mea usq; ad mortem. Et, Pater si fieri potest, transeat a me calix iste. Ecce ostendit humanam voluntatem. Sed uide rectum cor. Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu vis pater. Hoc ergo fac gaudens in his quæ tibi accidunt: & si uenerit dies ille vltimus, gaude. Aut si surrepit humanæ cuiusdam uoluntatis fragilitas, cito dirigatur in Deum: vt sis in eis quibus dicitur, Gloriamini omnes recti corde.

Voluntas nostra corrigatur ad voluntatẽ Dei, & non detorqueatur voluntas Dei ad nostram. Nam magna peruersitas, quia cũ debeamus viuere secundũ Dei uoluntatem ipsum deum volumus viuere secundum voluntatem nostram, & nos nolumus corrigi, sed illum volumus deprauari, rectum non arbitrantes quod ipse vult, sed quod nos volumus, Augusti. in præfatione, Psalm. 48. in Tom. 8.

Mat. 26

FINIS.

Venetijs Apud Cominum de Tridido Montisferrati.

M. D. XLVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Leo 18
113

Universidad de Deusto
Biblioteca